




INSTITVTIONES IVRIS CANONICI

QVIBVS IVS PONTIFICIVM SINGVLARI METHODO Libris Quatuor comprehenditur,

AB IOAN. PAVLO LANCELOTTO PERVSINO Conſcriptæ; & in Aula Romana mandato Pij V. Pont. Max. ab Illuſtribus viris olim recognitæ.

His acceſſerunt Interpretationes, quas Gloſſas vocant; quibus loca omnia, vnde contextus deſumptus eſt, Indicantur; pleraq; declarantur; nonnulla per Sacroſanctum Concilium Trident. hodie immutata adnotantur.

Nouiſsimè acceſſerunt Caſuum, vt appellant, poſitiones, Adnotationesq; nonnullæ quæ ad huius iuris ſcientiam expeditiorem ſtudioſis præbent aditum. Io. Baptiſta Bartolino Peruſino I. C. Auctore.

Necnon adnotationes paucæ, quibus nonnulla ad ſenſum Theologorũ exactius explicãtur Antonio Timotheo Peruſino Sacræ Theologiæ profeſſore Auctore.

Item Commentariolum, quo conſcripti operis, & ratio, & hiſtoria quædam continetur.

Acceſsit etiam ipſius Lancelotti opuſculum, De Comparatione vtriuſque Iuris.



VENETIS, MDCVI.

Apud Petrum Mariam Bertanum.



IO. FRANCISCVS CARDINALIS DE GAMBARA.

Io. Paulo Lancelotto. I. C. S. D.





E Institutionibus ad Ius Canonicum a te conscriptis, quas nuper ad me misisti, est quidem quòd tibi gratias agam, sunt enim huiusmodi, vt eas ego loco magni a te muneris habere debeam. Sed omnino nimis diuturna libri huius expectatione nos torsisti, agitur enim annus sextusdecimus quo ego Perusiæ te præceptore prima Iuris ciuilis initia vrgebam, & tu iamtum opus huiusmodi sub incude habebas, idque propediem editurus videbaris, vnde quod tam diu illud continueris, erit fortasse qui te accuset. Quid dicam? quod ne nunc quidem, illis editis fiduciam tuam liberasti? etenim Commentarij, quod præteritis annis edidisti, libro secundo asseris a te quadam in contexendis Institutionibus consultò fuisse prætermissa, quòd ea notulis ne scio quibus explicaueris, ac quasi cum fœnore reddideris, & tamen notulas nullas, quas viderim, editis à te nuper Institutionibus adscripsisti. Quod licet ego, cui tuum iampridem perspectum est iudi-

cium, non niſi optimo conſilio factum rear, cum tamen & tu id ſponte tua promiſeris, & ea ſit hodie (vt omnium optime noſti) conditio ſcriptorum Canonicæ, ac Ciuilis prud[illegible], vt in his quæ ſcripta ſunt, fides adhibeatur nemini, qui non eadem ueterum auctoritate confirmet, eas à te quàm primum inuulgari neceſſarium duco, non modo vt ea quæ ſunt à te prætermiſſa, nobis reponas, & te promiſſis exoluas, verum etiam vt eorum ipſorum quæ ſcriptis mandaſti, fidem nobis ex veterum teſtimonio facias. Non poſſum pro ſumma mea in te beneuolentia quid ſentiam liberè non præſcribere, tu quidquid id eſt, æqui bonique conſule. Vale, Romæ Nonis Septembris. M. D. LXIII.



ILLV-

ILLVSTRISS. ATQ. AMPLIS.
S. R. E. CARDINALI
IO. FRANCISCO DE GAMBARA.

Franciscus Mancinus. S. P. D.



I quid vtilitatis studiosis hominibus secunda hæc Institutionũ Iuris Canonici cum suis notulis editio afferet (afferet autem doctorum omnium sententia non modicum) id omne tibi vir amplissime nec non Illustrissimis, atque doctissimis Cardinalibus Io. Bapt. Cicadæ, & Francisco Alciato acceptum ferre debemus: licet enim auctor multis annis commentario suo notulas illas nobis esset pollicitus, ita tamen postea de illis non edendis animum obfirmauerat, ut de ea illum sententia posse aliquãdo deduci interdum plane desperarem, erant autem multa quæ (ut ego ex eo sæpius audiui) a primo illo suo proposito eum rerraxisse affirmaret. Primum quidem quod nusquam uidetur auditum, ut eiusdem operis idem esset auctor & interpres, se autem cum de notulis adscribendis cogitasset, non existimasse fore, ut is liber quem & ipse mandato & nomine Pontificio absoluisset, & summi etiam uiri castigassent ac probassent, priuato nomine in publicum exire deberet, quod si Pontifex suo nomine, ut non solum censorum, sed etiam aliorum plurium testimonio ac iudicio facere debuit, edidisset, tunc non futurum incongruum ut non quasi ab auctore ipso, sed alio quopiam operi notulæ adscriberentur. Huc accedere quod illas rudes esse affirmaret, atque inchoatas potius quam absolutas, ut autem perpoliret eadem ratione animum nunquam inducere potuisse, demum magno se quotidianarum concertationum tædio esse affectum, sibique imperasse, ut quo ad per se fieri poterit, ansam post hac nouis molestiis non tribuat, seque id nulla ratione consecuturũ sperare, quã si ab nouorum scriptorũ editione prorsus abstineat, sed magnus flagitantium numerus, tuaq. potissimum atq. illustrissimorum Cicadæ & Alciati auctoritate perfectum est, non ut ille ederet, neq; .n. a sua snĩa dimoueri potuit, sed ut libri mihi & Roberto fratri

poteſtatem faceret, quidquid de eo ſtatueremus ad animum non reuocaturus, itaque nos tam veſtro, quam aliorum grauiſſimorũ virorum iudicio atque auctoritati inhærẽtes, & plurimorum fla gitationibus impulſi, ſecundam editionem adornauimus, notu laſque ipſas ſingulis verbis aptauimus, quibus quidem ex docto rum reſponſis, interpretationibus, ac tractatibus multa addere fuiſſet nobis his temporibus multo facillimum: ſed ſcribendi ge nus ſuapte natura cõciſum reſpuere omnino id videbatur, ſimul ẽt nequid auctorem ipſum offenderemus, verendum nobis fuit a quo vix ſumma veſtra autoritate impetratum fuit, vt edi rurſus per nos liber pateretur, in quo quidem ut ego exiſtimo, nullam ſtudioſi iacturam fecerunt, in hac enim iuris tam canonici quam ciuilis facultate conſcripti libri, alii alios fines habent. quidam enim vt artem ipſam doceãt, quidam vt quæſtiones ipſas finiant ac terminent. & licet qui docet aliquid terminet, & qui terminat decidit, aliquid ẽt interim doceat, fuit tamen auctoribus ipſis in conſcribendis libris finis alius alio principalior: nam interpreta tionibus, & enarrationibus ad libros veterum Iuriſconſultorum docendi propoſitum eſt principalius, licet multa interim termi- nentur & in reſponſis, & quos uocant tractatibus, decidendi v- nus propemodum eſt finis, licet interim multa etiam doceantur hinc fit ut illorum diuerſa admodum ſit ſcribendi ratio. nã in do cendo ratiocinandi modus magis neceſſarius eſt quam auctorita tum enumeratio, quippe quod artis fundamenta ſunt aperienda & fontes atq; origo rerum demonſtranda: at in reſponſis redden dis differendi quidem ratio non abijcienda, ſed vbi de quæſtio- ne conuentum eſt, ac facti ſpecie, magis pugnandum eſt auctori- tatibus, cum id demum verum habeatur, quod eſt a pleriſq; rece- ptum. Vnde cum hic Inſtitutionum liber ſit ad docendum potiſ ſimum cõſcriptus, non mirum ſi multiplicium, in eo allegationũ copia non fuit affectanda. Huc accedit, quod id quod noſtra ope- ra notulis accedere potuiſſet, facile vnuſquiſque ſuo marte conſe qui poterit, cum enim notulis ipſis principales materiarũ ſedes & loca cõtineantur, ſi quis earum notularum ductu ea adierit ex magno interpretum tam antiquorum quã modernorum nume- ro, vnde copioſius haurire, & ſitim explere poſſit, facile inueniet: itaq; poſthabita qualibet addendi cura ſolum dedimus operã, vt

ea

ea quæ nuperrime per sacrosanctum concilium Tridentinũ immutata sunt, notulis ipsis adiungeremus: nam vt contextui illa ipsa insererentur impetrari ab auctore non potuit, quod diceret velle sequi se Iustiniani exemplum, qui licet post editas a se institutiones iuris ciuilis, multa nouellis suis constitutionibus innouasset, non propterea aliquid dictis institutionibus adiecit, vel immutauit; sed lectoribus ea perquirenda reliquit. Vnum enim fuisse ei in illa scriptione propositum, scilicet non ut omnia complecteretur, sed ut breui libello Iuris Canonici rudimenta cõcluderet, & ius illud adhuc dispersum quasi in artem redigeret, id autem satis præstari posse etiam si constitutiones Tridentini vel etiam aliorum Conciliorum decreta non cõtineat, satisque esse, ne quem forte ius nouum circa paucissima lateat, si de ea re notulis ipsis admoneatur, nec proprerea totum opus sibi fuit retexendum: placuit etiam Commẽtarium, quem abhinc sex annis in lucem ipse idem edidit, adiungere, tum quod magnam operi claritatem addit, explicat enim luculentissimè auctoris intentionem, quod non modicum auctoribus intelligendis existimatur conducere, tum etiam ut quorundam non satis iustæ cupiditati occurratur, qui frigidi quibusdam assertionibus, ne dicam commẽtitijs testimonijs operis huius intentionem Lancelotto nostro præripere conantur, apparet enim in eo meridie clarius quã diu (quod tute omnium optime nosti) primam institutionibus manum admouerit, & quam multis illarum copiam fecerit, demum quam facile omnibus fuerit inde exemplum sumere, nomen autem tuum operi præfigendum ideo duximus, tum quod ea re nõ modicum operi splendorem accessurum existimauimus, tum vero etiam, vt quemadmodum tua potissimum opera factum est, & ampliter locupletatus liber in lucem prodit, ita & tibi quisquis ex eo vtilitatem aliquam sentiet, id omne acceptnm ferat. Vale Perusi. Nonis Aprilis. X. D. L X V II.

CLARISSIMO VIRO D. IO. PAVLO LANCELOTTO,

IVRECONSVLTO PERVSINO FAVTORI, & amico tanquam fratri carissimo.



LARISSIME domine, fautor & amice tanquam frater Cariſs. Libros Inſtitutionum Iuris Canonici à M. tua auctoritate & mandato ſummi Pontificis antea conſcriptos (cuius etiam nomine prodiiſſe oportuerat) nunc de manu M. tuæ ſumma animi lætitia (vt cæteri boni & docti omnes) accepi, ac ſtatim a capite ad calcem vſque percurri, & ut antea ab illuſtribus viris, ſuo merito, laudati, & recogniti, ita per me ſane (etſi iudicio parum ualeo) tales reperi, vt plenè ſentiam, hominum memoria pro illius iuris firma, ſolidaq; habenda cognitione parem librum in lucem minimè prodijſſe liber iſte, M. tuam & Deo, & Eccleſiæ, & huic ætati poſteriſque omnibus gratum faciet, & numquam intermoritura gloria donabit. Non dubito quin eadem M. tua, (vt etiam dudum ceperat) hunc primum fætum qui tam auide ab omnibus eſt acceptus, auctiorem locupletioremque reddat. Quod dum ſedulo conatur, meminiſſe forte ab re non erit, ſi M. tua ſingulis titulis, aut paragraphis fontes ex quib. præcipuè deſumpti ſunt, pauciſsimis annotare non grauaretur: id enim & doctiſsimos quoſque optima ſane ratione deſiderare animaduerto, tum quod illinc liber maiorum enim auctoritate

Pontificum

Pontificum loquatur, lectoresque omnes publico impe
rio confirmet, res ista dum reliqua elaborantur, haud vs
que adeo multum attulerit incommodi, & publica ta-
men commoda studiosorum omnium maxime iuuerit.
Quidquid factu optimum fuerit M. tua pro summa sua
in omnibus recte diiudicandis prudentia facile statuet.
Desideriis Cornelii Matij etsi iustissimis satisfacere nō
vndequaque tam facile erat, præsertim quod ipse suiq;
maiores mercatoribus a quibus æs sumendum fuerat
plane essent incogniti, & pene eo res deuenerat, vt sua
opinione frustratus, uacuus rediret, ni ego intercessio-
ne M. tuæ fretus, fidem meam, immo me ipsum tanquā
principalem debitorem interposuissem. Monebit ita-
que M. tua, ut ille beneficii præstiti memor, quanto ci-
tius fidem datam per suos liberari curet, alioquin sane
statutis diebus elapsis per me quod acceptum est, sine
ulla spe exceptionis remunerādum erit. Vale uir claris-
sime Iureconsultorum unicum decus, raptim Vrbe die
prima meusis Nouembris, anno reparatæ Salutis.
M. D. LXIII.

*M. Tuæ deditiss. amantissimusque, tanquam frater, Ga-
spar Gropperus Rotæ Romanę auditor.*



FRAN.

FRANCISC. MVCANTIVS

Io Paulo Lancelloto. S. D.



PTAVI iam pridem Lācelotte doctissime literarum ad te aliquid dare, cum ut tuas vicissim elicerem iucunditatis, leporis, doctrinaeq; plenas, atque intermissam diu inter nos scribendi consuetudinem ali quando reuocarem, tum etiam certè ut desiderium meum in his tibi exponerem quod mihi iam ab eo tempore, quo Perusiae morabar, tua rum institutionum argumento iniecisti, nuperque demum edito tuo Commentario quasi earundem idea quadam ac specie auxisti aut refricasti potius. Sed nec integrum nobis fuit cum ab Vrbe complures menses varijs negotijs distenti abfue rimus ad istud scribendi officium unquam reuerti, nec satis vrgens ratio uidebatur esse, vt tantum tibi negotij meo priuato commodo exhiberem. Nunc uero cum iam dudū in patriam reuersus expeditior aliquanto sim, & ad causam quam plures adiunxerim qui partim sua sponte, ac fama ducti, partim commentariolo tuo degustatoq allecti, partim etiam oratione nostra aliorumque amicorum tuorum excitati, mirum in modum opus ipsum, cuius tu nobis imaginem repraesentasti, expectant quasi conceptam sitim vberiore fonte sedaturi, statui non amplius expectandum, quin continuo te meis scriptis appellarem, atque adeo omnium studiosorum nomine flagitarem, ne tu nos longa expectatione suspensos diutius torquere velles. Non id ago nunc mi Lancelotte, vt velim ullis apud te argumentis ostendere Institutiones tuas Pontificij Iuris dignissimas esse nouitate sua, splendore, pōdere, quae in apertum proferantur: nam neque hoc ad me attinet, & tibi persuasum esse scio, aut si pro tua modestia minus velles tuo iudicio esse contentus, non deesse tibi amplissimorum uirorum testimonia, quae acre tuum ingeniū in huius editionis operis (garriant inuidi quantum libet) posteritati commēdare queāt, nec sanè dubito te egregium istum tuum librum in lucem tandem emissurum esse, quē pluribus ab hinc annis publicè priuatimque pollicitus sis: multa deinde die multaque li tura ad unguem castigaueris, postremo etiam tuo commentario quasi chirographo fidē tuam arctius obstrinxeris, quibus ex causis ut maxime uelis, ab instituto tamen discedere non possis. Verum illuc meae spectarunt litterae, vt currentem te magis incitarent cum intellexisses, omnibus his, quae enumerauimus incredibilem bonorum omnium expectationem adiunctam esse. Quod si tu maleuolorum aculeos fortasse times, vide ne hoc tibi maiorem inuidiam excitet, quod cum nullo fere negotio tantum expectationem explere possis, idem tamen cunctando tot desideria hominum superbe aspernari videaris. Atque scio obtrectatorum calumnias nihil morari, quandoquidem tibi in cau sam ingredienti facile fuerit coniicere non defuturos huiusmodi garrientium coetus, quorum quidem ineptias tantum abest, ut de laude tua quidquam detrahere posse credant, ut ex his, gloriam potius tuam augeri, illustrioremque reddi existimem, quod & tu pulcherrimis exemplis in eo libello demonstrasti. Sin uero ea retardandi forte est causa, quod librum tuum summi Pontificis auctoritate impressum iri cupias, non nega uerim si res quidem ita est in promptu, ut breui conficiendi negotij spem habeas, aliquid etiam operę te eo ponere, quod & tibi perhonorificū, & rei de qua agitur ualde consentaneum fore uideatur. Caeterum si longius interuallum temporis interponendum sit, aut dubius etiam euentus spectetur, quoniam tu in ea re satis iam superque tēporis laborisque impendisti, haud tandem magnopere laborandum esse censuerim publico ne is liber an priuato nomine diuulgetur, satis enim per se ille & dignitatis, & auctorita

tis ad-

tis adferet, nec minus gratus Pontificijs Iuris studiosis omnibus futurus est quam si amplissime Principis diplomate fulciretur, quippe non tam speciosam inscriptionem spectantibus illis, quam quid inde utilitatis ac commodi percepturi sint. Hæc te Lancelotte facile possunt ad laudem tuam studiosorum commodo coniunctam uel multum impellere quem tamen satis iam tua sponte incitatum esse non dubito, quare nihil est quod in te hortando multum laborem, uolui tamen leuiter hæc perstrinxisse, ut me cum gloriæ decorisque tui, tum uero utilitatis publicæ studiosum ac percupidum esse scires. Tu si ad me scripseris quid de hac re sentias, aut quousque opus perduxeris, rem facies gratissimam. Vale Romæ Idibus Maij anno Sal. M D L X I.

Desideratur responsio in qua excusat auctor se, quod serius respondeat tum familiariter conqueritur quod licet mandato Pontificis suas Institutiones nomine Pontificio feliciter, eruditissimorum uirorum iudicio absoluerit, non solum negotium non confecerit, sed maximos etiam labores, & maximos sumptus sustinuerit, dum diutissime Romæ difficillimis temporibus proprijs negotijs post habitis omnibus, una ea causa detinetur, principibus ipsis ad incommoda sua inclementissime conuiuentibus, quibus diuinitus dicit contingere, ut in rebus sibi tam gloriosis tam alte indormiant, ne scilicet, tantam ipsi laudem immerentes assequatur narrat item post mortem Pauli IV. Pium IV instante Illustrissimo Cardinali Cicada mandasse doctissimo & amplissimo uiro Francisco Alciato ut opus rursus percurreret, relaturo an huiusmodi sit quod Pontificio nomine edi conueniat, se tamen licet non unis ab eo litteris compertum habeat Alciatum optime sentire de institutionibus suis, Pōtificique rem suasurum, certo tamen scire Pontificem id minime curaturum, quippe qui iam pridem mores aulicos cognitos habeat, atque ideo se relationis huius exitum non expectaturum, sed primo quoque tempore opus ipsum priuato nomine editurum prout fecit, vel ipso Alciato festinatam editionem non probante.



IO. PAVLO LANCELOTTO CLARISSIMO IVRISCONSVLTO,

Iacobum Menochius. S. D.




VM hactenus vel publico docendi munere, vel de iure respondendo valde impeditus essem, non licuit ad te litteras dare, quibus significarem nihil mihi vel gratius vel iucundius potuisse cõtingere, quam de te aliqua in re bene mereri: nunc tamen aliquã tutum otii nactus, me his litteris expurgare volui, ne de mea egregia erga te voluntate aliquando suspicareris, ac vt etiam intelligeres gratissimam mihi fuisse oblatam illam a te occasionem vt vna tecum de grauissima illa causa responderem, quod eo libentius feci, nõ quod res ipsa id postularet, cum tu iam tuo doctissimo responso omnem plane dubitationem sustuleris, sed ne ignores meam qualemcunque operã tua, tuorumque causa promptam ac paratam semper esse. Nam tibi hoc est viro clarissimo, atque inter consultissimos, eloquentissimo, placere qui possunt, se plane fælices existimant: ea enim est apud nos, & apud exteros omnes percelebris nominis tui fama, tot eruditissimis scriptis, comparata, auctaque, vt omnes te admirentur, & summis laudibus prosequantur, tum maxime quod primus iuris Pontificii institutiones tam studiosis necessarias veluti Tribunianus alter orationis copia, & splendore illustratas edideris. Quibus si(vt futurum spero) aliquando Pont. Max, accesserit auctoritas, te vel nouum Tribunianum habebimus, vel vt Iuris Pontificii nouum auctorem obseruabimus. Interim etiã atque etiam plurimum rogo, vt me quoque in tuorum numero habeas, nam ad meam laudem plurimum referre existimes uelim, me a Lancelotto eruditissimo Iurisconsulto diligi, cuius cõsuetudine viri omnes docti delectari solẽt. Ego vero studio ac singulari quodã obseruãtię genere te perpetuo colere nunquam desinam. Vale ex vrbe Patauio Idibus Maii. M D L X X X I.



IO. PAVLO LANCELOTTO

Iurisc. Perus. Critonius Mellonus. S. P. D.



Nstitutiones tuas nõ percurri solum, verum etiam accuratissime perlegi. Scint tu bone Lãcelotte, quid nũc ego de eis sentiam? At inquis, quid tu sentias non est à me magnopere curandum, quando per cuncta Gymnasia, ac cũctas regiones miris ac propemodum diuinis laudibus à viris doctissimis extollunt. Sed, vt ita sit, est adhuc vlterius, ꝙ ego præter cęteros de te ac

tuis

tuis institutionibus sentiam, ecquid tandem est (inquis) quod præter cæteros omnes tu nunc sentire possis? Dicam, & vtinam mentiar, nempe id quod poetarum Princeps, de quibusdam a se compositis versiculis sensisse, uel uerius questus esse legitur, dum dixit:

Sic uos non uobis mellificatis apes.

At vrges quid illud (inquis) est tandem? sciri quid? Ego mellifluas tuas esse Institutiones, atque omnibus numeris absolutas, cunctisque laudibus dignissimas, vt eruditissimus quisque prædicat, semper existimaui: sed futurum arbitror tantam tui laudem quantum vix quisquam uiuens meo iudicio assecutus fuit, non fore diuturnam. Quid istud est? inquis, eloquar, venturum aliquando arbitror Romanum aliquem Pontificem, qui gloriæ cupidine magis titilletur quam fecerint hactenus hi a quibus de eis conscribendis mandatum accepisti, vel qui eis successerunt, eumque causaturum indignum esse, vt iuris Canonici elementa de scriptis priuatorum domi num hauriantur tum quod institutionibus quæ circunferuntur, non pauca deesse, quæ necessario sint adiungenda, & propterea curasse se, vt vndique absolutè Institutiones huiusmodi quasi recudantur, & nomine Pontificio edantur, inde quibusdam immutatis, additis, vel demptis, vt nouum quoddam opus videri possit suo nomine editurum, vetiturumque ne deinceps aliæ iuris Canonici Institutiones a quoquam legantur, sicque dum Rom. aliquis pontifex gloriam aucupatur, laus, & memoria Lancelotti suis Institutionibus remanentibus abolebitur. Vnde cum alii qui temporibus fælicioribus propria sponte aliquid ad iuuandos homines elucubrarunt sępe a Principibus largè soleant donari; tu, qui mandato ipso Pontificis tam luculenter scripsisti, non solum aliarum rerum, sed nec laudis quidem præmium vllum feres. Vnum forte potest non desperari, nempe quod veluti Iustinianus in proœmio suarum Institutionum eas ex Caii Iurisconsulti Institutionibus desumpsisse se confitetur, sic ille quisquis Pontifex, si natura sit paulo humanior, tui nominis non renuet mentionem facere, cum præsertim nullo pacto nunc possit occultari quod eas Institutiones tu iussu Pontificum, & Curia Romana probante aliquando conscripseris: sed quantulum tandem istud est, quod tantis a te exantlatis laboribus, & incommodis acceptis tribuetur? Et ita ego futurum arbitror, & hac mea epistola apud te & omnes testatum esse uolo, atque ita est aliquid, quod ego præter cæteros de tuo laudatissimo libro sentiam, Vale.




PIO

PIO PONT. MAX.

IO. PAVLVS LANCELOTTVS.

Iureconsultus Perusinus. S.



Ontificij iuris Institutiones proximis annis superiorum Pontificum iussu & nos conscripsimus & summi viri castigarunt, quæ quidem optandum sane erat, vt ijs in lucem prodirent auctoribus, quorum mandato & scriptæ & recognitæ fuissent, vel ea saltem ratione quod auctores ipsi munera nobis gratiora ac preciosiora facere consueuerint, & sæpe non tam quid, quàm a quibus accipiant homines soleant perpendere. Sed quando id vel ratio temporum, vel alia quæcunque causa fieri non sinit; illud certe nulla ratione committi debet, vt iuris scilicet Pontificij Institutiones sub alterius quàm ipsius Pontificis nomine appareant, a quo Pontificia omnia iura emanant. velut enim ab Oceano deducta flumina in ipsum tandem refluunt, ita hoc, quicquid est operis, quod totum de Romanorum Pontificum cōstitutionibus deriuatum est, ad ipsum Romanum Pontificem quasi ad fontem proprium redibit. Ad te autem eo iustius, quod magnis aliis animi dotibus, quibus ad Pontificatum tibi aditum parasti, exactissimā adiunxisti iuris huius cognitionem. vnde perbelle nunc accidit, vt quæ facultas optimum te meliorem reddidit, & ad moderandam difficillimis temporibus Christianam rempub. instructiorem, eam nunc tu contra cum Canonum conditor euaseris, beneficium reponens meliorem sis redditurus. Cuius rei non dubia iam apparent indicia, cum ad restituendos antiquos Christianorum mores atque hæreses extirpandas, sanctissimas quotidie constitutiones edere non desistas, quæ dubio procul Christiano gregi non minus futurę sunt salubres iis ipsis, quæ iuris Pontificij, quod nunc tenemus, libros implent. Ad illas autem institutiones hę nostræ gradum forte rudioribus facere poterunt. Accipies igitur eas placido ac benigno animo, nam si ita contingere senserimus, ad alia prōptiores reddemur, & alacriores. Deus Opt. Max. te nobis diu incolumem, fælicemque seruet.

RVBRI-

RVBRICAE INSTITVTIONVM
Iuris Canonici Primi Libri.

RVBRICAE INSTITVTIONVM Libri Secundi.

RVBRICAE INSTITVTIONVM Libri Tertij.

RVBRICAE INSTITVTIONVM Libri Quarti.

FINIS.

INTSITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER PRIMVS.



IO. PAVLVS. In huius operis principio quædã sunt prænotanda, uidelicet q̃ sit auctoris intẽtio, quæ materia, q̃ utilitas, cui parti philosophiæ supponat, quis modus agẽdi, & quis libri titulus. Intẽtio auctoris fuit scribere pro tyronib. librum ad faciliorẽ introductionẽ ad Iuris Canonici cognitionẽ & ad similitudine Iuris Ciuilis. Putabat ad cõuenire, vt scriberet noĩe pontificio, vt claret proœmio & i j. li. Cõmẽtarij, vbi de hoc latissime dicit.

Auctoris Intentio.

Materia. Materia sunt omnes libri iuris Canonici hactenus recepti, vnde hæ institutionis fuerunt desumptæ & res in dictis libris contentæ.

Vtilitas. Vtilitas est, quia his institutionibus lectis & intellectis, facilius peruenit ad cognitionem iuris Canonici, & sic peruenitur ad scientiam discernendi inter æquum & iniquum, & reddendi vnicuique quod suum est. 12. q. 2. c. cum deuotissimã, & instit. de iusti. & iure. §. iuris.

Cui parti philosophiæ liber supponitr. Supponitur Ethicæ, id est, morali sciẽtiæ, sicut & alij libri iuris; vnde inquit Imperator hominũ mores intendimus corrigere, l. j. C. de secun. nup. & infra de vi. & hon. præla. per totum.

Modus agendi. Modus agendi est tali. proœmio proposito ac p̃fixo diuidit auctor opus suũ in quatuor partes siue libros in prima parte postquã posuit originẽ, & ex quib. cõstat ius Canonicũ, tractat de personis, & eorũ officiis & beneficijs. In secũda tractat de rebus, tam spiritualibus quam tẽporalibus. In tertia de iudiciis ciuilibus. In quarta de iudiciis criminalibus, & de cẽsuris eccesiasticis, quas qs incurrit ob cõmissa crimina. & sic terminat opus suũ diuidẽs illud in quattuor partes, vnde versus.

Personas nos prima docet pars, Resq. secũda.
Tertia dat iudices, Crimina quarta premit.

Quaternarius numerus. Est autem quaternarius numerus secundũ pithagorico, insignis & nobilis. Hinc copula coniugalis est restricta vsq. ad quartũ gradũ: hinc quatuor elementa quattuor in corpore humores, quattuor cæli plagæ, quattuor anni tempora, quatuor vẽti cardinales, & substãtia est quadripartita, cũ alia sit corporalis tãtũ alia vegetatiua, alia sensitiua, alia intellectiua, itẽ nomẽ Dei tetragammaton. i. quattuor litterarũ, et ex quatternario orit̃ Decas, nã vnũ, duo tria, et quattuor producũt decẽ: quæ decas est omnium rerum generalissima de qua p̃ Tiraq. de præscr. §. 1. gl. 4. super verbo per decem annos, et per Rodige. lect. antiq. lib. 12. c. 9.

Decas.

Institutiones. Titulus est et operis inscriptio, institutiones iuris Canonici, quia scilicet his iuuenes ad perdiscẽdum Ius Canonicum instituuntur et ordinatum. Sunt enim institutiones, p̃ceptiones ac elemẽta quædam, siue disciplinæ cuiuslibet elementa, alias autem uerbum instituo uarie sumitur, ut no. inf. de instit. in rub.

IO. PAVLVS[a] LANCELOTTVS I. C. PERVSINVS,[b] IVRIS Pontificii candidatis.[c] S.[d]

Perusia. b Perusinus. idest, de perusia, quæ est antiquissima & inter primarias Ethruriæ ciuitates, peperitq. semper uiros bellica laude, & utriusque iuris scientia insignes, aliisque innumeris dotibus est conspicua Ideo autem sic exponere quia non sequitur non sequitur necessario. Appellatur perusinus ergo est de perusia, sola enim nominis similitudo non est satis ad confirmandum cuiusque originẽ. l. fi. §. pen. ff. ad municip. de in col. de quo late per Legistas in rub. ff. solut. matr. qui ex hoc infe runt ad multas quęstiones. Et hoc ideo adiecit auctor ad designandã suę familię et aguationis diuersitatem ab iis, quę eiusdem nominis Lancelóttorũ reperiuntur Romę, Mędiolani, Florentię respecti et forsan etiam alibi.

Candidati. c Candidatis. id est nouitiis scholaribus. Et sic not. quod hic liber non est scriptus doctoribus prout liber Gregorianæ cõpilationis, & liber Sexti, et Climentinarum. Sic et iustinianus institutiones suas cupidæ legum iuuentuti nuncupauit non autem iureconsultis consummatis. Appellat autem candidatos huiusmodi nouitios, sumpta translatione ab his, qui ad magistratum aliquẽ apud Romanos adspirabant, qui per comitia induti toga candida, suffragatores rogandor, & obsecrando incedebant.

Salutatio an pars epistolæ. d Salutem. Solet autem dubitari apud Rhetores, an salutatio sit pars epistolę ut no. in proę. Sexti libri argum quod non. Cleme. si summus, §. 1. de sen. exc. Putat autem plato, scribens ad Dionysiũ, dum ad amicos scribimus, in inscriptione epistolæ non gaudere, sed bene agere ponendum esse, sed certe qui salutem precauit, bene agere precatur. Sed quid operatur salutatio? Resp. si simus in priuato, operatur remissionem iniurię. Bal. in le. 1. ff. de lib. & postum. c. omni. 24 q. 2. Sic contra, non salutans prius salutare solitus inimicus prę sumitur, no. in c. cum Adrianus, dist. 71. & per Abba. in c. an hoc 1. de appell. & tamen c. cum super de offi deleg. & in c. repellantur, de accus. Salutatio autem papę dicitur remittere peccata uenialia, secundum Abb. in proę Decr. in ult. no. ubi de hoc late habetur. Conuenit autem salutãdi actus tam maiori erga minorem, quam pari erga parẽ. l. Publia. §. Titius. l. Quintus Mutius. ff de pos. l. Domitius. ff de testa. quam etiam inferiori erga superiorem, excepto principe, qui ab inferio. ib., non salutatur, exceptis paucis, quib. id in priuilegium conceditur, de quib. in l. 2 de prox. sacr. lib. 12, & in l. 1, C, de silent. eod. lib.

Bene agere. Salutatio quid operetur. Salutare solit⁹ nõ salutãs p̃sumit̃ inimicus. Salutatio papæ. Regulariter princeps ab inferioribus nõ salutatur.


PROOEMIVM.

Dinisio proœmij.

Libros. Hoc Proœmium diuiditur in tres partes principales, in prima ponitur probabilis quæ iam admiratio auctoris super eo, quod nulle antea extarent Iuris Canonici institutiones, excusanturq. ueteres Romani Pôtifices qui illas non cõscripserint, uel cõscribi curauerint, ĩ scđa ponitur initiũ & progressus huius inchoati, & perfecti operis, in tertia librum ipsum iuris studiosis offert. secunda incipit ibi. Sed hæc nos. Tertia ibi: Accipite igitur. Rursus prima pars subdiuiditur in tres, in prima ponitur magna similitudo librorũ iuris Ciuilis, & Iuris Canonici. In scđa admiratio auctoris, in tertia, excusatio Romanorum Pontificũ: secunda ibi: Non parua tertia ibi; Sed veteribus.

PROOEMIVM.

Ponit similitudines, quæ sunt inter libros Iuris Ciuilis & Iuris Canonici, h. d. in summa.



Libros [a] iuris Pontificii [b] diligenter [c] intuentib. facile [d] apparebit eos ad quãdam imitationẽ illorũ qui in iure Ciuili extant, fuisse cõscriptos, atq. digest. Nam ut illi Romani imperatoris, [e] sic hi Rom. Pontificis auctoritate [f] potissimum [g] nituntur, acvetut illi Romanorum imperatorum cõstitutionib. [h] Senatus aliorumq; magistratum placiti [i] & iurecõsultorum responsis [k] cõstant, sic in hos Pontificum itidẽ Romanorum sanctiões [l], actorum conciliorum decreti, [m] & sanctissimorum uirorum haud dissimili ordine cõgestæ sententia [n] conspiciuntur. Quæ omnia tam pari postmodum studio posteritas amplexa est, & tam eodem stylo [o] interpretata, ut inter bonas autem artes nullæ pror-

quod not. pro scholaribus, qui conqueruntur de difficultate scientiarum. cit facilitatem.

f Imperatoris. In quem populus Romanus omnem suam potestatem transtulit. l. 1. ff de const. princip. l. 2. §. nouissime. ff. de ori. iur. §. sed quod principi. instit. de iu. nat. gen. & ciu. le. j. §. cum. n. antiqua. Co. de iu. ver. enucl. hodie tamẽ ptãs Imperatoris non est a populo Romano sed ab Ecclesia, vt traditur cõiter in c. nouit. de iud. & in c. licet de fo. compe. et no. inf. de iud. §. 1. in uersic. regun tur. Potestas Imperatoris ab ecclesia.

f Auctoritate. Id est, iurisdictione & potestate; alias autẽ auctoritas est opinio qua quis imitatiõe, vel imitari dignus reputatur alias simplex aliquid asserentis testimonium.

g Potissimũ. I õpotissimum quia licet q̃dã sint in libris iuris Põtificij qua parũ auctoritatẽ habent, ut puta quædam dicta sacræ paginæ, vt in c. 1. 2. & 3. de præsump. cum multis aliis, itẽ quædam dicta sanctorum, vt in c. 2. de part. & c. j. de donat. & aliis pluribus, vel plurimum tamẽ cõstantii, quæ a Romanis Pontificibus profecta responsa, & constituta fuerunt, inter quæ & statuta in conciliis sunt reponenda, nec enim ea habeant auctoritatem, nisi quatenus a Papa reperiũtur approbata, sa. infra de eccles. constit. per totum.

b Iuris Pontificii. Sed quinã sunt hi libri? Respõ. compilatio Gregoriana demandata Raymundo. Item liber sexti compilatus a Bonifacio Octauo, opera Richardi Nalũbri. Item liber Clementinarum. Sed an Extrauagãtes? De his quæ sunt in corpore iuris insertæ, nõ est dubitandũ quia & hę librũ cõstituunt, cæteræ vero quãuis in dubitatæ & publicatæ, licet ius faciant, ideo sn iæ contra illas latę sint nullę ipso iure, sm̃ Butri. in c. j. & c. cũ inter. de re. iudic. & per Bal. in l. 2. C. q̃n prouo. non est nec. & late per Pauin. in prælud. Extraua. non possunt tamen dici de libris iuris Canonici; cum vagentur extra, nec sint certo volumine conclusæ: idem & multo magis dicendum est de regulis Cancellariæ, cũ illæ nec sint incorporatæ, nec ppetuæ, prout esse debet natura legis. Sed quare istæ Extrauagantes appellantur bullæ? Respõ. Forte quia sunt breuissimæ uitæ sicut bullæ, quæ fiunt in aquis, unde & dicimus, homo bulla, est, hoc est breui uiuens tpe, cum Pontifices Romani facile eas soleant renouare, immutare, & de medio tollere, liber autem Decreti videtur iam diu cæteris libris iuris canonici aggregatus & ad iunctus, licet de eius auctoritate varia tradantur per doct. variis locis, præcipue in ca. 2. de constitu. Qui sint libri iuri canonici extrauagantes. Regulæ Cancellariæ. Bullæ cur sic appellantur.

c Diligenter. Exponitur hoc verbum, secundum subiectam materiam, secundum Corset. in suo singulari, super verbo diligenter & iste intuitus refertur non magis ad corporalem uisum, quã ad oculum intellectus, & subtilem modum inuestigãdi,

d Quam graui. & c. licet. de crim. fal. Diligentia induc.

e Facile. Arg. quod diligentia inducit facilitatẽ,

h Cõstitutionibus. De hoc verbo dic, vt no. infra d̃ iur. diu. cõ sue. & cõstit. §. pen. alias §. cõstitutio. Placita.

i Placitis. Idest, ordinationibus, alias placita litigia, siue iudicia dicuntur c. placita. 15. q. 4. ca. 1. de fer. cap. 1. de immu. eccles. c. 2. de cle. pug. in duel. Item placitum dicitur pactum, siue cõuentio. c. j. de aut. l. ex placito. C. de re. permu.

K Responsis. §. constat, & §. responsa. institut. de iu. aut. gent. & ciuil.

l Sanctiones. Large sumas hic verbum sanctiones pro qualibet ordinatione vel decretali epistola; proprie tamẽ sanctio dicitur quæ pænam irrogat. l. sanctio. ff. de pen. §. sanctæ. insti. de re. diui. & de hoc no. in poœm. forum & per Anchi. in ca. fra tutum, in princ. de rescr. in 6. Sanctiones.

m Decreta. Quæ specialiori nomine canones nũcupantur decreti enim verbum latissime patet, vt per doct. in rub. de constit. & in l. nec quidquã §. vbi decretum, ff. de offic. proconf.

n Sententię. Quæ leguntur potissimum in libro Gatiani, quem decretum appellamus.

o Stylo ordine. & modo scribendi, alias stylus est frater cõsuetudinis, vt per doct. in l. de quibus ff. de

ſus ſint, quæ tanta ſimilitudine ſeſe inuicem contingant.

Mirum eſt quod non fuerint hactenus compoſitæ inſtitutiones Iuris Canonici. h.d.

Nō parua hinc [a] nos interdū cępit admirō, quanā rōne contigerit, ut ueluti Imperatorio noīe Cęſarei Iuris in certos libros [b] redacta ſunt elemēta, [c] non ita ēt ad vſum ſtudioſe iuuentutis ad Ius Canonicū ab ipſis Pōtificib. cōpoſitę Inſtōnes reperiantur, cū id, ſi ut quidē nunc eſt, contemplemur, ædificii cuiuſdā referat ſpeciē ianuis, atq. oī propemodū [d] aditu carentis, & vna hac tātum diſſimilitudine a Iure ciuili ſeiungatur. Accedit, ꝙ cū nemo [e] ſit mortaliū, qui glorię cupidine [f] nō tāgatur hoc nō ſine magna ſua laude [g] facturi uidebātur.

Excuſat ueteres, & recentiores Pontifices a non confectione Inſtitutionum. h.d.

Sed ueteribus [h] quidem facile id ignoſci poterit, in iaciendis, & ſtruēdis huius Iuris fundamentis [i] uidelicet occupatis, & quaſi materiæ defectu [k] impeditis: At recentioribus eius facultatis tractatibus ad iuſtū corpus [l] excreſcentibus, Inſtitutiones inde elicere, & quaſi de rudi marmore [m] ſtatuæ cuiuſdam effigiem ducere non difficile fuiſſet, & quæ noſtrorum eſt fęlicitas temporum, non modo in ea re illuſtrium uirorum [n] opera uti, uerum etiā per ſe id præſtare nonnulli [o] potuiſſent.

Excuſat ueteres a nō confectione Inſtōnum. h.d.

Sed & horum quidam uitæ breuitate, [p] quidam multiplicium hæreſum, bellorumque, tā ciuilium, [q] quam externorum [r] procellis facile excuſari poſſunt. Quis.n. in ſacri Apoſtolatus faſtigio [s] vniuerſæ eccleſiæ præſidens, atque orbem ipſum principum [t] diſcordiis fluctuantem, bellorumque incendiis ęſtuantem circumſpiciens, ad otium litterarium [u] uarie

ff. de legib. & c. ex literis, de conſt.
a Hinc. Id eſt ſtante in cæteris, tam magna inter utrumque ius libro, cum ſimilitudine.
b Certos libros. Qui ſunt quattuor.
Elemēta c Elementa. Prima principia, ſicut enim prima principia rerū corporaliū ſublunarium. ſ. ignis, aer, aqua, & terra uocantur elementa, & ex his omnia componuntur, & in hæc omnia reſoluūtur, ſic & prima principia ſciētiarū elementa uocam[o], §. pe. ī auth. vt præp. nomē Imperatoris.
d Propemodū. Philoſophicū tēperamentū, quia ꝑ auditu ad ius Canonicū antiq̄tus utebant ſūma Goffr. vel Hoſt. ſed hæ ex pluribus cauſis non multum adiuuāt ſcholariū in Iure canonico nouorū ſtudia, ut late ediſſerit idem auctor in ſuo cōmētario lib. 3. ante fi. uerſi. ſed neque Hoſtie.
e Nemo. Etiā illi ipſi, qui de cōtemnenda gloria libr. ſcripſerunt, qđ patet, q̄a ſui libri nomē ſuum præſcripſerunt, ut teſtatur Cice.
Gloria. f Cupidine. Iuxta illud, ſola animū mentemque peruris gloria, & eſt gloria frequēs de aliqua re fama cū laude, ſecundum Tulliū in Rhetoricis, vel clara cum laude notitia. An aūt appetitus gloriæ inanis ſit peccatum mortale, habetur per S. Tho. ſecunda ſecundæ, quæſt. cxxxij. articu. 1.
g Laude. Quæ eſt uirtutis præmium.
h Veterib. Vt ſunt Inn. III. Alex. III. Clemēs II. Honor. III. Greg. IX. Bonifacius VIII. Clemēs V. & alii plures, quorum hodie nomina leguntur in libris Iuris Canonici.
i Fundamētis. Referas hoc potiſſimū ad iura poſitiua, & ad declarationes factas per Rom. Pōtifices ad iura diuinū, & auctoritates S. paginæ, nā alias fundamēta iſtius iuris ſunt ī libris S. paginæ & in iure diuino, ut infra de iu. diui. cōſue. & cōſt.
K Defectu. Quaſi dicat. Quemadmodum ſculpere & effingere volēs ſtatuam non poteſt id facere, niſi habeat marmor, vel aliā materiā, in qua poſſit ſtatuā effingere, ſic ueteres Romani Pōt. nō potuerūt ex li. iur. Ca. q̄ nulli extabāt, elicere iſtitutiones. Ioā. Bap.
l Corpus. Qđ hodie apparet conſtitutū & cōflatū cōpilatione Gregoriana, lib. Sexti, Clem. Extrauagātib. & lib. Decreti, vt no. ſup. in prin.
m Rudi marmore. Cōparat libros Iuris Canonici rudi marmori, q̄a ñ cōtinēt methodū, nā Ro. Pōtificib. fuit in eis cōponēdis ꝓpoſitū prīcipaliter, nō ut docerēt, uel inſtituerēt diſcere volētes ſed ut cauſas terminarēt & legales ferēt ꝙ proſequiī idem auctor ī ſuo cōmētario, ubi late uidendum.
n Virorū. Qualis fuit And. Alciat. & ei[9] adoptiuus filius & ampliſſim. Card. Frāc. Alcia.
o Nōnulli. Vt forte Iulius III. Pius IV. & Greg. XIII. qui omnes fuerūt I.C. eximii.
p Breuitate. vt fuit Pius III. & Marcel. II. & Vrbanus VII. qui menſem in Pontificatu nō compleuerunt.
q Ciuilium. Ideſt Chriſtianarū īter, ſe ut infra de iure diuino, verſ. eſt igitur. Fideles.n. ſūt inter ſe conciues Chriſtianę reip. (delium.
r Externorū. Puta Turcarum, & Barbarorum infi
ſ Faſtigio. Id eſt, dignitatem atque honorum culmine, iuxta no. p Arch. in c. ordinationes, diſt. 59.
t Principum. Qui ueniant appellatione principū no. in cle. 1. de baptiſ. & eius effectu.
u Otium litterariū. Quod animi tranquillitatem expo-

expoſcit, iuxta illud.

Otium. *Carmina ſeceſſũ ſcribẽtis, & ocia quærunt.*
Et Cic. in Rhetoricis: Negotiis familiarib. impediti uix ſatis ociũ ſtudiis ſuppeditare poſſumus.

Opponiť & otium bello, Cic. in Ver. Cũ bello fugitiuorum tota Italia arderet, Norbanus ĩ ſummo otio fuit. Et appellať hmõi otium litterariũ, otium ignobile p Virgilio, in fine libri quarti Georgicorum ibi. *Me dulcis alebat Parthenope ſtudijs florentem ignobilis oci.* Quod eſt forte ueeũ de ſtudio Poeticæ artis, nõ aũť Iuris Põtificii. Alias aũt otiũ uituperabile eſt & dãnoſũ. Vnde Seneca: otiũ inquit, ſine litteris mors eſt, & vim hominis, ſepultura. Et idẽ, Non eſt uiri timere ſudorẽ, & Generoſus labor nutrit.

agitatum annuum facile poſſit appellere.

Ponit de mandato Pontificis accepto & fæliciter conſummato. h d.

Sed hoc nos [a] parũ aliquando perpendiſſe uideri poſſumus. nã cum in aula Romana difficillimis tẽporib. [b] degeremus, de inſtõnibus iuris Canonici Pontificio noĩe conſcribendis, Iuſtiniani Imperatoris exemplo, ipſi Romano Pontifici ſuggeſſimus, & quamuis minus forte opportune, de his tamen conſcribendis ab eodem mandatũ accepimus, [c] & quantum in nobis fuit, ẽt expleuimus. Siquidẽ intermiſſo ſuperiorib. annis pręlegandi ac patrocinandi munere, impenſe operam dedimus, ut per nos hmõi inſtõnes cõponerentur, quæ, ut pontificio nomine exirent, non indigne iudicarẽtur, quod quidem ex ſententia nobis ceſſiſſe, ita locupletiſſimum ſummorum uirorum probauit teſtimonium, [d] vt ille iamiam de manu põtificis in manus ueſtras uinturæ credentur.

a Sed hoc nos. Hic incipit ſcđa principalis pars huius proœmii, q̃ ſubdiuidiť in quinq. alias particulas. In prima recẽſet initiũ, & progreſſũ cõpoſitarũ a ſe Põtificio noĩe inſtõnum. In ſcđa, q̃ incipit ibi. Sed uſq. adeo, indicat, cur huius modi inſtõnib. non fuerit ſuprema manus impoſita. i. nõ exierint noĩe Põtificio. In tertia, q̃ incipit ibi. Ergo ſi cur excuſat ſe a temeritate, ꝙ librũ Pontificio noĩe ſcribere fuerit adortus. In quarta, quæ ĩcipit ibi. Sed hæc oĩa, conſolať ſeipsũ, ꝙ multos labores, vigilias, & obtractiones quaſi fruſtra ſubierit, in quinta & ultima, quæ incipit ibi. Accipite igitur, quas inſtitutiones ſtudioſis iuris Pontificii quaſi de manu in manus exhibet.

b Tpib. Hoc ideo dicit, quia circa illa tpe exarſit bellũ inter Ro. Pontificẽ Paulum IV. in minorib. Io. Petrũ Caraffam nuncupatũ, & rege Neapolitanũ qui erat Philippus de Auſtria, filius Caroli V. imperatoris, cui pr̃ ipſe Carolus regnũ illud uiuẽs ceſſerat qđ bellũ multa incõmoda ſũt conſecuta.

c Acceptmus. De quo late dicit auctor in ſuo Cõmentario lib. primo.

d Teſtimonium. Quod deſcripto ſummo pontifici ſecerunt, & eſt huiuſmodi.

Beatiſſime pater, cum S. V. nobis iniunxerit ut inſtitutiones Iuris Canonici iuſſu ac nomine B. V compoſitas uideremus & excuteremus, Primum uniuerſum opus ſinguli perlegimus, inde certis diebus in unum locum ſimul ſæpius conuenientes, rebuſq. inuicem communicatis, ea, quæ uel immutanda, uel addẽdã, uel reſecanda uiſa fuerunt, pro tenuitate iudicij noſtri immutauimus, addidimus, & reſecauimus, Auctoremq. ipſum, qui nobis non contennendo ingenio & eruditione præditus uiſus fuit, exactiſſimã operi abſoluendo diligẽtiam adhibuiſſe multis argumentis comperimus librum itaque iudicamus cum neceſſarium, tum ẽt bene ordinatum ac digeſtũ, cum uniuerſa prope, quæ Pontificij iuris libris ſparſa conſpiciũtur, certa uia & ratione, cõpendioſaque breuitate complectatur. Et uere niſi nos fallit opinio, ab omnib. cõmendandum erit propoſitum ac inſtitutũ S. V. quaſi ſibi diuinitus inſpiratum Cum non minus gratum futurum ſit hoc opus iuris Pontificij ſtudioſis, quam ſint inſtitutiones Iuſtiniani nomine compoſitę, iura ciuilia profiteri uolentib. exiſtimauimus tamen, ne qua omnino quantum fieri poteſt, anſa detur, & occaſio nouis altercationib. quas interdum nimis anxie diligentes moroſa curioſitate, excitare conſueuerunt, forte non abs te eſſe, ſi nonnulla inferantur Proœmio, quod ipſi operi. B. V. pręfigẽdum duxerit. de quib. cum primum commode fieri poterit, ut ſuo nos dignetur alloquio, plenius diſſeruimus, omnia tamen ſapientiſſimo iudicio B. V. relinquentes, cui quanto maiores poſſumus gratias agimus quod nos qui tanti nos non facimus, dignos putauerit, quib. tam arduum negotium committeret. In quo ſi quid defecimus id totũ noſtrę imbecillitati adſcribere dignetur, non quod omni diligentia & conatu ad exequenda mandata S. V ſeparatiſſimi, ut debemus, non fuerimus, quam Deus Opt. Max. diu nobis incolumem fœlicemque ſupereſſe uelit.

B. V. humiliſſ. ſerunli, Fabius Acorãb. Rotæ Decanus, Iul. Orad Rotę Aud. Ant. Muſſa.

Sua

sunt,& aliorum magnorum in eadẽ sniam uirorum testimonia, de quibus libro primo commentarii late habetur, quamuis autem dici con sueuerit, laudem in ore proprio sordere. ubi tamen laudes sunt notoriæ, de eis meminisse non est uituperabile. inuidia est tristitiæ de bonis alienis, secundũ S. Th. Hæc autem licet adeo similis sit odio, ut eius soror & germana uideatur, in pluribus tñ differt, & nunc exceditur, & nunc excedit odium: exceditur, quia odium non solum dirigitur erga homines, verum etiã erga animalia ratione carentia. Vnde odimus serpentes, mures, & alij alia. Inuidia vero dumtaxat hominis est, & in hominẽ dirigitur, secundum Plutarchum. Itẽ bruta se inuicem oderunt, ut Aquilæ & Dracones inter se: itẽ Leo Gallum, Elephas Aprum dicitur odisse. Exceditur aũt quia & iuste & iniuste aliquẽ odisse possumus: iuste autẽ inuidere nemo potest. Ex hoc manat & alia dr̃ia, quod odisse se aliquem sæpe homines fatentur, at inuidere se omnes negant, & ad inuidiam tegẽdam mille excusationes adferunt, inuidiam in odiũ verbis uertere nitentes. Vnde in hac animi ægritudine hoc accidit inuidis molestissimũ qđ inuidi dolorẽ suũ nemini deregere possunt. Vnde sicut rubigo ferrũ, ita inuidia animũ hominis cõsumit. Itẽ odiũ nascit ex opinionem quã habemus qđ is quẽ odimus malus sit uel in uniuersum, uel quãtũ a d nos attinet. Inuidet autẽ ei potissimũ qui ad uirtutũ recto tramite fertur, uel ad honores vel diuitias, iucũdus. n. aliena cõmoda suam facit calamitatẽ. Quocirca generose dr̃ ingemuisse Themistocles, adhuc adolescens, ꝙ nullũ adhuc habere. inuidi, quasi nihil splendidũ adhuc egisse unde & pulchre auctor huius ipsius operis in sua nuncupatoria libelli. De comparatione iuris Pontifici & Cæsarei.

Latus in ore proprio.

Inuidia differt ab odio.

Io. de Pla. in l. 1. C. de profess. qui in urb. Constant. li. 12. vnde illud.

Sũ pius Aeneas fama super æthera notus.

Ponit quinque uel sex causas, quibus factũ est vt liber non exierit nomine pontificis. h. d.

Sed usq. adeo a postmodum, cũ Romæ ob eam vnam rẽdiu fuissemus, supremę manus impositio differebatur, vt qui grauissimus, ac multiplicibus vndiq; ad sedẽ Apostolicã confluentibus negociis b admodum senẽc Pontificẽ, & natura ipsa, ut aiebant, ualde cunctatorem, d distentum fuisse, ignorauerit, magnã illo tempore incuria rerum haũ incuriã fuisse facile suspicari potuerit. Itaq. diuitius sustinere non ualentes, in patriam concessimns Põtifex paulo mox in fata. e Sed hæc Commentariolo f sufficiat non aliquando fuisse complexos.

Nõ potest temerarius dici qui obtẽperat principi, & Cuius acta approbatur a magnis uiris. h d.

Ergo si g cui forte audentiores visi fuimus, qui tantam rem aggredi, tã imbecilli ausi fuerimus, maximis auctoribus, atque a deo mandate ipso Pontifico, hanc temeritatis culpam redimere possumus, uel certe id non impune tulimus, qui ob eam rem magns labores, & impensas, atque inuidorum obtrectationes, h nescio an dicam, frustram subierimus, utinam non amplius subituri

a Vsq. adeo. Hoc paragrapho breuissime insinuat auctor causas, quib. factũ est, ut liber non exierit Pontificio nomine, quæ sũt quinque, vel ẽt sex, remittens se comẽtario super ea re a se composito.

b Negotiis Primum impedimẽtũ multitudo negotiorum.

c Senem. Secundũ impedimentũ magnũ Põtificis ipsius senium.

d Cunctatorem. Tertium impedimentum ex tarditate naturæ ipsius pontificis.

e In fata. Quia statim fere post auctoris ab urbe, Pontifex cuius dota fuerat hic liber scriptus, mortuus est qui potest pro sexta causa numerari, cum etiam, si postea aliæ quinque cessauissent, non propterea magis ad finem potuisset res perduci.

f Commẽtari. Io. Scilicet, libro primo dicti commentarii ubi habetur plena historia.

g Ergo. Continuatiuum signum non autem illatiuum hoc loco, sicut & in l. fi. ergo. ff. de ser. rusti. præd. & l. ergo. ff. de fideicom. libert. & ibi no. aliquãdo est inceptiuum, conueniens indignationi, ut in illo Augusti. carmine:

Ergo signũ cõtinuatiuũ.

Ergone supremis potuit uox improba uerbis,
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes, &c.

Regulariter tamen est illatiuum.

h Inuidorum obtrectationes. De quibus late cõmẽtariũ libro primo, & libro tertio. Et qua morbus iste inuidia est quotidianus, & male cognitus & perniciosissimus, uideamus qđ sit inuidia, quõ differat ab odio, quis sit eius effectus, uel natura, quõ extinguatur, uel saltem minuatur igitur inuidia nihil aliud est quam dolo ex proximi bono prouenisns. secundum Basilium, Vel

De inuidia late.

Inuidia quid.

Nemo iuste inuidet.

Tu, inquit *is ego sum qui illorum scriptis soleam admodum uidere qui plurimos habent inuidos, inuidiaque ipsum illis uehemẽter inuideo atq. ut in hominibus senectutem, ita in scriptoribus inuidiã optatissimum maliũ appellare consueui, nam etsi ea per se praua est ac detestanda: est tamen testis uirtutis.*

Hec ille. inuidia igitur eos maxime tãgit & infestatur, qui boni sunt quiq; ad uirtutem gloriaq; grassantur, Extinguitur autem inuidia magna felici-

fælicitate tam eius, cui inuidetur, quem solemus dicere hoc casu inuidiam superasse, quam inuidētes. Nec.n fælix & cui nihil deest, potest facile aliis inuidere, at inimicorum magna potentia odium non extinguit, quod Alexandri Magni interitus declarauit.

Ceterum quoniam adhuc quidam in ecclesia sunt, qui non minus in laicatu, [a] quamvin clericatu constituti domino deseruiunt, ut sunt regulares ac monachi, restat, ut de his pauca subiiciamus. [b]

DE REGVLARIBVS, & Monachis. [c]

TIT. XXX.

Monachi fiunt.
- Paterna deuotione.
  - Quomodo fiāt
  - Quādo obligentur.
- Propria deuotione.
  - Expresse
    - Regulariter.
    - Ex cā.
  - Tacite.
- Voti emissione.
  - Simplicis.
  - Solennis.

Regulariter ualet argumentum a regulari ad monachum, & contra, h. d.



QVoniam uero siue de regularib. agendū sit, siue de monachis, eadē fere [d] iura seruātur, ne uerbosa fiat euagatio, [e] dirigamus sermonem in personas monachorū

DE REGVLAribus, & monachis. Io. Bap. Cū persona Ecclesia. alia dicatur Clericus, & alia regularis, & Monachus, & hactenus auctor locutus sit de clericis, sequebatur uidere de Regularibus, iō post ti. præced. proponitur modo titu. iste qui diuiditur in 3. partes in prima habetur intentio auctoris, in secunda explicatio materię propositæ, in tertia an liceat inuenire nouam Religionem secunda ibi, monachi, tertia ibi, ne uisime.

DE REGVLAribus, & monachis.

c DE regularibus. & monachis. Cū copula ponatur īter diuersa, dubitari potest qui sint monachi, & qui sint regulares, & quidē regulares dicunt omnes qui regulam, & tria substantialia uota cuiuslibet religionis approbatæ profitentur, uidelicet paupertatem, castitatem. & obedientiam, ut in c. cum ad monasterium, de stat. reg. & in hoc monachi cum regularib. conueniunt. Vnde hoc respectu aliquando monachorum appellatione oēs regulares continentur. Abb. in ca. 2. in prin. de postul per illum tex. ibi. & per tex. in ca. 1. & c. monachi, 16. q. 1. Sed dissident eo quod quo ad cæteros tis exceptis regulares sunt cuiusdam laxioris regulæ, ut habetur in cap. quod Dei timo

ANT. TIMO. Regulares secundum Goff. sunt qui ad uiuēdum regulariter, idest, sub aliqua certa regula, & ordine se adstringunt, ut monachi, fratres, canonici regulares, &c.

Io. Bap. QVoniam vero. CASVS, hic non figuratur. Not. tamen inde argumentū quod omnes Regulares Religiosi in essentialibus conueniunt: differunt autem secundum maiorem, & minorem perfectionem.

d Fere. Quia non per omnia eadem seruātur iura, cum regulares regulæ interueniant laxiores, & possint parochialibus ecclesiis præponi, cap. quod Dei timorē, de sta. monac. fac. §. fugitiuos, inf. eod. & c. 2. de postulat.

ANT. TIM. Videtur quod regularis se habeat tamquam genus, & monachus tamquam species. Vnde omnes monachi sunt regulares, non autem econtra omnes regulares monachi.

e Euagatio. Simile & Instit. quod cum eo, qui in aliena potestat. Et est arg. contra legentes & consulentes, qui utuntur multiloquio, fac. l. 2. § contrarium. C. de iu. uet. enucl. & quod habetur in l. ampliorem. §. in refutatoriis, C. de app. & auth. de referend. post. princ. & in authen. de tibell. post medium, & c. tales, dist. 23. licet pro illis faciat l. antiquitas,

ticuitas,& quod ibi no. C. de usu & habitu.& §. filius: titulo proximo.
a Item etiam. Nam similium eadem est disciplina, vt hic & instit quod cum eo. qui in alie. in princ.& ff de in rem vers. l. 3 §. prouide, & §. quoties.
b In iis. Scilicet regularibus.
c Ostendemus Quod facit infra eo. §. fugitiuos.

dem etiam [a] intellecturi, & de regularibus cæteris. Nam si quid in iis [b] proprie seruetur, separatim ostendemus. [c]

Ex triplici capite quis fit monachus. & impubes a patre traditus monasterio, post annum pubertatis, potest redire ad seculum, si uelit, hæc dicit.

Monachi [d] fiunt aut ex paterna deuotione aut ex propria professione, aut ex uoti emissione. Ex paterna [e] deuotione monachus quis efficitur, cum pater filios impuberes monasterio offert. [f] Quo casu si impuberes sacram tõsuram, vel uelamina susceperint, quinto decimo [h] ætatis anno moneri debent & inquiri

Io. Bapt. Monachi fiunt. Hæc pars subdiuiditur in 2. partic. in prima habetur quomodo monachi fiant, in secunda quomodo uiuere debeãt postquã sunt facti, secunda ibi. is igitur. prima pars iterũ subdiuiditur, in 2. particu. in prima modi isti referuntur, in secunda iidem modi explicantur in secunda ibi, ex paterna, quoad primum CASVS non figuratur Not. tamen causam dist. quia homo respectu Religionis, aut est in potestate patris, & hinc datur unus modus, aut est sui iuris, & sic aut, fecit uotũ Religionis, & hinc datur alius modus, aut non fecit uotum, & hinc datur tertius modus.

d Monachi, &c. Sumitur ex cap. monachum, 20. q. 1. & fac. cap. cum uirum, ext. eodẽ, habetur per Doct. in c. 2. eodem.

Ant. TIM. Idest solitarii Latine, est enem Græcum uerbum a monos, quod Latine sonat unus, uel solus, 16 q. 1. ca. si cupis, & c. placuit, ibidem Ducit etymologiam monachus a monos Græce. Latine est unus. Differunt autem a cõuersis, & oblatis, ut per Abb in cap. non est de regula. & transf. ad rel. Nam cõuersi sunt, qui offerunt se, & sua mutando habitum, & profitendo, laici tamẽ sunt quia non promouentur ad ordines, oblati vero sunt qui se, & sua offerunt monasterio habitu non mutato. uide glo. c. ut lex. 27. q. 1. Monachi autem uidentur proprie esse qui habitũ mutant, profitentur, & ad ordines promouentur, 16. q. 1. per multa cap.

Io. Bapt. Ex paterna. Hæc pars subdiuiditur in 3. partes in prima explicatur modus ingrediendi religionẽ ob paternam deuotionẽ: in secũda declaratur qualis sit professio ingredientis. proprie dicta: in tertia demõstratur qualiter uotum cogat aliquẽ ingredi Religionem, secunda ibi. propria professione, tertia ibi, is quoque, quoad primum CASVS ita figuratur. Quidam paterfam. habens filios intuitu sanctitatis uoluit eos offerre monasterio & Religioni D. Benedicti, unde fuit quæsitum an posset. & primo negatiue respondebatur per dictum Euangelicum. Si uis ad uitam ingredi. Si uis dicit text. quod verbum denotat liberam & propriam uoluntatem, Sol. tamen vt hic legimus. & ratio decisionis est quia homo in suis impubertate, non habet usum rationis, nisi maxime diminutum, secus in superioribus ætatibus. Non obstat obiectio quæ tenet de filio puberi. Not. primo paternam potestatem extẽdi etiã ad salutem animæ, quę tamen in hac parte limita, quãdo filius habet legitimum usum rationis, No secundo seruire Deo esse actũ a principio liberæ uoluntatis, secus postea. argumẽto obligationis ciuilis, l. sicut. C. de ac. & obli. Propria professione. Hæc pars iterum subdiuidit tur in tres partic. in prima ponit distinct. de professione, in secũda eam declarat. in tertia soluit dubium circa clericos, secunda ibi. expresse, tertia ibi, & si contigerit, quoad primũ CASVS non figuratur Not. tamen dist. esse uerã, quia uoluntas declaratur, aut factis, aut uerbis.

e Ex paterna, &c. Dictio. Ex. quę hic ter inculcatur, nõ semper uniformiter, aut proprie sumitur nã cum proprie remotã cãm significet, ut in l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufr. ubi Bar. & proprie propinquam, ut in l. non dubiũ. C. de legi. & in l. i. C. si ser. extero. ve. & per Ab in c. qualiter, de elec. & per Bar. in l. prætor, § 1. ff. de bo. aut. iud possid. hic & improprie sumitur, & proprie. improprie quoad paternã deuotionem, uel uotum quo ad monachationem hẽt se potius inchoatiue quam perfectiue, quo uero ad professionem uel solemne uotum sumitur proprie, & causam designat proximam, cum ista faciant quem monachum uere, & irreuocabiliter, ut inf eo. per tot. Alio tamen loquendi modo utitur text. in c. monachum. 20. q. 1. unde sumitur.

ANT. TIM. Vnde parentes filiorum curam habere tenentur, nam habent rationem principis in filios. & ecõuerso etiam filii parentum, quib. in necessitate existentibus, ita ut sine ipsis uiuere nequeant. tenentur non introire religionem, sed manere apud eos, ut eis subueniat ratione, & pietate suadente, S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 6.

f Offert. Sed an id possit matre inuita, uel mater inuito patre. Quidã quod præfertur uoluntas cõtradicẽtis. l. Sab. nus. ff. cõ. diu. c. in re cõi. de re. iu. in 6. Alii quod uolũtas patris. arg. de patri. pôt in prin. inst. Prima cõior Nec. n. in spiritualibus patria potestas est magnoperein cõsideratione, secundũ Inn. & alios. in c. 2. eo. cũ Deus sine distinctione præceperit honorari patrem, & matrem faciunt not. in c. 20. q. 2. Sed an sola mater patre nõ cõtra dicente. Resp. comm. quod sic, & pro hac facit not religionis. l. sunt personæ, ff. de rei. & sum. fu. Sed an pater qui hẽt filiũ in ptãte patris sui, & sic ui posit offerre auo inuito, cõm quod possit, ut in d. c. 2. uide quæ no. Ab. in c. officii, de elec.

g Quintodecimo. Hodie decimoseptimo.

cum

ctum per Concilium Tridentinum nemo profiteri possit ante 16. annum, & antea facta professio nullum pariat effectum, vt in sess. 22. sub tit. de regul. & monial. c. 16. vnde tolluntur not. in c. illud, 22. q. 1. & in ca. 1. de cler. per sal. promo. per Abb. cap. 2. eo. arg. cap. 2. 20. q. 1.

ANT. TIM. Quia pueri, & puellæ ante pubertatis annos naturaliter sunt in potestate patris, quo ad dispositionem uitæ. ita S. Thom. 2. 2. d. q. 189. ar. 5. habetur c. 1. 20. q. 2. & c. oportet.

Sed nunquid aliquis petere potest restitutionem in integrum? argum. quod sic, c. ad nostram, eod. Tu dic contra. Nec enim deceptus est, qui Christo se coniunxit, & in talib. censetur quis maior, vt & in matrimonio, ca. ex parte, de resti. spol.

ANT. TIM. An pueri sint recipiendi ad religionem vide S. Thom. d. q. 89. artic. 5. qui late hoc disputat.

a Professi fuerint. Expresse, uel tacite, vt inf. eod. §. per propriam, & in c. cum uirum, eo.

b Habuerint. Ca. significatum, de regular.

c Coacta. Arg. quod quis ad bonum cogi non debet, hilarem enim datorē. Amat Deus. Sed si filius oblatus pōt exire, quid operatur oblatio? quod ante pubertatem non poterit exire sine consensu parentum. quod posset nisi interuenisset huiusmodi oblatio, ut no. in c. 2. & ca. significauit, eodem.

d Inuitus. Cap. ubi di. 74. & per tot.

ANT. TIM. Vnde quis non debet cogi ad intrandam religionem, neque a patre, neque ab aliis, bene licet inducere, suauiter tamen, non autem uiolenter, aut simoniace, aut mendaciis aliquibus, ut per S. Tho. 2. 2. q. 189. ar. 9. Vide quæ ultra canones antiquos disposuit Concil. Triden. in hac materia sess. 25. ca. 17. & 18. tit. de regularibus & monialibus.

e Parentes. Sed an & tutores. Fed. tenet tutorem posse quidem reuocare pupillum a monasterio, sed non offerre. Innoc. contra. cum contrariorum sit eadem disciplina, uide per Abb. in c. 2. eo. & facit quod legitur. 20. q. 2. c. 2.

f Irritare. Nota ergo, quod impubes inuitis parētibus monasterium ingredi, nec per ingressum factum ante eam ætatem, desinit esse in patria potestate, secus postea, 20. q. 2. cap. 1. & cap. 2. Sed quid erit contra, si parentes uelint offerre impuberem inuitum? Inn. quod non ualeat oblatio. & quod quādocunque poterit impubes exire, sequitur Abb. in

vtrum in ipso habitu permanere cupiant, si permansuros se professi fuerint, [a] vel professionem a se prius factam ratam habuerint, [b] ulterius pœnitendi locum non habebunt. Si uero ad sæcularem habitum reuerti maluerint, redeundi licentia concedenda erit: quia satis inutile est, vt coacta [c] seruitia Domino præstentur. Qua etiam ratione constitutum est, ne quis inuitus [d] ordinari debeat.

Si impubes præter parentum uoluntatem monasterium fuerit ingressus, possunt parentes intra annum reclamare: secus si sit pubes. h. d.

Quod si impubes præter parentum uoluntatem tonsuram acceperit monachalem, parentes [e] id factum irritare [f] ualent. Sed si intra annum ad proprium Episcopum, uel alium competentem iudicem non reclamauerint, reuocare amplius non poterunt. [g] Si uero in grādiori ætate [h] adolescentes seruire Deo elegerint, non est potestas parentibus prohibēdi. [i]

Professio est duplex, tacita, & expressa, & potest fieri etiam ante annum. h. d.

Propria professione monachus efficitur

g Non poterunt. Nisi ita longe absit monasterium, vt intra annale tēpus non possit inueniri, tunc enim maius, spatium habebit, arg. 17. q. 2. capit. si quis incogratus, & not. in c. 2. 20. quæst. 1. Sed a quo tempore curret annus iste? Itē nunquid erit continuus, ita quod cedat ignoranti? Resp. ut not. in d. c. 2.

h Aetate. Idest adolescentia, quod satis exprimit.

i Prohibendi. Soluitur enim per talem ingressum patria potestas, vt not. in cap. 1. 20. q. 1. & in l. si ex causa. §. Papinianus, ff. de minor. & per Abb. post alios, in ca. 2. eod. mortuus enim quo ad mundum fingitur, 16. q. 1. ca. placuit. idem esset si pater intraret monasterium, nam incontinenti soluitur patria potestas; quia cum pater transeat in potestatem Abbatis, non potest alium habere in potestate, l. si arrogator. ff. de adopt. no. in auth. ingressi, & in auth. si quia mulier, C. de sacros. eccl. facit, c. cum sumus, eod.

Expresse. Hæc pars iterum subdiuiditur in 3. partic. in prima declaratur professio expressa, in 2. professio tacita, in 3. demonstratur differentia inter eas: secunda ibi, tacite: tertia ibi, utrum autem. Quoad primum. CASVS, ita figuratur. Quidam Scholares ingressi sunt Religionem D. Francisci, sed in professione emittenda non eundem modum obseruarunt, siquidem professionem fecit unus ex eis a principio, alius intra annum, & alius post annum, qua de re fuit quæsitum, quid iuris. & primo nulla distinc. uidebatur attendenda, sed satis erat uoluntatem ingredientis obseruare, cum professio simpliciter monachum faciat, §. 1. supra eod. Solu. tamen ut hic habetur, quia aliquando necessarium est periculum facere de ingrediente, & hoc, erit secundum qualitatem casus com. Non obstat obiectio, quia professio in illo §. accipiunt large, & improprie, hic vero proprie. Not. neminem esse regulariter recipiendum ad religionem, nisi prius de eo factū sit ali-

aliquod periculum. No. secundum argumentum neminem esse ad aliquod officium promouendum nisi de eo prius aliquod periculum fiat. No 3. Religiones differre inter se etiam in tempore ut appellant probationis.

& per Ab. in ca. ad Apostolicam, extra eo. uel dic secundo quod prohibitio de qua in contrario cū concernat solum fauorem prohibiti, habet uim exhortationis tantum & cum concernat fauorem prohibiti, non mirum si potest per eundē rerum c'ari fa. 2. dist. 4 §. hæc & si legib le. si quis in conscribendo, Co. de pac. Vel aliter dic, qd vbi prohibitio fit simpliciter fauore prohibiti non impeditur obligatio quę quæritur Deo principaliter, sed tantum obligatio quę quæritur hominis quia ī dubio nō uidetur de hoc lex cogitasse fac. c. debitores, de iureiur. Aliter etiam sol. Ioan. Andr. ut habetur in d c ad Apostolicā, distingue, tamen hanc materiam, ut habetur in d. c. 2. c. 3 eod. in 6.

quis, aut expresse, aut tacite. Expresse, ut si quis post annum [a] probationis habitum suscipiens monachalem, regulis monasterii obstringi se uelle profitetur. [b]

Profiteri potest quis etiam ante annum ab ingressu h. d.

Si ante tempus [c] probationis regulariter præfinitum, is qui conuerti desiderat, habitū recipit & professionem emittit, Abbate [d] per se, vel per alium professionem recipiente, regulari obseruantia obligatur [e] & uere monachus est censendus.

Ex causa post annum potest professio differri, ut si ingressus monasterium sit incognitus. Et seruus triennio in monasterio commoratus per monachationem fit liber. h. d.

Quemadmodum autem discretus Abbas ex causa [f] ante probationis tempus [g] professionem recipere potest, ita ex causa interdū pro ferre. Vnde si quis incognitus monasteriū ingredi uoluerit, ante triēniū monachalis habi

a Post annum. Post tamen ætatē legitimam, cōcor. c. ad Apostolicam, eod. & cap. Gonsaldus 17 quæstio. 2. quandoque statuitur biennium, 19. quęst 2. c. monasteriis, quando que triennium vt infra eod §. proximo, & cum iura varia sint circa tēporū constitutionem, videtur id esse arbitrarium, quod satis per Docto. admittitur, in d. c. ad Apostolicā, licet quidam inter casū et casū distinguant, regulariter tamen, seruatur spatiū anni. Sed an dicatur annū compleuisse, qui post quā stetit in monasterio per sex menses exiuit, et interuallo interposito stetit per alios sex menses, et sic possit ad professionē recipi? & uidetur posse, arg l. fin. §. qui sæpius, ff. de abig. in contrarium fa. l. interdum §. quoties. ff de publi. et hoc tenet Ab. in d. c. ad Apostolicam, licet quidam primam teneant.

b Profitetur. Per quæ autem uerba possit professio fieri, et quæ sint de illius substantia, habetur per Doct. in c. porrectum, eod.

ANT. TIM. Professio expressa secundum Doc. quinque de necessitate requirit. Primo quod profitens compleuerit 14. annum masculus, fœmina, 12. c puella 10. q. 2. c. 1. de regu. lib. 6. hoc ueteres canones: vide tēpus prorogatum usque ad 16. per Cōcil. Trid. licet in singulis requiratur 18. c. quia insulis, de reg. Secundo, quod professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, uel de eius licentia. Tertio quod fiat religioni approbatæ. c. vnic. de uo. et uot. red in 6. Quarto quod prælatus requirat consilium capituli Quinto quod fiat de trib. votis uide quæ per Conci. Trid. de professione ordinata sunt. sess. 25. c. 15. 16.

c Ante tempus. Sed contra, quia professio facta ante annum non tenet, ca. Gonsaldus, 17. quæst. 2. iuncto cap. uides, dist. 10. & c. quæ contra ius, de re iu. in 6 et l non dubium, C de legib. Item contra de cap. 2. et ca. 3. eod in 6. Solu. hic legis prohibitio non habet perpetuam prohibitionis causam, ideo actus in contrarium gestus non annullatur, no. in d. c. uides, et in c. tua, de spons. duorū,

Prohibitio legis.

videtur innuere hæc litera. Plures contra quod imo de necessitate teneatur requirere consilium capituli, alias receptio non ualeat, ut habetur in c. nouit, ext. de his, quę fi. a præl. tale tamen consilium non tenetur sequi, uide per Abb. in c. porrectum. eod. et quod no. in c. fi. eo. in 6.

d Abbate. Sed nunquid solus Abbas sine capitulo potest recipereque in monachum? et uidetur posse, 1. ad Apostolicā. eo et

e Obligatur. Cap. nō solum et c. constitutione, eod. in 6. quæ sunt cōtra. Sol. licet in monasterio mendicantium ante annum professus non obligetur, in specie eorum religioni, obligatur tamē in genere ad religionem quam elegerit, & hoc speciale est in mendicantibus, de quibus non loquitur hic.

f Ex causa. Iusta & rationabili, non autem si in hiet ad patrimonium monachandi, nam hoc casu licet professio ualeat respectu tamen finis male faceret, et ob id bona monasterio non applicarentur, c. constituit, 20. q 3 Ab. in c. præter, de offi. dele et in c. in præsentia, de prob et in c. cum dilectus. de his quæ ui, met. cau.

g Tempus. Scilicet ordinarium unius anni, cum alioqui fit arbitrarium, ut not. supra eod §. proximo, et in cap. Consaldus, 18. quæst. 2 et innuit hæc litera.

h Proferre. Id est, protelare, & in longius ducere, quia contrariorum eadem est disciplina.

i Ante triennium. Sed cum iste deprehensus seruus furtum fecerit sui corporis, quomodo rē furtiuam

tus a concedendus non erit, ne si forte, post annum sta'im præstetur, postea seruus, aut alias inhabilis [b] ad monasterium deprehendatur. [c] Quod si seruus [d] per triennium [e] in monasterio commoratus, postea monachus effectus fuerit, ex hoc liber etiam efficietur.

Ordinatus ignorante domino si fiat monachus, fit liber, aliàs dominus potest intra annum recipere seruum, h d.

Quinimo si prius ignorante domino ad sacra ministeria ordinatus monachus, fieri elegerit, iugum seruitutis euadet, [f] aliàs intra vnius anni spatiū domino & seruilem fortunā probare, [g] & seruum suum recipere licebit.

Prędicatores minores, & mendicantes non possunt profiteri ante lapsum anni, & recipientes ad professionem puniuntur. h. d.

Quod tamen de facultate recipiendi ante annum professionis dicitur, nō est perpetuū. Prædicatores enim, & Minores, [h] aliique mēdicantium [i] ordines ante annum [k] probationis elapsum, quenquam ad sui ordinis professionem, uel sæculi renunciationem faciendam, recipere non possunt, quod si forte contra fecerint, & is qui sic receptus fuerit eorundem ordini minime alligabitur, & receptores a receptione ad professionem quorumlibet suspensi, tam excommunicationi, quam aliis pœnis, [l] quæ huiusmodi regularibus pro culpis infligi solent, [m] grauioribus subiiciendi erunt.

fauor ecclesiæ tollit uitiū furti.

tiuam vsucapit triennio, cum nec spatio longi tē poris possit seruus fugitiuus præscribi, vt l. 2. C. de seru. fug. Respon. operatur hoc fauor ecclesiæ. Posset tamen dici, quod ecclesia debet recompēsare damnū domino, 14. q. 6. c. cōperimus, simile est in c. q. 17. q. 4.

a Habitus. Videtur ergo quod tēpore probationis debeat esse in habitu priore, & proprio, non monachali, c. legem, distin. 53. & ca. multos, dist. 54. & c. super eo, ext. qui cleri. vel uouen. Probabilius tamen videtur, quod dēat esse in habitu monachi, cum nō aliter possit expediri asperitatē ordinis & quod hic dicitur concedendus non erit intellige cum effectu, ita ut no. in c. fi. 17. q. 2.

b Inhabilis. Puta oneratus ęre alieno. de quo dic ut late per Anto. de Butr. in cap. 1. de obligat. ad ratio. redden.

ANT. TIM. Plura sūt quæ reddunt aliquem inhabilem & prohibent ne possit fieri monachus, uel religiosus. Primo si non sit debitæ ętatis c. ad nostrā, de regu. Secundo, si sit seruus, ut habetur hic. Tertio, si sit obnoxius debitis. Quarto si sit in dignitate Episcopali sine licentia Papæ. Quinto, si consumauerit matrimoniū, uel post spōsalia rem cum uxore habuerit. Sexto, si coacte, & non uoluntarie, c. 1. de reg. vide Summistas in uerb. relig.

c Deprehendatur. Caueri ergo debet, quod infirmari, uel uituperari potest, supra, qui primo non poss. in prin.

d Quod si seruus. Sumitur ex c. si seruus, 2. vers. debent enim dist. 54.

e Per triennium At ad clericatum extra claustrum annus sufficeret, ut no. in c. seruus, 2. versi. debent enim, dist. 54. Diuersitatis ratio est, quia clerici sunt in publico, monachi latent.

f Euadet. Not. ergo hic, q in habentib. symbolū facilis est transitus, nam hic seruus, si fiat de laico monachus, licet domino illum intra annum recipere, vt hic, & in c. si seruus, di. 54. Sed si fiat primo clericus, & postmodum monachus, etiam domino inuito, forte hoc operatur characteris īpressio, non tamen vt a seruitute, sic a contractu, uel delicto ante ingressū perpetrato liberarentur, ut per Ab. in cap. de eo qui fur.

g Probare, Puta probando, quod illum cępit in bello licito, nam & fideles ita capti serui fiunt, ut per Abb. in c. 1. de conuer. infid. licet, cōsuetudo nō uideatur hoc seruare, uel alio modo legitime, & fac. c. si seruus, dist 54. annus autem iste incipit domino currere a die scientiæ, non autem ordinationis ipsius serui, ut no. ī d. c. si seruus.

h Et Minores. Capit. 2. & ca. 3. eod. in 6.

i Mendicantium. Cap. eod. in 6.

K Ante annum. Sed an post annū præsumatur professio, nisi probetur? Resp. negatiue, cum sit facti, & ita Abb. in cap. nuper, de testib.

l Aliis pænis. No. quod quis multiplici pęna punitur. Ratio, quia altera per se nō sufficiebat, no. in ca. atsi clerici, in fin. ext. de iud. Io. Bapt

m Solent. Inspecta ipsa consuetudine, & ordinationibus, quæ sunt secundum regulam.

Tacite. CASVS. Quidam accepit habitum religiosorum Sancti Francisci, ipsumque ultra annum retinuit, sed nunquā expresse declarauit uoluntatem suam perseuerandi in Religione, unde quæsitū fuit an propterea teneatur ad regulam eius, & cū non constet de voluntate sua, negatiue erat respondendū, Solutio tamen est tenenda quā hic legimus, siquidem idem est voluntatem declarare factis, & verbis, & non obstat obiectio, quia

quia uoluntas eius qualitate facti fuit declarata: No. 1. taciti & expressi eandem esse uirtutem in iis quæ respiciunt salutem animæ; No. vitam hominis debere esse talem, qualis habitus. §. pen. sup. de uit. & honest. prælat.

f Vnde: Idest, hac ratione delationis habitus, de qua dixerat immediate.

g Concilio. Vt in c. clerici, ext. eo.

h Fingunt. Ex causa non honesta, puta iocose, vel causa explendæ libidinis, No. per gl. & Abb. in cap. ex tuarum de priu. & fac. 27. q. 1. c. uidua, & ca. ex literis, de spon sal. Vel intellige de his, qui deferunt habitum extra monasterium, secundum Hosti. & Inn. quos sequitur Io. And. in cle. eos, eo. & ponit Abb. in cap. porrectum, eod. Vel loquitur de his, qui protestãtur, quod per delationẽ habitus non intendunt profiteri, ut per Abb. in ca. ut hi qui, eod. Vel intellige de his, qui ingrediuntur monasterium, ubi nõ seruatur regula antiqua, ut ibidem per eundem, & de hoc late per Arch. & alios, in c. quod interrogasti. d. 27.

i Veri monachi. Supple, uel ueri clerici, ut in c. ut clerici, eo unde sumitur. Datur enim optio, utrum uelint, esse clerici, uel monachi, simi. in c. cum causam, de elec. & arg. 16. q. 1. c. nemo potest, arg. contra 27. q. 1. c. cui duo, & ca. quid interrogasti, dist. 27. Sol. ut not. in d. cap. ut clerici, & not. hic, & in ca. tuarum. de priu. ubi glo. & Abb. quod ubi constat de animo deferentis habitum, s. quod non intendit profiteri, talis delatio, quantumuis diuturna, nõ inducit professionem. Secus tamen si quis monialium habitu indutus in monasterio monialium profiteretur, quia secũdum Io. And. quem etiam sequitur Abb. in d. c. tuarum, ualet talis professio licet is compellatur intrare monasterium monachorum.

a Coniecturis. Quales sunt, quæ hic ponuntur statim, uel quia ipsemet fuit cõfessus, uel confiteturnũc quod uoluit relinquere sæculum secundum Inno. & Host. in ca. statuimus, eo. uel quia dimisit beneficiũ, quod habebat nõ protestãdo, quod non intendit per hoc dimittere, sæculum, uel de bonis propriis dispo nendo, ut no. in c. cõsuluisti, & c. statuimus, in antiquis, & in ca. non solum, eo. in 6. Habitus ergo ẽt nouitiorum cum proposito mutandi vitam obligat quẽ religioni, saltem in genere, ut non possit ad sæculum amplius redire.

Delatio habitus tacitum ostendit professionem, & unusquisque debet se conformare cum habitu quem gerit. h. d.

Tacite profitetur quis cum idoneis coniecturis,[a] apparet, quod perpetuo uult domino in religione [b] seruire, & uitam ducere monachalem, vtputa habitum post annum [c] retinendo, ubi is nouitiis, & profes sis, communis & indistinctus,[d] est, uel professorum [e] habitum suscipiẽdo, ubi is distinctus habetur. Vnde [f] & Toletano Concilio [g] inductum est, ut clerici qui se fingunt [h] habitu, & nomine monachos, & non sunt, corrigantur, & ueri monachi [i] fiant.

Ponit differentiam inter expressam, & tacitam professionem, h. d.

Vtrum autẽ quis expresse professus fuerit, an tacite, interdum multum [k] interest. Expressa enim professio, etiam sæculari habitu non

Sed an talis usque adeo sit uerus monachus, ut matrimonium postea contractum non teneat? Resp. ut late not. per Abb. in d. c. consulti, & per eundem in ca. consuluit, qui cler. uel uouent.

b In religione. Scilicet approbata, c. uni, de uoto in 6. & cle. 1. eo. Secus ergo, si extra religionẽ, quantocumque tempore portauerit talem habitum, ut in cap. ut clerici, eod. & in cle. eos, ubi not.

c Post annum. Scilicet completum, licet non excesserit, ut no. in cle. eos, eo. Debet ergo is, qui nõ vult obligari talem habitum intra annum depo nere, quod intellige de pubere, & de eo qui sponte recipit, uel saltem portauit ut ibid. not. Item intellige, nisi deferens contrarium fuerint protestatus ut per Abb. post antiquos. in c. ut cler. eo.

d Indistinctus. Etiam si esset aliqua distinctio latens, ut quia licet non sit differentia. in colore, & scissura, differentia tamen est, quia habitus professorum benedicitur, non autem nouitiorum. Vel quia habitus professorum datur ante altare, nouitiorum in alio loco. Vel quia habitus professorum datur per Abb. nouitiorum per alium. Et hanc materiã intellige, ut habetur per Abb. in c. ex parte, eo. & in cle. eos, eo. ubi copiose scribitur.

e Professorum. Hoc casu secundum Abb. in c. ad nostram eo. in fi. debent quatuor concurrere, scilicet diuersitas habitus, scientia, libera uoluntas, & tridui perseuerantia, quibus concurrentib. obligatur quis religioni in genere, non in specie. Idem tenet Abb. in c. super eo.

Vtrum autem. CASVS. Dubitatum fuit inter scholares an inter professionem tacitam, & expressam sit aliqua differentia, & primo negatiue uidebatur respondendum, quia per utramque religiosus dicitur uoto Religionis obligatus. Sol. tamen ut hic legimus, si quidem uotum, ita obligat sicut fuit modus uiuendi, & ideo effectus est diuersus, & obiectio non tenet. Not. quod causa obligationis aliquando consideratur simpliciter & aliquando cum aliqua qualitate adiecta, & hinc est quod effectus postea reperitur diuersus, arg. §. per rescriptum, sup. de collat.

K Interdum multum, interdum etiam nihil quo ad quædam, ut ecce professio, tacita inducta per lapsum anni non hẽt triduum ad pænitendũ, pro ut nec expressa, licet aliud sit in tacita quæ per assumptio.

sumptionē habitus intra annū inducitur, ut no. in c.3.eo.in 6. vnde sumitur. Item quo ad dissolutionem postea contracti matrimonii nihil inter expressam & tacitam interest, quia semper dirimit. Io. And. in d.c.3. Abb. in c. cum uirum, eo in antiq.

mutato,[a] illi religioni præcise[b] obligat, quam quis professus fuerit. Tacite uero facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantum datur susceptionē, non illi specialiter, cuius est susceptus habetur: sed generaliter religioni recipientem obligat, dum tamen legitimæ sit ætatis ac sciens, & prudens[c] triduo[d] in eius habitus delatione perseueret.

a Non mutato. Ca. sicut eo. in antiq. c.3. eo. in 6. habitus enim non facit monachū, sed professio regulæ, c. porrectum, de regulari.

b Præcise. Idest, absolute, & necessario, & sine distinctione, ut nō. in c. contra Christianos, de hære. in 6. & per Abb. in ca. ex parte, de rescri. fac. l. miles, §. decē ff. de re iudic. & l. sed & hæ, §. pen. ff. de proc. & de hoc verbo traditur p Legistas in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. & in l. stipulatus sum dā num, ff. de ver. ob. per Bald. in auth. hodie, de iud. & in l.2. C. de execu. re. iud.

c Sciens, & prudens. secus si forte laboret furore, c. sicut, eo. uel inuitus deferat c. cū virum, eod. & 20. q. 3. ca. præsens.

d Triduo. Similis dilatio temporis in l. fin. C. de erro. aduc.

Beneficium non uacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi. hoc dicit.

Et si contigerit, eum qui religionem ingreditur, beneficium retinere, inter probationis[e] annum, non erit alicui conferendum, sed interim per alium assignata sibi congrua de prouentibus portione,[g] beneficio[h] inseruiendum erit, si tamen ingressi ad id accedit assensus,[i] aut quod mutare uoluerit liquido appareat, aut legitimā professionem[K] emiserit, beneficium alteri libere conferri poterit.

Io. Bap. Et si contigerit. CASVS. Quidam Canonicus Mediolanensis meus amicus deuotione motus, ingressus fuit religionem Capucinorum, & cum haberet prębendam, fuit dubitatum an tale beneficium sit factum uacans, cum Regulares sint incapaces huiusmodi beneficiorum sæcularium, c. 2. & ibi Doct. de statu mona. Sol. tamen ut hic legimus, quia potest de Religione exire, & uitam clericalem ducere; non obstat obiectio si quidē ipsa tenet de Regulari professo. Not. inde argu. quod beneficia non dicuntur uacantia propter contracta sponsalia, sed solum propter contractū matrimonium: quia sponsalia dissoluuntur, §. dissoluuntur, inf. de spons.

e Probationis annum. Sumitur ex c. beneficium, eodem, in 6. & per hanc litteram dici posset, quod si minor 24. annis religionem ingrediatur beneficium suum ante finem anni 17. stante Concilio Triden. sess. 25. sub titulo de reg. ca. 16. conferri non poterit, ut no. per Ioan. And. in d.c. beneficium.

f Conferendum. Imo contra c. ex transmissa, de renunc. ubi tenuit collatio facta intra annū probationis. Sol. ut no. in c. beneficium, eo. in 6. Et idem erit si ingressus non habeat quidem ius in re, sed ad rem tantum: quia eadem ratione tale ius non creditur perire, ut ibidem ab eodem no. Sed nunquid contra, constituto in probatione poterit beneficiū conferri. Et non puto, cum hic sit statu dubius, leg. qui status, ff. de re milit. & l. qui de libertate, ff. de liber. cau. & quia per hoc induci posset ad religionem dimittendā, quod esse non debet. 12. quæst. 2. ca. bonæ rei, & capitul. quorundam, de elect. & cap. cum & plantare, de priuil. quod intellige de beneficio, quod per regulares possideri non posset, ad Episcopatum autem in sæculari vel regulari Ecclesia eligi posset, ca. nullus, de electi. in 6. & §. propterea, infra eod. Sed nunquid talis uocandus erit ad electionem Episcopi, sede uacante, si sit in monasterio uicino? Respondeo, ut prolixe not. in d.c. beneficium.

g Portione. Sed quid fiet de reliqua portione? Respondeo secundum aliquos, reseruabitur constituto in probatione: licet actualiter dari non debeat, nam sic non bene probaretur. Alii quod in utilitatem Eccl. expendetur. Alii aliter, ut no. in c. beneficium, eo. in 6.

h Beneficio. Etiam si sit curatum.

i Assensus. Et in his terminis est forte intelligendum, c. ex transmissa, de renun.

K Professionem non solum expressam, sed etiam tacitam, c. beneficium, eo. in 6.

Io. Bap. Is quoque. CASVS. Quidam fecit uotum ingrediendi religionem Iesuitarum, postea pænitentia ductus cogitabat de promotione ad dignitatem Eccle. sæcularem, & si eam non obtinuisset de ingressu alterius religionis, unde fuit quæsitum quid iuris, & primo uidebatur dicendum, talem debere gaudere in hoc plena libertate, quia coacta seruitia Deo non sunt grata, §. 1. in fi. supra eodem. Solu. tamen ut hic habetur, quia uotum a principio est uolūtatis, sed ipsum obseruare est necessitatis, qua ratione suadente nec etiam obiectio tenet. Not. minus perfectum contineri, in magis perfecto, quando sunt eiusd. ordinis. Not. 1. votum considerari aliquando

do simpliciter & aliquando c rta solemnitatead hibita, & hinc dantur de eo duæ species.

d Compos mentis. Licet sit corporis impotens, infirmitas enim quantumuis grauis nullitatem actus non inducit, nisi mentis exilium inducat, c. ex träsmissa, vbi Anto. & Abb. de renunc. c. fac. c. Gosaldus, 12. q. 2. sed furiosus etiam si bñficiat sanæ mentis non præsumit, c. sicut, vbi Abba. eo. fac. not. per legistas, in l. furiosum, C. qui test. fa. pos.

b Emisit. Vel furore liberatus ratam professionem habuit, vt c. sicut, eod. sed an sufficiat tacita, ratihabitio? Resp. vt no. per Abb. in d. c. sicut, in fine.

ANT. TIMO. Est autem votum secundum S. Thomam deliberata, & spontanea promissio Deo facta de his, quæ sunt Dei, 2. 2. q. 88. art. 1. vide Magist. in 4. sent. distin. 38. & ibi Doc.

c Compellendus. Quia debet prælaturam dimittere, & monasteriū ingredi, licet postea canonice electus Episcopatum recipere possit, ca. per tuas, de vot. & vo. red. & ex hoc nota differentiam inter matrimoniū carnale, & spirituale,

hic, & c. qui post. co. in 6. Sicut & diuersum est uidere a promissione de vendendo.

e Laxiorem. Quia de arctiori nō dubitatur, quia etiam q' esset professus. posset ad strictiorem träsire, c. licet eo. Voluntas enim, & propositum nō infringit, qui commutatin meli us, c. peruenit, de iureiu. cap. scripturę de vot. & vot. redemp. & sic non esset locus tūc pænitentiæ imponēdæ, de qua hic secundum Arch. vt not. in c. qui post. eo. in 6.

ANT. TIMO. An quis possit uotum factum commutare in melius sine prælati aucto ritate, est quæstio apud Theologos, de qua uide per S. Thom. 2. 2. quæst. 88. arti. 12. quę in loco fuse Caiet. examinat hāc qōnem. Nota præterea secundum sētentiam S. Thom. quod potest etiam regularis accedere ad laxiorem regulā si melius obseruet. 2. 2. q. 189. art. 8.

f Ramanere. Sed contra sup. eod. §. proxi. & cap. Per tuas, de voto, & voti redemp. vbi coniugium spirituale quod non videtur minus esse efficax professione, non præiudicat simplici uoto de religione intranda; imo

Qui vitam regularem vouit, monasterium ingredi debet, non obstante quod fuerit prælaturam consecutus. h. d.

Is quoque, qui votum de ingressu religionis compos mētis a emisit b ut monachus fiat, cogendus erit. Vsque adeo enim Deo uoti ligat emissio, vt etiam si quis post votū prælaturā fuerit consecutus, Domino tamen promissa reddere sit compellendus.

Per votum solenne derogatur simplici. hoc dicit.

Illud quęri potest. Si quis post votum de certa religione intranda d emissum aliam religionem ét laxiorem e ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidē ne possit uoto non obstante priore licite remanere? f in qua specie cum per secūdum solenne votum priori simplici derogari potuerit, respōsū est posse monachum in ea religione, in qua professus est, remanere, eidem tamen pro voto non completo, pęnitentiam g imponendam.

Votum simplex, & solenne, quid. h. d.

Est autem h in proposito votum simplex, quod non est aliqua professione munitum. solenne vero est, quod quis per professionem tacitam, vel expressam comprobauit.

nam carnale tollit votum prius emissum matrimonio non consonum, c. 1. de voto & uoti red. in 6. secus in spirituali. ut hic, & ind. c. per tuas, nam inter Episcopum, & Eccle. contrahitur matrimonium spirituale, c. 2. de trans. & su. de correp. vsu. sub. §. 1. & tamen per hoc matrimonium non est sublatum votum religionis præcedens, & sic carnale videtur fortius. Sed cōtra videtur c. qui post eod. in 6. & inf. eo. §. prox. Sol. ut ibi in ver. remanere. An autem quod dicitur habeat locum in alijs dignitatibus diuersis ab Episcopatu, uide per Abb. in d. c. per tuas.

d Intranda. Not. verbum quia aliud est religionem profiteri, quod potest fieri etiam habitu non mutato, c. sicut, & c. porrectum, eo. in antiq. & c. constitutionē, eo. in 6. quia habitus. & c. aliud vouere de intrando, vel profitendo, & tunc loquitur

debet quis prælaturam deponere, vt votum impleat. Sol. in cōtrariis promotus habebat consciētiam erroneam, q̄ deponere non poterat. vñ erat sequēda, fac. quod no. in c. p tuas, de simo. vel sol. ut per Abb. in c. per tuas, eod.

g Pœnitentiam. Quæ tanto debet esse durior quanto fuit votum manifestius cap. vn. de uot. & vot. redem. in 6. cap. 1. de pæ. & remis. & nct. 22. quæst. 4. cap. nemo, & distinct. 81. cap. clericus solus, & dist. 19. Anastasius, & c. de homine, de celebr. miss.

h Est autem, Cap. vni, de uot. in 6. unde sumitur

Is igitur. Hæc pars subdiuitur in 2. part. in prima habetur qualis debeat esse uita monachorū, in secunda qualiter superiores, inter eosd. sint eligendi secunda ibi, u tautem. Quoad primum. CASVS ita figuratur. Quidam Religiosi humiliati nu- Ioā. Bap.

Semel a factus monachus, cogitur remanere in monasterio, h.d.

Is igitur, qui legitima in ætate cõstitutus, habitum induit sponte [b] religiosum proposi tum ultro susceptum deserere non poterit, sed proprio Abbati [c] obediens in castitate in proprio deget monasterio.

Monachus non potest aliquid proprium habere, nec contra hoc potest Papa dispensare.

Sed nec aliquid proprium [d] possidere debet: & si quid habet, totum incontinenti resignabit. Nam abdicatio proprietatis, adeo est annexa regulæ monachali, ut cõtra eam [e] nec summus Pontifex, possit licentiam indulgere. Et si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte [f] is est Christiana sepultura priuandus, [g] & sepultus ex

nuncupati nolebant pænitentia ducti in monasterio Superiori obedire, & uitam Regularem ducere, sed bona possidere, ad aliam Religionem cogitabant transire, de proprio monasterio exire, ac etiam nonnulli ad uitam clericalem uolebant promoueri, vnde quæsitum quid iuris, in quibus omnib. videbatur de iure eis licentiam esse cõcedendam, quia omnia illa quæ sunt perfectionis sunt quoque liberæ uolũtatis, iuxta dictum Euangelicũ. Si quis perfectus esse, & cæt. si vis dicit tex. quib. accedit ca. fin. 14. quæst. 1. Sol. tamen prout in hac parte habetur quia isti Religiosi a pri. ad talem uiuendi Regulam seipsos obligauerunt, qua ratione suadente aperte ẽt constat obiectionem non tenere, si quidem ipsa locum habet in princ. secus autem postquam facta est obligatio de tali uiuendi regula. Not. vitam Regularem reduci ad hoc ca. ut monachus in Religione nõ solũ tria uota Religionis obseruet, sed etiam in ea perseueret, & de transit, ad aliam uitam regulariter nõ cogitet. No. 2. Religiones differre inter se secundum magis & minus perfectũ & hinc est licitum esse aliquando transire de vna ad aliam c. licet, eo. & ibi Doct. Not. inter fideles dari tria hominum genera uidelicet, Laicorum, Clericorum, & Religiosorum, quibus potest addi quartum nempe illorum qui a Doctorib. dicuntur gerere certum viuendi modum, ut sunt cõfratres alicuius spiritualis Cõfraternitatis, de quib. per Doc. in c. 2. de for. compe.

a Semel. Imo contra, quia adhuc hẽt triduum ad deliberandum post talis habitus susceptionem, c. ad nostram, eo. Solu. hic in eo, qui prius nouit ingressum religionis, & postea habitũ susceperit, ibi in eo, qui exortus est a susceptione habitus, & cũ dubitari possit, quo id animo fecerit, ideo datur triduũ secundum Abb. in contrario. uel in contrario fuerat quis illectus, & erat uicinus pueritiæ. & nõ fuerat in probatiõe, ut no. in c. puerius, 20. q. 3.

ANTO. TIM. Vnde adeo verum est hoc secundum S. Tho. quod post perfecte absolutam professionem non potest amplius uotum deserere, quod neque ipse Papa potest facere, quod ille, qui est professus religionẽ, non sit amplius religiosus. ita tenet. S. Th. contra aliquos iuristas aliter tenẽtes, ut inquit ibi 2. 2. q. 88. ar. 11. per decretalẽ ad monasteriũ, de sta. mon. quod intelligẽdum est stante monachatu non potest Papa dispensare, ut declarat Caie. ibi Sotus uero aliter sentit, de iu. & iu. lib. 7. q. 1. art. 2.

b Sponte. Secus si coacte, c. 1. & quæ ibi Doct. & c. ad nostram, eo. & 20. qu. 1. sicut, & q. 3. per tot. dummõ talis sit coactio quæ cadat in constãtẽ virum, ca. cũ dilectus, qđ met. cau. Sed & cõditionalis coactio impedit, c. prolatũ quod met. caus. ni si quis ex timore propter maleficiũ intraret religionẽ vt no. in c. 1. d. qu. 3. Sed contra vide tur, quia coacta uolũtas uoluntas est, c. merito, 15. q. 1. l. si mulier, ff. quod met. caus. Respondeo in hac materia dẽt esse spontanea fac. no. in c. Abbates, quod met. cau. arg. contra in cap. maiores. §. itẽ quæritur, de bapt.

c Abbati. Sine cuius licentia, nec literas quidẽ audebit a quoquam recipere ut per Abb. in c. cũ I. & A. de re iudic. & aliter faciens, uel delinquens, punietur solo Abbatis arbitrio sine consensu capituli: Abb. in c. reprehensibilis, de app. sed latius per eundem, in c. Io in eo.

d Propriũ. De facto, et tãq uã propriũ, sed quando dicetur monachus propriũ hẽre. Resp. sm̃ Ioan. Andr. & Abb. in c. cum ad monasterium, de sta. mon. quãdo non hẽt administratiõnẽ, & aliquid tenet illud cælãdo Abbati. Vnde si hẽt administrationẽ uel est ĩ studio cũ licẽtia superioris, licite aliquid detinet, nec ob id dicitur habere propriũ si paratus sit illud dimittere ad nutũ superioris. Facit, quia idem uidemus in seruo, qui non dicitur habere aliquid proprium licet habeat peculium, l. quam Tuberonis, ff. de pecul. & per Abb. in c. Ioann. eo.

ANT. TIM. Diuitiæ vero in communi retentæ non sunt contra professionem paupertatis religionis seu monachalis, sed proprio, vnde habere aliquid proprium in communi, non derogat perfectioni religionis. S. Th. 2. 2. q. 88.

e Contra eã. Etiam si sibi fuerit aliquid relictum quia non debet illud capere sine licentia superioris, cũ tale relictum acquiratur monasterio, secundum Ab. in c. cum ad monasterium, eo. et latius in c. 2. de sta. mon. et de hoc uide Conci. Tride. ses. 25. in tit. de regularibus, c. 2. & 3.

f Summus Pontifex. Aliqui dicunt, quod Pontifex põt prius facere de monacho nõ monachũ, & eidẽ postea permittere, vt possit habere propriũ.

g Priuandus. Nisi in puncto mortis ostenderit contritionem, arg c. a nobis, de sent. excom.

Exhu-

humandus,[a] prout etiam B. Gregorius se fecisse narrat.

Potest monachus transire solum in arctiorem religionem, h.d.

Sed nec temere[b] monachus de monasterio in monasterium[c] migrare permittendus est, nisi monasterium ad quod trāsitum facere cupit districtius[d] existat. Quo casu nullo obstāte priuilegio[e] prælatus monacho sine difficultate debet indulgere,[f] ne uideatur propositū impediri diuinitus[g] inspiratum.

Statur iudicio Abbatis, quæ religio sit arctior, hoc dicit.

Quod si forte probabiliter dubitatur, utrū quis uelit ad ordinem arctiorem transire, an ad laxiorem ex charitate, an ex temeritate, superioris[h] est iudicium requirendum, ne forte angelus Sathanæ in lucis[i] Angelum se transformet.

Mendicantes solum in ordinem Carthusiensem migrare possunt, h.d.

Mendicantibus uero approbatis,[K] qui prætextu arctioris ducendæ uitæ ad monasterium confugiunt, etiam si auctoritate Apostolica fuerint muniti, Clemens[l] quintus sacro approbante Concilio interdixit, ne uocem aut locum in capitulo talis monasterii habuerint, neue ad prioratus administrationes, aut quæcunque officia assu--

a Exhumandus. Si possit fieri sine scandalo, c. super. de stat. monach.

b Tenere. Not. duo quæ requiruntur ad hoc, ut quis possit transire in aliam religionē. Primo, ut absit temeritas, & leuitas. Secundo, ꝙ religio, in quam uult trāsire sit strictior, & fac. c. Io. & c. super eo. & c. sane, & c. licet eo. & 20. q. 4. per totum.

c In monasteriū. Sed contra uidetur, quod transire de uno monasterio in aliud, non est apostatare ca. ex parte de temp. or. nec debet iste transitus prohiberi, cum tam in primo quam in secūdo tria substātialia religionis obseruētur. Sol. imo large est apostata, ut no. per Abb. in c. Io. ante fi. eo. & licet hic, in substātialib. non sit præuaricator, est tamen quo ad obedientiam, quā dēt prælato, ca. sicut, de iureiu. Sed cui ex duob. monasteriis applicabūtur bona istius transeuntis de uno in aliud, maxime si licite transeat? Resp. ut per Ab. in c. quod a te, de cle. coniu. & in c. ne religiosi, de regu. & in c. cum olim, a. de priu.

ANT. TIM. Quando aūt sit licitum trāsire de una religione in aliam dicit S. Th. & enumerat tres causas. Primo, zelo perfectionis religionis. Secundo, propter declinationē religionis a debita perfectione. Tertio propter infirmitatem, uel debilitatem, ita 2.2. q. 88. ar. 8. in primo casu dēt petere licentiā pp humilitatē, in s. do requiritur superioris iudiciu, in tertio est necessaria dispensatio, uerū quia hodie data sunt multa priuilegia regularib. iō non est facile sine licētia papæ trāsire de religione in religionē, & nō incidere in excōicationē p Bullā Mart. V. q' īci pit uiā ambitiosæ, & Six. II. inc' piēte Regimini.

d Districtius. Quid dicemus de eo qui intrauit religionē ubi non seruabatur regula antiquitus inst. demum monasteriū reformatur, nunquid is qui fuit ingressus dissolutionis tēpore possit cōpelli ad obseruantiam regulæ reformatæ? Resp. ut per Abb. in ca. super, eo. tit. item sciendū, quod per licitum transitum ad secundū monasterium transiens est penitus a primo separatus, et intra probationis tempus, & antea quam profiteatur in secundo monasterio. Ab. in c. ex transmissa, de renunc. fac. no. per eundem in c. Abbate, de uerb. sing. Et forte non poterit amplius, ad priorem religionem reuerti. De quo dic, ut per But. in c. intelleximus de ætate, & qualit.

e Priuilegio. Concor. ca. licet eo. Et sic not. quod ubi priuilegiū possit diuinæ inspirationi præiudicare, datum, aut nihil operatur.

f Indulgere. Et si nō indulgeatur si nihilominus poterit monachus exequi propositū suū fac. no. per Abb. in c. admonet, de renun. ubi ampliat quod hic dicitur in clerico sæculari uolente transire ad regularem uitam. Sed quid si talem licentiam non petiit, an per Abbatem reuocari possit? quidā ꝙ sic, ut no. in c. intelleximus, de æta. & quali. & in c. mandamus, 19. q. 3. Alii contra c. sane, eo. Dic ut per Ab. in c. licite, eo.

g Diuinitus. Facit, illud, quod monachus electus in Papā possit inuito Abbate acceptare, cum talis electio credi dēat inspirata diuinitus, de quo in c. quam sit, 18. q. 3.

h Superioris. Non intelligas de Abbate, qui immediatus superior est monachi, quia non debet esse iudex quodammodo in causa propria, sed de eo ad quem religiosus appellaret, si grauaretur a superiore immediato, ut per Abb. in c. licet, eo. simil. 11. quæst. 1. ca. peruenit, & cap. nullus de iure patron. authen. de sanct. Episcopis, §. si a clero, col. 9.

i Lucis, Cap. nec mirum, 26. quæst. 5. & 29. quæstio. 1. §. 1.

K Approbatis. Quales sunt Prædicatores, Minores, Eremitæ S. Augustini, Carmelitæ de quibus in c. uni. §. sane, de reli. dom. in 6. ubi habetur, qui sint mendicantes. & no. in cle. 1. eod. in gl. in uerbo quoslibet.

l Clemens, cle. 1. eodem.

a Martinus. Vt in extrauagantibus communibus, in extrauag. quæ incipit, uiam ambitiosæ cupiditatis.
b Fugitiuos. Sed quis dicetur fugitiuus. Respon. secundum Ioan. And. & Ab. in c. fin. eod. ille qui moratur extra monasterium, et celat se Abbati, facit c. quis sit fugitiuus, ff. de ædil. edicto. Et eo ipso, quod religiosus recedit de monasterio, & non est sub obediētia prælati, est apostata. Inn. in c. 1. fi. de renunc. Abb. in c. fi. eo. Nouitius tamen, si sine licentia superioris recedat de monasterio, non pōt fugitiuus appellari, vt per Abb. in c. statuimus, eod.
c Perquirere. Et vagabundum recipere, ne aīæ incurrat detrimētū. Sed contra. 27. q. i. cap. si quas monachorū & ca. si quis rapuerit. Solut. illud ubi prior a monasteria redarguūtur de dissolutione, ita not. in cap. Ioan. eod.
d Remediis. Puta excommunicādo, & faciendo ex cōicatum denunciari ab Ecclesiarum prælatis, vt per Abb. in ca. fin. eod. & circa hanc materiam plura remedia opportuna inuenit & introduxit nouissime Conc. Trid. in sess. 25. sub tit. de regularibus, c. 4. & 5. & c. 11. & 13.
e Ordinarios. Cap. quanto, de offi. ord. & per Conci. Trid. sess. 25. in ti. de regula, c. 14. Sed an monachus possit de licentia Abb. perpetuo extra claustrum morari? Resp. vt per Ab. post antiquos, ca. ex rescripto, de iureiur.
f Quascunque. Istam generalitatem declara & intellige vt late habetur per gl. Ab. & alios, in c. 2. & in c. quod Dei timorem, de stat. monc. vnde sumitur, et u ide per Ant. dt Butr. in c. sicut, de sup. negl. præl. Et uidetur notabilis hæc determinatio. cum liceat monachum de monasterio detrahere gratia dicendo, imo (quod longe minus est) vt sit Episcopi cubicularius, Abb. in c. clerici, 2. de vita & hon. cle.
g Permittitur. Vt late habetur i c. q̄ Dei timorē, sta. mo. & aliquid p. Ab. in c. cū ad nostrā, de elec.

Vt autem. CASVS. Monachi Augustiniani cōtendebāt inter se de superioribus eligendis, siquidem dicebant quidem, non esse superiores eligendos, cum quilibet sponte talem sibi eligit uiuendi Regulam, quidam uero alii volebant eos forte esse constituēdos, quia omnes æqualiter, ad eandem regulam tenētur, & propterea vnus non uidebatur magis idoneus quam alius, qua de re quæsitū fuit quid iuris. Solut. ut hic habet, si quidem frustra darentur regulæ nisi constituerentur aliqui quorum vigilantia essent exequendæ. vt dicebat Iureconsultus in le. 2. ff. de org. iur. ad hoc autem prudenter consequēdum non quilib. uidetur idoneus, iuxta doctri. Aposto. dicentis. Oportet Episcopum esse irreprehensibilē, & cæ. & c. constitutis, de appellat. Non obstant obiecta, quia etsi aliquid pmittat in obseruando. tamē sæpe est trāsgressor, qui ad obseruantiam discrete & prudenter debet cogi. & iō non quilibet indifferēter est idoneus. Not. neminem ad aliquod Regimen esse promouēdum nisi peritus, & prudens existat circa pertinētia ad tale officium, cum turpe sit ignorare ius, in quo quis uersatur l. 2. ff. de orig. iur. Not. 2 quod superior, & subditi debent esse unius, & eiusd. professionis. Not. 3. argumentum summopere utile fore in quolibet regimine constituere uisitatores, quorum opera ac etiam timore, iustitia longe melius custoditur. Io. Bap.

h Monachorum. Clericus ergo sæcularis non eligetur in Abbatem, c. cum ad nostram, de elect. & in c. cum magistrum, eodem titu. imo non solum debet esse professus, uerum etiam expresse professus. ut possit in Abbatem eligi, d. capit. cum in magistrum. ubi Abb. & no. supra eo. §. vtrum, & infr. §. proxi. Imo dēt esse de eadem congregatione, c. Abbate, 2. 18 q. 2. & per tot. Nisi forte in tali congregatione nō reperiatur idoneus, qui a tūc sumetur

mi possent. Sed nouissime Martinus [a] Quartus omnino uetuit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine Chartusiensium, sine speciali sedis Apostolicæ cōcessione transire, tam recipientibus quā receptis, ipso facto, excommunicationis pænā incursuris.

Abbates debent perquirere fugitiuos: & monachi non possunt præesse Ecclesiis parochialibus, licet secus si in regularibus. h. d.

Fugitiuos [b] uero debēt Abbates solicite pquirere, [c] & ut ad monasterium, & frugē melioris uitæ reuertantur opportunis remediis [d] prouidere, nec ordinarios [e], qui eorū suppleāt negligentiam, expectare.

Summatus est in §, precedenti, h. d.

Singuli quoque monachi per uillas, & oppida non debent discurrere, nec per quascunque [f] parochiales Ecclesias disponi. Quod in regularibus cum regulæ inseruiant laxiori, specialiter cautum non inuenitur, ideoque illis cum minori difficultate parochialib. Ecclesiis pręesse permittitur.

Quomodo, & qualis sit eligendus in Abbatem, h. d.

Vt autem inuiolabiter monastica disciplina custodiatur, de congregatione monachorum h Abbas eligendus est, quem ordo vitæ, & meritum magis poposcerit ordi-

sumetur de alio, c. quam sit, 18. q. 2. ubi not. & c. officii, de electi. uel nisi monachi huic fauori, s. de suo gremio eligendi Abbatem, renunciarent, vt per Abb. in d. c. officii, argu. no. in c. cum inter canonicos, de elec. Electus tamen in Abbatem in alieno monasterio nō hēbit amplius uocem in primo monasterio, etiāsi & consensu capituli sibi hoc reseruauerit, ut per Abbat. in c. constitutus, de elect.

ANT. TIM. Dēt autem Abb. annū saltem 25. incæpisse. Doct. in clem. generalem, de ætate, & qual. ordi. & esse presb. c. 1. eo.

a Vni tantum. Cōcord. 20. q. 4. ca. fi. & 21. q. 1. c. unum. Sed cōtra uidetur c. 1. de priu. in 6. & c. cum singula de præb. eo. lib. Solu. hic loquitur in monasteriis separatis, & in contrariis loquitur in cōnexis & unitis, ut per Abb. in c. fi. de reli. domi. fac. no. in ca. constitutus, de elect. Vel dic, ꝙ non potest præesse duobus monasteriis, quod non negatur in cōtrariis simil. c. de multa. de præb. & in cap. cum nostris, & c. litteras sup. de cōcess. præb.

b Cautus. Fac. ca. si quis, & c. Abbates, 18. q. 2.

ANT. TIM. Habens magnam auctoritatem in monachos suos, quos potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris, nisi specialiter alteri de iure reseruatis secundum Inno. in c. nuper. de sen. excom. & S. Tho. in 4. sen. d. 18. q. 2. ar. 1. & Arch. Flor. pat. 3. tit. 25. ca. 77.

c In magistrum. Cap. cum in magistrum, de electio. & c. ordinatos, d. 59. & ca. militum, di. 61. & 16. q. 1. c. si clericatus.

d Praficiendus. Simil. ca. indecorum, de ætat. & qualit. & l. fin. C. de legi. tut. & l. sic euenict, ff. de adul. & l. filium habeo, ff. ad Macedo. & 1. q. 1. ca. este.

e Expresse. Cap. nullus, & c. indemnitatibus, de elect. in 6. Vnde cautela est, ut huiusmodi professio fiat in scriptis, ut electioni obsistentibus scriptura obuiet, ut 27. q. 1. c. omnes fæminæ, & 1. q. 7. c. saluberrimum, & no. in d. c. nullus.

f Prælaturam. Puta prioratum, Guardianatum, vel Magistratum, secundū diuersa nomina talium prælatorum, qui religiosis præsunt, c. fundamenta, & c. quorundā, & c. nullius, & no. de elec. in 6.

g Eligi. Posset tamen iste non expresse professus postulari, secundum Io. And. & Ab. in c. 2. de test. quia ius nouum, c. nullos, de electi. in 6. loquens de electione, cum sit pœnale, non extēditur ad postulationē. Item poterit hic eligere, si sit saltem taciti professus, no. in d. c. nullus.

h Regularib. Quasi dicat interdum cathedralis Ecclesia sæcularis est. Idest, secularium canonicorum, interdum regularis, & utroque casu tacite professus, in episcopum eligi poterit. Sed quę ratio quod in cathedrali regulari eligitur nō professus in aliis nō? Resp. secundum Lauré. Tanc. Goff. comp. ob excellentiam Episcopalis dignitatis, ut episcopus ēt sæcularis immediate præsit monachis, ut no. in cap. nullius, de elec. in 6. unde sumitur.

i Concilii. Ca. pe. ext. de stat. mon. & ad hoc uide quę statuit Cōc. Trid. in sess. 25. c. 20. sub ti. de regularibus.

nari ut vni [a] tantum præsit monasterio, qui cautus [b] sit in regimine, humilis, & discretus, & cui monachi cum omni obedientia, & deuotione subiaceant.

Non professus non potest eligi in Abbatem, sed bene in Episcopum, h. d.

Et propterea cūm in magistrum [c] assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, [d] qui subesse non nouit. Religiosus, qui regularem ordinem ante non fuerit expresse [e] professus, in Abbatē, uel ad aliam regularium prælaturam [f] eligi [g] nō poterit, quamquam ad Episcopalem dignitatem talis in sæcularibus, uel regularib. Ecclesiis eligi minime prohibeatur.

Visitatores creandi, & quid agere debeant hoc dicit.

Visitatores quoque in capitulo creādi sunt secundum formam generalis Concilii, [i] qui visitationis officium exequātur [k] & omnia quæ Viennensi Concilio [l] constituta sunt, fideliter obseruari faciant, & de statu monasteriorum & obseruantiis regularibus diligenter inqui

K Exequantur. Sed quæri potest. An hi uisitatores habeant iurisdictionem ordinariam, an uero delegatam. Quidam, ut Inn. & Goff. quod ordinariam, cum habeant a lege, iuxta no. in c. cum ab Ecclesiarū, de offi. dele. & in l. more maiorum, ff. de iur. om. iud. & inf. de iud. §. est & alia. Alii quod delegatam, cum in c. pen. de stat. mona. unde hic §. sumitur, dicat Ro. Pontif. Vice nostra studeant uisitare. Et hoc tenet Host. quod & uerius uidetur cum talia uerba delegatam iurisdictionem dissignent, ut no. in c. 1. de cler. ęgrot. in 6. & cap. cum aliquibus de resc. eo. lib. & hanc uidetur firmare Abb. in d. c. pen. in uisitatoribus, licet secus dicat in præsidentibus.

l Viennensi Concilio. Quod habetur in Cl. i. de stat. monach.

ANTO. TIM. Visitatores, qui habent ordinariam iurisdictionē sunt Episcopus, Archiepiscopus, Archidiaconus, Decanus, Abbas, & Prælati religionū, & Legati Sedis Apostolicæ Ord. aūt, quem

quem debet tenere visitando, est is, qui prescribitur in c. Romana, de censi. lib. 6. Scilicet ut primo proponant uerbum Dei; deinde inquirant de uita; & conuersatione ministrātium in Ecclesia, & de aliis q̃ spectant ad offi. iñ. Religiosi uero sua sequant in stituta, & cōsuetudines.

rant:[a] & tā in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant; & reformēt quæ uiderint corrigenda: & omnia secundum Honorianæ constitutionis [b] tenorem prosequantur.

Non debet quis inuenire uel fundare nouam religionem. h.d.

Nouissime [c] sciendū est generali Concilio semel, atque iterum [d] cautum esse, ne quis in posterum nouam religionem [e] inueniat. [f] Sed quod quicunque ad religionē conuerti uoluerit, unam de probatis assumat. [g]

Fundans nouam domum religiosam debet assumere regulam de approbatis. h.d.

Similiter & de iis, qui religiosam domum de nouo fundare voluerint, cautū est, ut regulam, & institutionem de probatis assumant. [h]

a Inquirant. An aūt per hanc potestatē, quę reperitur data visitatoribus, deroget iuri Epi, uide qđ not. in c. penu. de stat. mon.

Io. Bapt

b Constitutionis. Quā habemus in c. fi. de stat. mon.

Nouissime. CASVS. Quidā fideles deuotione moti uolebāt fundare nouā Religionem, cū antiquæ sibi nō placerent: fuit quęsitū quid iuris, & cum nos habeamus cultū Dei esse poti⁹ augendum cap. pen. de const. affirmatiue erat respondendum Sol. tamen aliter hic facta fuit, quia ad sedē tm̄ Apostol. spectat cognoscere an expediat Ecclesiæ inuenire & constituere nouam Religionem. vnde hac ratione considerata cessat quoq; obiectio in cōtrarium adducta: No. grauiora nō amplianda vel mittenda nisi cū consensu, & cognitione legitimi Superioris. No. secundo, nouos viuendi modos regulariter esse dānatos, ni temere recedatur ab eo quod diu bonum iudicatum fuit, l. 2. ff de const prin.

c Nouissime. Vt c. fi. de relig. dom. in antiquis.

d Iterum. Vt c. 1. de relig. dom. in 6. Adde & tertio, ut extrauag. Ioannes, 21. quæ incip. sancta Romana.

e Nouam religionem. Sed contra l. 1. ff. de coll. illici. Sol. illud de iure ciuili: hoc de iure canonico cui in hoc stare debemus. Et intellige q̃ hic dicitur non habere locum, si quis inueniat nouum viuendi modū non facta professione, ut sunt Fratres S. Francis. de tertio ordine, qui appellantur Fratres de pęnitentia, quia tales non dñt inducere nouam religionem, nec sunt proprie & stricte religiosi: No. in cle. 1. de relig. dom. Ab. in c. causam quæ. de iud. ubi & alii, Fel. in c. Ecclesia S. Mariæ de const. in princ.

f Inueniat. Sed quid si inuenerit quis, quæ pœna erit cōtra inuentoré statuenda? Respo Primo non est tutus in foro poli, & apud Deum. Nā in errorum barathrum facile ruit qui conceptus ꝓprios patrum definitionibus anteponit, c. ne innitaris, de consti. Et apud homines forte ipso facto incurrit excommunicationis sententiam, per extrau. Ioā. 22. quæ incipit, sancta Romana. Dicc forte q̃a illa extrau. uř loqui in casu speciali, unde posset aliquis dicere, quod tanq̃ pænalis & odiosa sit restringenda: gñaliter tñ illam intelligit Abb. in c. fi. de relig. dom.

g Assumat. Sed quid si assumat quis religionē de non approbatis, & professionem mittat an sit huiusmodi ꝓfessione ligatus? Et nō uř sm̄ Host. in ca. is qui monasterium. Tu de hęc uide quæ dicuntur per Doc. in c. quod verum, de uot. in 6.

ANT. TIM Regulæ approbatæ religionū sūt quattuor: Basilij Benedicti, Aug. & Frācisci, sub quib. omnes religiosi militant, exceptis Cartusiensibus, qui suas ordinationes pro regula hñt. An aūt sit tm̄ una religio an plures dicantur esse religiones, & uariæ, leg. S. Thom. 2. 2. q 188. ar. 1.

h Assumant. Sed numquid Eps possit dispensare contra id, q̃ hic dř & in iurib. conco. Res. negatiue; cū Eps non dispenset contra generale concilium, c. cū dilecti, de ele. imo forte talis Eps incurreret sñiam excōicationis ꝑ extrau. Ioā. 22. q̃ incipit sancta Rom. Eccl. Simile est q̃ nemini citra Papā licet sanctū canonizare, c. 1. & 2. de rel. & uen e. & sanct. & sunt hęc cōtra eos qui cogitata sua sanctorū patrū constitutionib. anteponūt. Sunt. n. magistri eorū, quia ueritatis discipuli esse noluerunt, c. quod autem iniquius, 24. q. ulti.


ANT. TIM. Not. quod non solum prohibetur noua religio, ut d. c. ne nimia, de relig. do. Sed ēt nonus ordo, ut in c. religionū, in 6. eo. tit. & nouæ religionis habitus. Vide Caie. in S. Tho. loco cit. 2. 2. q. 188 art. ubi quid dicendum sit de noua institutione Tertianorum disputat, & determinat.

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM DIVISIONE, atque illorum administratione.

Io.Bapt.  Ontinuatur hæc materia de rebus ã tex. præsentis ti. in prin. sed no. quia cum secũ dũ, o dinẽ doctrinæ conueniebat eam explicare primo in uniuersali, iuxta no. sup. in rub. de iure pat. ppterea tit. iste a prin. proponit, qui in tres diuidit partes, in 1. cõti ad no. ut dixi continuationi: in 2. ipsarum rerũ diuisio, in 3. quo ordine res istæ sunt explicandæ proponitur, 2. ibi summa, 3. ibi. uideamus.

quibus sequentib. ut in d. c. i in prin. fac. l. cum de Lanionis, §. asinam, ff. de fide inst. l. quæ religiosis, ff. de rei uend. l. arbor, ff. com diui. c. super eo. de paroch. & per Abb. in c. quãdo, in pri. de iud. d Videamus. Sicut promisimus supra de eccl. cõstitu. §. fi.

a Rerum. Accipe uerbum hoc largissime, ut comprehendat res tẽporales, & spũales, corporales, & incorporales, iuxta ea, quæ habentur in l. rei, ff. de uerb. sing. & in l. 1. ff. si cert. pet. & uer Abb. in c. 1. de reg. iur. & not. in c. 1. de rebus eccles. non alienan. in 6. & passim.

DE RERVM DIVISIONE *atque aliarum administratione.*

TIT. I.


Res ecclesiasticæ sunt aut spirituales, aut temporales h. d.



Vperiore libro [b] de iure personarum [c] exposuimus, modo uideamus [d] de rebus Ecclesiasticis illarumque tractatione. Summa rerum ecclesiasticarum diuisio [e] in duos articulos deducitur. Nã aut spirituales sunt aut temporales. Spirituales sunt [f] quæ spiritu deseruiunt, atque animæ causa sunt institutę, ut sacramenta Ecclesiæ, altaris, & his similia. Temporales sunt, quę non tam spiritus quam corporis [g] gratia pro Ecclesiasticis ministeriis, sacrorumque ministrorum usu sunt comparatæ, ut sunt

Summa Rerũ. CASVS hic non figuratur, not. tñ causã diuisionis quia hõ mo constat ex anima & hinc dantur res spirituales, cõstat etiam ex corpore & hinc habentur res tẽporales, spiritualibus enim anima, temporalibus uero corpus conseruatur.

e Diuisio. Hęc diuisio sumpta fuit ex his, quæ ponũt Abb. & Doc. in c. cõsulere, de simo. & in c. quando, de iudi. faciunt quæ ponit Io. de Sel. in tra. de beneficio. p. 1. q. 7. nu. 76. & nu. 34. & Gramma. in tracta. de permu. beneficiorum, in princ. nu. 75. & Rochus de Curte, in tract. de iure patr. in uerbo ius, numero. 2.



Vperiori libro. CASVS. Hic nõ figuratur no. tñ continuationem fieri ad remota, ut factũ quoq; fuit ab Imper. in prin. ti. Inst. de rer. diui. no. 2. q nõ de rebus simpliciter in hoc lib. tractat, sed de reb. Eccles.

b Superiore libro. Imitatio principii libri secũdi institutionum iuris ciuilis, & est argu. quod etiam in principiis librorum facienda est continuatio.

c De iure personarum. Scilicet a titulo de iure personarum usque huc, licet interserti sint aliqui tituli, qui licet principaliter non tractent de personis, habent tamen materiam annexam, & dependentem, ut est ille de prabendis cum ali-

f Spirituales sunt. Nota tamen quod licet plures, & plures sint res spirituales: diuersimode tamen sunt spirituales. Quædam enim secundum essentiam, ut dona Dei, c. 1. ubi no. 1 q. 1. Item sanctorum reliquiæ. Quædam propter statum, ut est religio. Quædam quia dependent a potestate spirituali. Quædam ratione officii. Quædã quia annexa spiritualibus. De quibus omnibus per Abb. in capitu. consulere, de sim. ubi ponit, quis sit effectus, an uno uel alio modo res sit spiritualis.

g Quam corporis. in consequentiam tamen bene comparatæ gratia spiritus, cum Spiritualia sine temporalibus subsistere non possint, 1. q. 3. c. si quis obiecerit & infra de reb. Eccles. non alien. in prin. Et propterea non dixit simpliciter huius modi

modi res comparatas causa corporis & non spiritus, sed non iam, &c.q d.quod & spiritui deseruiunt,licet principaliter & immediate corpori.
a Domus. Intellige de domibus profanis, quæ tamen sunt in dominio ecclesię, & forte alicui locatæ, non autē religiosis. quæ magis sunt de mēbro spiritualium rerū.
b Decimales. Fructus dicit non ius decimandi, quia illud spirituale est ut infra,de decim. in principio, c. ad hæc,ext.de decim. fac.no.per Abbas. in c.1. de iurame. casum.
c Rursus. Subdiuisio.
d Virtutes, 1.q.1. c.1.
e Consistunt. Vt est ius eligēdi, ius patronatus,secundum quosdā, prębenda quatenus consideratur tamquam ius, & alia similia, de quibus sparsim fuit dicendum tam supra, quam infra secundum opportunitatem materiæ, ut proxime immediate dicitur.
f Sacramenta. Immo contra, quod sacramenta non sunt corporalia:ut cap.inter corporalia,de transl. Sol. accipe ibi corporalia,idest temporalia,& profana. Vel aliter sacramentū id est, gratia quæ confertur per susceptionem sacramētorum est incorporalis, et sic tollitur contrariū. Sed adhuc cōtra, quia sacramentum pænitentiæ non potest dici corporale, cum nihil ibi sit, quod tangi possit. Resp. licet in tali sacramento nihil sit quod tāgi possit, tamen potest et debet sensu corporeo percipi, & explicati per enunciationē uerborū, quę faciunt ut hoc quoque sacramentum posit dici corporale,vt per B.Th.de Aqui.in suis opus.in trac. de sacramentis.fac.illud quere de rerum natura li.1.

Nec voces cernere suemis.

Ne tamen omnia corporea constare necesse est Natura.

g Sacra. Ita quod non sacramenta, nam & sacramenta sunt sacra.
h Religiose. De quibus infr.de reb.sacra.sanct. & relig. vt tit.seq.
i De spiritualibus. Tamquam digniorib.fac.§. aliam. Instituit de bon.pos.l.1.& l.2. ff.de alb.scri.
K Exigunt. Argu. contra,le.si seruus seruum, §.in quit lex,ff ad l. Aquil. & fac. l.sanctio legum. ff. de pęn.& l.doli,ff. de uerbo. obli.

prædia,domus[a] & fructos decimales.[b]

Res spirituales sunt aut incorporales, aut corporales, & corporales diuiduntur in Sacramenta, in res sacras, sanctas, & religiosas. h.d.

Rursus[c] spiritualium quædam sunt:incorporales,quædam uero corporales,incorporales sunt,quæ neque tangi,neque sensu corporeo percipi possunt,quales sunt uirtutes.[d] & dona Dei,aut quæ in iure consistunt:[e] Corporales sunt,quæ tangi,& humanis sensib. percipi possunt. Harum autem quædam sunt Sacramenta;[f] quædam sacræ[g] sunt & sanctæ, quædam religiosæ.[h]

Subordinat sequentia ad præcedentia, h.d.

Videamus igitur nunc de[i] spiritualibus, & quidem incorporales,cum de his iā supra opportunis loci loquuti fuerimus, quam etiam infra suo tempore dicturi simus,specialē tractatum minime exigunt.[K] Itaque tractenus iam de corporalibus,ac primū de sacramentis,de sacris,sanctis,& religiosis consequēter etiam loquuturi;ac demum de reb. temporalibus,atque illarum administratione.

DE SACRAMENTIS. TIT. II.

Quid sit sacramentum. h.

Sacramentum, l[l] est inuisibilis gratiæ uisibilis forma,[m] ita quod eius similitudinē gerens, & causa existat.[n]

DE SACRAMENTIS.

Continuatio huius materiæ habet in §.fi.sup.ti.prox. sed scd̄m ordinem doctrina,et ad imitationē theolo. in pñti tit. tractatur de sacramentis in cōi diuiditur, aut tit.iste in 2.par.in prima explicatur materia proposita in 2. proponitur quid infra in declarandum,2 ibi, his circa.

Sacramentum, hęc pars subdiuiditur in 3.partes in prima habet quid sit sacramentū. in 2.quotuplex sit,in 3.quę sint eius causę .2.ibi,sacramentorū.3.ibi constat, quoad primū casus nō figurat, no. tamen quod per corporalia recipimus spiritualia.

l Sacramentum est. Multæ dantur sacramenti definitiones. vt vide re est p Host. in summa superti. de sacram.literāl. §.1. Sed quę hic ponitur vr̄ esse receptior, ut per Nic.Flo.in trac. de sacramētis in pludiis, ubi uidēdū pro declaratione.Item uidendus est Beatus Anton.in sua sūma,in 3.par.in ti.14.c.12.& fac. c. sacrificiū, et q̄ ibi no.per Doct.de conse.dist.2.
m Visibilis forma. Id est sensibilis,ponit tamen de uisu. quia excellentior omni sensu.
n Existat. Hęc postrema uerba non ponuntur in canone sacrificiorum, de conse.dist.4. Sunt enim opposita ad designandam differentiā inter sacramensa legis ueteris,quæ significabant, quidem gratiā, sed non cōferebāt, et sacramenta nouæ le

Sacramentorum quædam necessaria sunt, quædam uoluntaria. h.d.

Sacramentorum summa [a] diuisio hæc est, quod aut sunt necessaria, aut uoluntaria. Necessaria sunt quæ sine interitu salutis æternæ prætermittit, [b] & contemni non possunt vt sunt Baptismus, Confirmatio, Pænitentia, Eucharistia, extrema Vnctio, quæ omnia ad particularem cuiusque profectum sunt principaliter [c] instituta. Voluntaria sunt quæ sine salutis dispendio pro cuiusque arbitrio recipi possunt, & refutari: qualia sunt Ordo Sacer, & Matrimonium & ad hæc totius Ecclesiæ [d] profectum, & subsidium principaliter pertinent.

Necessariorum Sacramentorum quædam deseruiunt ad ingressum Ecclesiæ, quædam ad progressum in Ecclesia, quædam ad egressum ab Ecclesia, hoc dicit.

Et rursus [e] necessariorum quædā ab ingressum Ecclesiæ sunt comparata, ut baptismus [f] quædā ad progressum in Ecclesia, ut Cōfirmatio, [g] Pænitentia, [h] Eucharistia: [i] quædam ad egressum ab ecclesia ut extrema Vnctio. [k]

Secunda distinctio sacramentorum, quod quædam characterem imprimunt, quæ iterari non possunt: quædam non imprimunt, quæ iterationem admittunt. h.d.

Rursus [l] sacramentorum quædam characterem [m] imprimunt: quædam uero nō. Quę characterem imprimunt, iterari non possunt; vt baptismus. [n] confirmatio. [o] ordo

gis, quæ & significant, & conferūt ut habetur in locis congestis in superiori notula, & nouissime per Concil. Trid. in 7. sess. sub tit. de sacramentis in genere, in cano. 2. & 6. & 7.

Sacramentorum. Cum auctor diuidēdo procedat, propterea CASUS hic nō figuratur. No. tamen causam diuisionum: si quidem ratione finis datur meo iudicio prima diuisio; ratione qualitatis indigétiæ uitæ humanæ datur secunda; ratione deniq. reiterationis datur tertia: hinc nota q̄ si adhuc aliis respectib. sacramenta considerarētur, aliis quoq. modis diuiderentur. No. tres ob diuersum respectu diuersam habere naturam.

Io. Bapt.

a Summa diuisio. Hæc diuisio ponitur in capitul. Veniens, per glofs. & Doct. de transact. Alii tamen aliter diuiditur, scilicet quod sacramentorum, quędam sunt necessitatis, quædā dignitatis, & dignitatis sacramenta appellant Ordines, ut no. in d. loco, et per Host. in sum. de sacra. non iterand.

b Prætermitti. uel cōtemni, Idest, prętermitti ex contēptu, nā secus si ex necessitate, ut infr. titu. 1. §. sed quamquam, & c. debitū de bapt. & c. baptismus, de consec. d. 4. & c. fi. de presb. nō baptiz. Et uide de necessitate sacramentorum Concil. Trident. sess. 7. in ti. de sacramentis in genere, cap. 4. et in eo titu. de bap. c. 5.

c Principaliter. Bene principaliter; quia in consequentiam tendunt ad profectum totius etiam Ecclesię. Argu. auth. ut iud. sine quoquo suff. post prin.

d Totius Ecclesiæ. Et propterea magis accurate danda, ut c. q. 1. § ecce, & c. præter, in fi. dist. 32. & magis specialiter traditur hæc materia in Conc. Tri. sessi. 7. & multis aliis locis, in quibus antiquæ, & modernæ hæreses sanctissime damnātur. Item traditur cōpendiose hęc materia per Eug. Quartum in unione Græcorum uersiculo quinto ecclesiasti-

torum sacramentorum ueritatem.

e Et rursus. Subdistingui necessaria, & quæ principaliter tendunt ad cuiusq; particularē profectū

f Baptismus. Dist. 32. c. præter hoc, §. porro.

g Confirmatio. De conse. d. 5. c. Spiritu Sancto,

h Pnia. Quę & ad re dictū est cōparata 26. q. 7. c. hisqui et de pæ. d. 3. ca. 2. §. 2.

i Eucharistia. Quæ propterea & viaticum dicitur. 26. q. 6. c. qui recedunt, & c. de his.

K Vnctio. 26. q. 7. c. ab infirmis.

l Rursus. Hæc est se unda principalis diuisio, quæ cōplectitur oīa septē sacramenta.

m Characterē imprimunt. Idest, signū quoddā a cæteris distinctū aīæ indelebiliter infigūt. ita exponitur in vnione Græcorū, et Arem. uer. 5. Ecclesiasticorum. & per Conc. Trid. sess. 7. in ti. de sacramentis in gnēre, c. 9. et sess. 23, c. 4.

n Baptismus. 1. q. 1. c. sacramenta, & c. manus.

o Confirmatio, 1. q. 1. c. manus. Et licet tā in baptismate & cōfirmatione character æquè īprimatur: hoc tñ accidit diuersimode. Nā p baptismū participat quis spiritualia & disponitur anima ad facilius suscipiendum gratiā Dei. Sed in sacramento cōfirmationis efficitur fortior: & infunditur gratia contra diaboli insidias. Ita Abb. post S. Th. in c. quanto, de consuet. et in rub. de bapt. post Inn.

ANT. TI. Dictū Abbatis relatum hic a glos. q̄d per baptismū participiat quis spiritualia, & disponitur anima ad facilius suscipiendū gratiā Dei, licet quoad vltimā particulā si simpliciter, & sm̄ proprietatē verborū intelligatur. sit falsum, quia per baptismū non solū aīa disponit ad suscipiēdā gratiā, sed realiter suscipit, nisi ponat obicē, ut est cōmunis sñia omnium Theologorum. Et fides catholica tenet in Concil. Trident. sess. 7. can. 6. Si uero, per disponitur, interpretamur efficaciter p̄paratur ad habendā gratiam, quam suscipit in di-

cto

ɛ̃to sacramento cū eodēmmet tempore, & dispo-nat & conferat gratiam quod recipit, id qđ po-stea declarat per aliud uerbū quod addit in ma teria: nam sic etiam loquuntur Doctores Ale. de Ales. 1. p. q. 11. memb. 2. & S. Tho. in 4. d. 1. q. 4. & 5. de bapt. ubi inquit quod chara-cter est qualitas, quæ habilitat, seu disponit animam ad suscipiendam gratiam Dei, ex quo iudicauit se non accipere uer-bum, disponitur, in propria & stri-ctiori significa-tione, sed in la-tiori. Vel dica-mus fortasse, non male quod dispo-nitur ad gratiam id est, ad plenitu-dinem gratiæ, quam deinde re-cepturus est, in sa-cramēto cōfirma-tionis., de quo sa-cramento mox loquitur in eadē glo. in sequentib. uerbis.

sacer.[a] Cętera vero, quæ characterem nullū imprimunt, iterari minime prohibentur,[b] vt Eucharistia,[c] vnctio,[d] pęnitentia[e] matrimonium.[f]

Sacramenta constant elemento & verbo. h. d.

Constant[g] autem sacramenta elemēto & verbo.[h] Elementum hic accipimus quidquid[i] sub uisibili natura, inuisibilem gratiam designat & cōtinet. Verba sunt, quæ formæ visibilis efficaciam exprimunt[K] ergo[l] accedente verbo ad elementum sacramentum fiet.[m]

Non Ecclesia, sed Christus instituit sacramēta, quæ tamen dicuntur Ecclesiæ quia illa per ea sanctificatur, & illa ministrat. h. d.

Illud quoq; scire nos oportet, quod non Ec

tione quædā requiruntur de necessitate sacramen ti, quædā de necessitate pcepti, ut recte Theologi animaduertunt, D. Tho. p. 3. sup tum. q. 64. ar. 2.
g Constant, Fac. 1. q. 1. c. detrahe.
h Et uerbo: Vnde si aliquis proferat uerba, & nō immergat, nō baptizat, q. nec sola uerba, nec solum elementū sacramentū faciūt, c. detrahe, 1. q. 1. Vñ falsa est Gandulphi opi. dicentis solū elementū constituere sacramentum, arg. c. sacrificium, de con secra. dist. 2. & q̃ asinus bibens illā aquam dicatur bibere sacramentū, sicut de mure dicimus, c. qui bene non custodiūt, de cōsecr. d. 2. Nā, ut quidam dicunt, aqua baptismatis in eodē instāti incipit ac desinit esse sacramentum; scilicet in ultima prolatione ipsius formæ; Ego te baptizo, & ca. ut no. in c. 1. de consec. dist. 4 & in d. c. detrahe, arg. l. quod autem, §. si ff. de don. inter vi. & vx. l. debitrix. ff ad Velleia.

a Ordo sacer. Cap. de homine & c. de his, & c. dictum de consec d. 5 & per Host. in sum de sacra. non iterand. & quæ sint iterand.
b Prohibentur: Quemadmodum tota die uidemus iterari, & facit uersus.

Fōs, ordo, chrisma nō; cætera sūt iterāda.

c Eucharistia, De consec. dist. 2. c. quotidie, &c. si non frequentius.
d Vnctio, Per ea, quę allegat Host. in summa de sacram. non iteran. §. & qua sint. Et no. q̃ licet hoc sacramentum supra dicatur necessitatis, hoc uerum est respectu contemptus, alias secus ut p Abb. in c. quanto, de consec.
e Pęnitentia. Sed contra c. in capite, cū seq. d. 50 & c quamuis. de pen. d. 3. Sol. hic loquit de pænitentia priuata & non solenni, quæ nō modo iterari potest, uerum ēt debet cōmunis, ext. de pæn. & remis. cōtraria de solēni, quæ non debet iterari, Facit. supra qui promo. non pos §. pænitens.
Io. Bapt. f Matrimonium; Cap. aperiant, 32. q. 1. & de secun. nupt per tot.

Constant autem; CASVS. ita figuratur; Cum uideamus ecclesiam multa disposuisse circa sacramenta, ut nou isti ne habetur in Conc. Trid. pluribus in locis, propterea fuit quæsitū, an sint iuris humani; prætetea si sacramentū est forma ut in prin huius tit non uidetur posse habere formam rursus si possunt administrari etiam à malis ministris, inde uidetur dicendum ipsos esse tāquam instrumentum inanimatum. Sol. tamē ut hic legimus; cā aūt sol. satis illa uř, quod Iesus Christus Dñs noster ita ordinauit, & sic cessant obie: No. in sacramentis reperiri diuersa ob diuersum respectum, & hinc est quod in eorum administra

ANT. TIM. No. illud quod dr in glo. quod aqua baptismatis in eodem instanti incipit, & desinit esse sacramentum, id est materia sacramenti ex mente quorundam in glo. in c. 1. de consec. d. 4. de uerb. sacramentum, ubi determinans, qđ aqua tantum in baptismate non est sacramentū nisi adsint uerba, quæ accedunt elemento tanquam forma, dicit quod aqua incipit, & desinit, simul in prolatione ultimæ syllabæ, quæ tunc significat completum esse sacramentum, non aūt ipsa aqua, aut ante, aut post, remanet sacramentū, sed res sacra. Opus enim est, ut in sacramentis cōcurrant simul materia & forma elementum, & uerba secundum omnes Doctores. Ista autem simultas intelligitur secundum Scotum modo humano, quia Euangelistæ loquuti sunt hominibus.
i Quidquid; Vnde in hac materia appellatione elementi continetur non solum aqua, sed etiam panis, vinum, oleum, & sic de singulis.
K Exprimunt; Non ergo omnia uerba, quæ in confectione sacramentorum proferuntur, dicuntur constituere sacramentum, sed ea quæ sūt formalia de quibus intelligit puta; Ego te baptizo, in nomine, &c. Hoc est enim corpus, &c. Sed per alias orationes, quę primo fundantur sup aqua uel pane, & uino, non constituitur sacramentum ut no. in c. detrahe, 1. q. 1.
l Ergo. Reassumptiue stat non illatiue.
m Fiet. Sed quęritur, si in littore maris baptizetur quis, an tota aqua consecretur, an non? Et uř quod illa solum, quæ baptizandum tangit arg. l. 2 §. Celsus, ff. de relig. Vel potest dici, q̃ & illa

quæ istam tangit, arg. l. qui relig. ff. de rei uend. ANT. TIM. Quoad hanc quæstionem recte soluit primo modo; nam solum illa aqua creditur esse materia sacramenti baptismi in actu, ipso quæ tangit, & abluit corpus baptizati. ideo ea sola dicitur consecrata.

clesia: sed ipso Domino a instituente sacramentis vtimur: sed tamen ideo Ecclesiæ sacramenta nuncupamus: nũ quod per ea sanctificata, & cœlesti sponso matrimonii b fœdere coniũcta sit; cum quòd illorũ dispensatio c eius credita sit ministerio.

Etiam malus minister, & hæreticus potest ministrare sacramenta. h. d.

Ergo qui baptizat, d qui absoluit, e & in singulis sacramentis diuinitus operatur Dominus f est; ministri vero Ecclesiæ in cõficiẽdis sacris mysteriis, vel dispẽsandis, præter nudũ ministeriũ nihil sibi vendicare valẽt, g cũ nõ propriam, sed eius, qui sacramẽta instituit, personã referant: h nec vlla ex ipsis sanctificãdi virtus emanet. Vnde quamquam eos inculpatos esse deceat, i si tñ mali sint, vel a catholica cõmunione seiuncti, nihilominus et cõficere sacramenta, & dispensare poterunt: k velut l .n. per lapideos canales ad areolas aqua trãsfunditur: & Solis radii per loca fœtidissima transeuntes nulla contactus maculatione cõtaminantur, m sic multo magis sacramẽta nulla ministri fœditate commaculantur.

Spritualis potestas exerceri sine fide potest, sed non sine intentione ecclesiæ. h. d.

Hoc tamẽ sic intelligi oportet, si tales ministri intentionem Ecclesiæ concordẽ n habeant. Cæterum si aliud agere intẽdant, puta sacris illudere mysteriis, uel aliud, quod ecclesia non consentiat, nihil agitur. o Sine fide p .n. spiritualis potestas exerceri quidẽ potest, sine Ecclesiæ intentione non potest.

a Domino instituẽte. Vt & in Cõc. Tri. sess. 7. in ti. de sacris in genere, in c. i. nũ ecclesia numero sacramẽtorum nec addere nec detrahere potest.

b Matrimonij fœdere: Vnde sicut uxorem societas vitæ rerum mariti quodã modo dominã facit l. 1. ff. re. am. si. & ecclesia, q est quædam spiritualis uxor, potest dici dña sacramentorum.

c Dispẽsatio. Ratione ergo dispẽsationis dña sacramenta ecclesiæ. Sic & ius Papyrianum fuit appellatum ratione cõpilationis, licet Papyrius nihil de suo adiecerit: ut no. l. 2. post prin. ff. de or. iu. fac. & no. in l. 2. C. in quibus caus. coloni. censit. & c. libert.

d Qui baptizat: Per uirtutem, nõ per ministerium, c, aliud, de consecr. d. 4.

e Qui absoluit. Per uirtutem, ca. aliud, de consec. dist. 4: 1. q. 1. c. intra &c.

f Dominus est: Ca. panis, de cõse. d. 2. & cap. baptismus, de cons. d. 4. & ca. uerbum, de pœn. d. 1. & per Abb. in c. extirpandæ, §. qui uero, de præb. in repet.

g. Valent. Nam neq; qui plantat aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, 1. q. 1. c. multi.

h Referant: Cap baptismus, de conse. dist. 4.

i Deceat cum lumen sint mundi, c. sacerdotes, dist. 93. & aliorum patres ac magistri, c. quis dubitet, dist. 96. & quia necesse est, ut mũda sit manus, quæ aliorũ sordes diluere curat, 1. q. 1. c. necesse, & ca. in grauibus, 3. q. 7. Et quia ad exẽplũ bonæ actionis instituuntur, & quia Episcopus. §. q. 3. & 1. q. 1. c. si. qui Ep. [illegible] talem.

K Poterunt. 1. q. 1. ca. significastis, & c multi, &c. dedit, & traditur per Abb. & alios, in c. vestra, de cohab. mulie. & cleric. Quantum tñ ad receptionẽ sacrorum ab hæreticis, distinguẽdum est, nũ sciẽnter quis recipiat quo casu non confertur gratia, an ignoráter, quo casu confertur, ut p Inn. & Abb. in c. fraternitatis, de hære. Et hoc qđ hic dr reformat nouissime p Concil. Trid. sess. 7. in tit. de sacram. in genere, c. 12. & eadem sess. in tit. de baptis. c. 4. & sess. 14. sub tit. de ministro huius sacramen. & absolutione, c. 6.

l Veluti, 1. q. 1. c. intra, cum pluribus seq. & c. secundum, d. 19. & 1. q. 1. hanc regulam, in fi. fac. 15. q. ult. c. fi. & c. nihil, in fi d 83.

m Contaminantur Immo contra d. 49. c. sacerdotes & 1. q. 1. c. sic populus, cũ simi. Sol. non polluit sacramentum fœditate ministri, nisi opinione uulgi, uel nisi quãtũ est in ipso ministro, ut p Ab. in c. uestra. de habi. mulie. & cler. uel in ipso suscipiente: ut 1. q. 1. c. multi §. siue ergo: malorum tñ ministrorum orõnes potius nocẽt quam prosunt, ut per Ab. in rub. de ui. & hone st. cler. fac. c. fi. in fi. dist. 83.

n Concordẽ; Vnde cõmendatur factũ Ale. Epi Alexãdriæ, de quo. 1 q. 1. c. Spũs Sanctus, & c. sic aũt, cũ Plurib. sequen & quod hæc concors intẽtio requiratur, determinat nouissime Cõc. Trid. sess 7. in tit. de sacramentis in genere, c. 1. & anathematizat tenentes contrarium.

o Agitur: Fac. c. quod autem ait 22. q. 2.

p Sine fide, 1. quæst. 1. quod autem, cum multis

tis ſeq. & aliis ſepæ per tot. d.q.
a Generaliter. Et bene, cum generalium cognitio debeat præcedere cognitionem particularium, §. his itaque, inſt. de iuſt. & iur.
b Fundamentum. Cap. ueniens, extra de presbyter. non baptizat. quo fundamento deficiēte ſuper ædificari nō poteſt, 1. q. 1. ca. cum Paulus, c. fi. de presby. non baptiz.

nomine genitoris, & geniti, & procedētis ab utroque, non ſit baptiſmus. Idem ſi dicatur. In nomine Ieſu Chriſti; Vel in nomine Trinitatis. Vide late per Card. Aracæl. in ſuis inſtit. Theologicis, lib. 2. c. 11. & per Plo. in trac. de ſacramentis in 1. par. c. 1.

Cognitio ſpecierum debet ſubſequi cognitionem generis. h. d.

His circa ſacramenta generaliter a cognitis, exordiamur nunc de ſingulis etiam ſpecialiter dicere. & quia baptiſmus fundamentum b eſt, & ianua cæterorum, merito ab eo principium ſumamus.

DE BAPTISMO & eius effectu.

Ioā. Bap.

Cōtinuatur tit. iſte per §. fi. ſupra tit. proximo. Diuiditur autem in 6. partes; in prima habetur quid ſit baptiſmus, in ſecūda qualis ſit eius effectus; in tertia quis poſſit baptizare, ī quarta quis debeat baptizari, in quinta, an hoc ſacrame. poſſit reiterari, in ſexta quid extrinſec⁹ ſit in eo obſeruandū, ſecunda ibi, non tamen, tertia ibi, baptizandi, quarta ibi, non tamen quia, quinta ibi, quod ſi quis ſexta ibi, poſttemo.

BAptiſmus CASVS hic non figuratur ſed not. quod anima abluitur ad ſimilitudinem corporis. No. 2. baptiſmum ſucceſſiſſe circumciſioni.

DE BAPTISMO, ET eius effectu.

TIT. III.

Baptiſmus operatur animæ ablutionem, & in locum circumciſionis eſt inſtitutus. h. d.

BAptiſmus c eſt ablutio d corporis exterior, quæ adhibita certa uerborum forma, e interiorem animæ ablutionem f deſignat & operatur g ueluti enim circumciſio h in populo Dei, in fidei, iuſtitiæque ſignaculum inſtituta, ad ſignificationem i purgationis originalis, ueteriſque peccati paruulis ualebat: ſic & baptiſmus ad hominis innouationem, ualere cœpit.

Licet in baptiſmo plena contingat peccato -

f Ablutionē. Vnde eſt ergo in baptiſmate duplex ablutio, exterior corporis, interior animæ, quæ fit per Spiritum ſanctum. Nā aqua & verba nil prodeſſent, niſi ſpiritus ſanctus baptizaret interius, ca. per aquam, de conſecra. diſt. 4. Vnde & duplex paternitas & filiatio reperitur in baptiſmo. Vna exterior, in qua baptizans eſt pater alia interior in qua Spiritus ſāctus eſt pater & iō oēs Chriſtiani dicuntur filii Dei, & inter ſe ſūt fratres ſpirituales: quia habent eundem patrem ſpiritualē in iſta ſecunda nativitate. Fac. quod no. in c. ad mēſam 11. qu. 3. & ponit Ab. in c. debitum, in ult. no. eo.
g Operatur. Ad hoc uide Cō. Tri. ſeſ 6 in titu. de ſacramen. in genere canon 2. & ca. 6. & ca. 8.
h Circumciſio. Si mi. in c. ex quo, de conſecr. di. 4. facit c. ratio es, extra eod.
i Ad ſignificationem. Alii ad ſanctificationem, ut c. ex quo de conſecr. di. 4. prima uerior.

c BAptiſmus. Ita paucis immutatis uerbis definit Hoſt. in ſum. eo. in prin. & Nic. Plo. in tractatu de ſacramentis in prima parte ca. 1. Dantur & aliæ plures definitiones, ut per Card. Arac. in lib. inſtit. Theologicarum, lib. 2. c. 11. Et quin que ſunt de ſubſtantia baptiſmi. Baptizantis intentio ſiue generalis ſiue ſpecialis. Baptizandi fides, ſi ſit adultus, alias baptizari poterit in fide parentum. Et eccleſiæ expreſſio uocalis formæ a Chriſto inſtitutæ. Ablutio per elementum. Et quod ablutio & uerborum prolatio ſint actus cōtemporanei, quæ late proſequitur Nic. Plo. loco ſupra citato.

Subſtātialia baptiſmalis.

d Ablutio. Et ſic operatio tranſiens. Vnde baptiſmus, non eſt aqua, quia tunc eſſet res permanens.
e Forma quæ ſunt iſta. Ego te baptizo in nomine patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Quæ in tantū ſunt in forma, ut ſi dicatur. Ego te bapiizo in

Io. Bu.

Non tamen. CASVS cum homo per eius conceptionem, & poſtea per proprias eius operationes in uarias incidiſſet calamitates, & imperfectiones, fuit ꝓpea quæſitum, an per baptiſmum poſſet ab eis liberari, & cum per ipſum dicatur renaſci ut omnes cōiter admittunt, uidebatur ꝓpea īde recuperare antiquam eius perfectionē. cæterū Sol. aliter ut hic legimus, quia baptiſmus eſt inſtitutus in remediū animæ, quæ Deo debat reconciliari, unde non obſtat obiectio, ſi quidem per hanc regenerationē anima reſtituitur ſolū in gratiam Dei, & remanet ei fomes concupiſcētiæ ad exercendas uirtutes, ut Theo. lo. docent. No. 1. in Chriſtiano poſt baptiſmum ſuſceptum remanere aliquid de antiquo homine, cū iſta renouatio operetur circa ſpūalia. Not. & baptiſmū dici fundamentum quia per ipſum homo renouatur.

a Non tamen. Pro intelligentia istius litteræ uide Conc. Trid. in 5. sess. in 1. decreto de peccato originali in fi. & per totum illud decretum, & fac c. non ex quo, de consecr. dist. 4. unde sumitur.

b Vetus infirmitas. Idest, originale peccatū, qđ contrahitur in ipsa infusione animæ: quia tunc tres vires principales animæ debilitantur, de quo in ca. quæris, de consec. dist. 4. & in c. non ex quo, d. dist. 4 remissione.

ANTO. TIM. Quod dicitur hic in textu, quod per baptismū omnis uetus infirmitas non statim absumitur, si per ueterē infirmitatē peccatum originale interpretemur, sumēdo peccatum originale pro culpa, quæ in infusione aīæ cōtrahitur, sic simpliciter nō est intelligendum. Esset. n. hæretica positio contra Conci. Tride. determinationē sess. 5. cap. 5. Nam baptismus illud ꝙ propriam & uerā rōnem peccati hēt, totū tollit, ꝑ quod sacramētum incorporamur passioni, & morti Christi, ita D. Hieronym⁹ ad Oceanum, & D. Chrysostomus in Ioan. Hom. 24. late Origenes Homil. 5. super Io. Sed id ita intelligendum, quod remanet peccatum idest, infirmitas, contracta per peccatum, & fomes, ut inquit D. Aug. lib. 1. & in aliis locis cum qua remanēt cæteræ pęnalitates. Vide rationes apud S. Th. 3. par. q. 69. ar. 1. & 2. & D. Bonau. in 4. sen. dist. 4. par. 1. art. 1. q. 2.

c Plena. Quo ad reatum mortis æternæ, & omnē pænam originalis peccati. uide per Abb. in ca. 1. §. una uero, de sum. Tri. & fide catho.

ANT. TIM. Dr̄ hic in gl. quod baptismus tollit omnem pænam originalis peccati. Pro cuius rei intelligentia nota quod dicit D. Bonaue. in 4. sent. dist. 4. par. 1. art. 1. q. 2. Nam distinguendum est de pænis, cum quędam sint æternales, quædā temporales. Temporales rursus quædam imponūtur, quædam assumuntur, quędam contrahūtur. Baptismus igitur abluit ab omni pæna peccati originalis, æternali, et temporali, satisfactione assumpta, seu imposita, sed non ab omni contracta ut a fame, siti, infirmitare, fomite, & similib. uide rationem apud eum.

d Nouitas. Nam relinquitur originale peccatū ad pugnandum dum sumus in uia, sed debilitatū & superatum, & ad mort m æternam. nō imputabile, c. per baptismum, de conser dist. 4.

ANT. TIM. Quod dicitur in gl. relinqui peccatū originale ad pugnandum, intellige fomitem, qui est pænalitas relicta nobis ad exercitium, & ad pugnandum, ue gloriosius coronari mereamur. Vide S. Bonauentu. & S. Tho. locis citatis.

rum remissio, non tamen contingit plena nouitas. h. d.

Non tamen [a] ex quo quisq; baptizatur, statim etiam in eo omnis uetus infirmitas [b] absumitur: sed renouatio ad remissionem peccatorum incipit & ad intelligentiam, & operationem spiritualium: cætera uero sunt in spe, donec recompleantur: quod erit in resurrectionis tempore. Quāuis ergo in baptismare plena [c] fiat peccatorum remissio, non propterea plena nouitas [d] & mutatio contingit.

Cura baptizandi ad solos sacerdotes spectat, sed ex causa necessitatis quilibet potest baptizare, hoc dicit.

Baptizādi autem cura ad solos sacerdotes [e] pertinet, eiusque ministerium, nec ipsis diaconibus explere permittitur, absque episcopo vel presbytero, [f] nisi his procul absentib. ultima languoris cogat necessitas, [g] quo casu, & laicis fidelibus, atque ipsis mulieribus baptizare permittitur. [h]

Presbyter negligens in baptizando quomodo puniendus. h. d.

Presbyter vero, cuius negligentia commissum est, ut quis sine baptismate ex humanis

Io. Bapt.

Baptizādi autē. CASVS. Videmus baptismum cōferri modo a sacerdotib. modo a uiris maxime improbis & infidelibus. modo etiā a semetipso, unde dubitatū fuit de eius mini strorum enim diuinitus in eo operetur dominus, §. ergo qui baptizat supr. tit. proximo non oportebat assignari certū ministrū, eoque minus. quo dat baptismus flaminis, § qđ quidem, inf. eo. Sol. tamen aliter, hic facta fuit tum ratione congruētiæ, tū quia in regeneratione est imitāda gentratio naturalis, & ideo argumēta in contrariū adducta non obstant. Not. primo, ēt congruentiam esse fundamentum iuris, & ideo quædam dicūtur legitima uigore congruentiæ. No. 2. baptismū ab hæreticis collatum, & aliquando omnino tenere. No. 3. ob diuersum baptismum dictum Euangelii, nisi quis renatus fuerit, esse ita intelligendū, ut verificet aliquando actu, & aliquando intētione.

e Sacerdotes. Cap. constat de conse. dist. 4. unde sumitur, & nouissime per Conc. Trid. sess. 7. in ti. de sacramentis in genere, c. 10. Sed contra, c. sanctū, de consecra. distin. 4. Respond. ibi in casu necessitatis, ut hic etiam statim dicitur fac. ca. in necessitate, d. dist. 4.

f Presbytero. Id est, licentia presbyteri. Sed contra c. diacones, & c. diaconi, dist. 93. Respo. ut ibi dem ro.

g Necessitas. Quæ legem non habet, fac. de conse cratio. distinctio. 4. capitu. sanctum, & capitulo in necessitate.

h Permittitur. Capitu. diacones, distinction. 93. Sed quid si diaconus, vel etiam laicus baptizat non instante necessitate? Respo. valet baptismus, sed

ſed ut uſurpatores alieni muneris puniendi erũt ut per Ab. in c. quanto, de conſuet.

a Deponendus erit. 1, q. 1. c. neq; & c. ſi quis per ignorantiam, & de conſe. diſt. 4. c. quicumque.

b Hæreticis. Concor. c. ſiue, c. a quodam, ca. Romanus, ca. hi qui c. de Arrianis, de conſecr. d. 4. cum plurimis ſimi. & nouiſſime idẽ firmatur per Conc. Trid. ſeſſ. 7. ſub ti. & rub. de baptiſ. c. 3.

h Sola profeſſione. Si manus erát eis impoſita: aliàs ſuppleretur, 1. q. 1. c. ecce, & tunc dicitur fieri profeſſio, cum interrogantur, ut ſciamus, an ip ſi recte credant.

i Sed quamquam, &c. Ratio eſt dubitandi adde ciſionem ſequen.

excefferit, deponendus erit. a

o. Bap.

Baptizati ab hæreticis, ſchiſmaticis, paganis uel alias facinoroſis, non ſunt denuo rebaptizãdi. h d.

Sed & ſi qui ab hæreticis, b ſiue ſchiſmaticis, uel etiam a paganis, c aut alias facinoroſis baptizati fuerint, quaſi baptizati nõ fuerint, iterum baptizari d non debent. Antiqua e tamen patrũ induxit inſtitutio, ut qui ab his in Trinitatis nomine baptizati fuerint, cum ad ſanctam Eccleſiam redierint, aut unctione chriſmatis, f aut impoſitione manus, g aut ſola profeſſione h fidei ad ſinum matris eccleſiæ reuocentur.

Nemo ſeipſum baptizare poteſt. h. d.

Sed quamquam i baptiſmus, ab hæreticis, ſchiſmaticis, uel paganis ſuſceptus ualeat: ipſum tamen ſe baptizare nemo poterit. ſicut enim carnali generatione k ſua proles ex uiro, & fœmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, alius, qui gignitur: ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua, & ſpiritu ſancto reducitur, alius debet eſſe, qui ſpiritualiter generet, alius qui generetur. l

Fides ſacramenti ſupplet ſacramentum fidei.

Vñ de Iudæo q mortis m articulo cõſtitutus

c A paganis. Sed contra c. quos paganis de conſe. d. 4. Sol. ibi non in forma eccleſiæ fuerat traditꝰ baptiſmus. Itẽ contra diſt. 62; c. nulla rõ, & 1. q. 1. c. 1. & l. traditi, ff. de acqu. rer. dom. & de conſe. diſti. 4. c. qũo. Qũo ergo paganus baptiſmum tradere dr̃, quẽ nõ hẽt? Reſp. fit hoc auctoritate legis; ſic & creditor in caſu dñiũ rei ſibi obligatæ ĩ aliũ trãsfert qđ tñ non habet, inſtit. quib. alie. lic. uel don. §. 1. Item hoc caſuale, cõtrariũ regulare, 1. q. 7. c. Daibertũ, & no. in c. Romanꝰ, de conſc. d. 4. Paganus tñ leuare non poſſet, ut declaratur in Concil. Maguntin.

k Carnali generatione. No. ergo ꝙ ſpũalis generatio limitari dẽt naturalem inquãtum poteſt: ſicut etiam legitima. Et ex hoc Ab. in c. debitum, eo. tenet, ꝙ nemo poſſit aliũ baptizare uel de ſacro fonte leuare, ſi idẽ non põt eſſe ſuus pater carnalis, etſi præcedat baptizãdũ ĩ plena pubertate. Simile in §. minorum, Inſt. de adoptio. Ancharanus tñ putat ſufficere ſi 14. annis baptizans præcedat baptizãdũ. Idẽ forte in leuante ſcđm Ab. cuius tñ interuentus non uƭ de ſubſtantia baptiſmi, ſm̃ eundem, in d. c. debitum.

l Qui generet. Cõcor. c. per tuas, aliàs ꝑ noſtras, de iu. patr. & §. interdũ, ſu. eo. ti. & c. ſi. de inſ. & l. 2. ff. de ſtip. ſer. Et nemo dẽtori ria ſemetipſo, c. dicimus, 24. q. 1. arg. contra ĩ l. ſi conſ. ff. đ ado.

d Iterum baptizari. Cap. rebaptizari, de conſe. diſ. 4. & nouiſſime per Concil. Trid ſeſſ. 7. de baptiſmo, c. 11.

e Antiqua tamen. Vt in c. ab antiqua, de conſe. diſt. 4. c. hi qui, 1. q. 1. A qua antiquitate non eſt recedendum, niſi euidens error oſtendaƭ, fac. c. utique, d. 19. & per Ab. poſt gl. in c. q̃to, de transl.

f Chriſmatis. Cap. ab antiqua, de conſe. diſt. 4. & c. hi qui q. 1.

g Impoſitione manus. Reconciliatio ſic fiet. Imponeƭ eis manus ab Ep̃o, & diceƭ: Accipite Spũm S. Sicut in Actib. Apoſt. factum eſſe legiƭ baptizatis a Ioanne, cum ipſi dicerent Apoſt. Neque ſi Spiritus S. ſit audiuimus. Manus eis Apoſtoli imponebant dicentes: Accipite Spiritum ſanctum: & ſi non erant chriſmati chriſmabantur, ut no. in c. ut hi, de quib. de conſe. diſt. 4.

ANT. TIM. Modus hic reconciliationis deſumptus eſt ad uerbũ ex gl. in uerbo impoſitione, d. c. hi de quibus, de conſe. diſt. 4.

m Mortis art. Et ſic no. ꝙ ubi aliqua requiruƭ ad ſubſtantiã, & pro forma actus, niſi formalia illa, & ſubſtãtialia interueniãt; non tenet actus, ẽt ſi ex neceſſitate ſubſtãtialis. & formalis ſolẽnitas obſeruari non poſſit: neceſſitas ergo non facit deſinere ſolẽnitatem ſubſtantialem. Sed contra c. ſãctũ, & c. in neceſſitate, de conſ. d. 4. & ſup. eo. §. baptizãdi, Sol. ſacerdotium in miniſtro nõ eſt de ſubſtantia baptiſmi, ſicut & alia q̃dã de quib. in §. pe. inf. Sed adhuc contra, inf. de pæn. §. ꝙ ãt, & §. ſeq. ubi qualitas in miniſtro ſacramenti pænitentiæ eſt de ſubſtantia talis ſacr̃i & per Cõc. Trid. ſeſſ. 14. c. 6. ubi agitur de miniſtro talis ſacramenti Solu. aliud in ſacramento baptiſmi, aliud in ſacramento pniæ. Sed adhuc contra: quia ubicunque obligatio dirigitur in Deum, defectus formæ non uitiat actum, no. in c. ſacro, de ſẽten. excomm. & per Abb. in c. porrectum, ante ſi. de regul. Sol. illud apud eccleſiam triumphantem, hic militantem, qđ ſatis innuit hæc littera,

a Immergendo. Quid si aliquis immergat seipsum, alio tamen dicente: Ego te baptizo, &c. nunquid satisfiat formæ? Respon. negatiue, nisi n. ipse qui uerba illa profert, immergat, non pōt vere dicere, ego te baptizo, &c. sm̄ Ab. in c. debitū, eo.

licam, de presb. non baptiz.

l Sanguinis. C. martyrii, &c. baptismi uicē, cum simul. de conse. dist. 4.

m Contineatur. Cap. uerus, de conse. dist. 4.

n Aliud, Cap. aliud, de conse. dist. 4.

tutus in aquā seipsum immergendo [a] dixerat: Ego me baptizo in nomine Patris, & filii, & Spiritu sancti, responsū [b] est, denuo [c] ab alio illum baptizandū [d] esse, vt ostendatur, quod alius est qui baptizatur, alius qui baptizat; quamuis si talis cōtinuo decessisset, protinus ad patriam euolasset, [e] nō propter fidei sacramentum, sed propter sacramenti fidem.

Baptismus alius fluminis, alius flaminis, alius sanguinis. h. d.

Quod quidē & de illo recte creditur, qui visibiliter nō baptizatus martyrii [f] subiit sacramentum, Baptismus enim inuisibiliter ministratur, quē non contemptus religionis, sed terminus necessitatis [g] excludit. Vnde scite scriptum a quibusdam [h] reperitur, baptismum alium esse fluminis, [i] alium esse flaminis, [k] alium vero sanguinis. [l] Cum baptismi virtus, & efficacia non tam ablutione corporis quam fide cordis contineatur, [m] & aliud sit per ministerium baptizare quod sacerdos exequitur, aliud per potestatem, quam Dominus non vsque adeo sacramentis adiunxit vt sine illis eorundem gratiam tribuere non possit. [o]

Paruuli baptizantur in fide parentum, & Ecclesiæ, & non debet minor esse uirtus baptismi, quam circumsionis. h. d.

b Respōsum est. Vt in c. debitum, eodem.

c Denuo. Non tñ illico; sed debet aliquo tēpore differri, ut appareat an habeat rectam intentionē: & differendus est baptismus saltem p quadragīta dies. ut in ca. ne quod absit di. 4. licet multi hoc nō seruent. Vñ festinanter baptizati, quę sciente calore primę deuotionis, sepe ad erroris uomitum redeūt; ut per Abb. in c. debitum, eo. & comparari possunt tritico, quod cecidit super petram. qđ & cito natum exaruit. ut in Euangelio.

Baptism⁹ Fluminis Flaminis Sāguinis.

d Baptizandum. Primo tamē resti tuere debet ex tota per usurariam prauitatē, & illicite, c. iudæi, ubi nota, de conse. dis. 4. Alia uero licite q sita non tenet relinquere, sicut multi simplices credunt pro hoc c. sicut Idęi, de Iud. sequitur Abb. in c. debitum, eod.

e Euolasset. Cap. debitum, eo. & de pænit. d. 7. c. fin. uer. nullus expectet, c. Apostolicam, & c. fin. de presby. non baptiz.

f Martyrii. Cap. baptismi uicem, c. cathecumenum, c. non dubito, de conse. dist. 4.

g Necessitatis. Ca. n. de presby. non baptiz. & c. baptismus, de consec. dist. 4. facit illud August. in psal. 103. Coronat Deus intus uoluntatem cum non inuenit facultatem: affectum enim Deus pēsat, non effectum.

Affectum pēsat De⁹ non effectum.

h A quibusdam. Vt per August. lib. 4. de baptismo contra Donatistas. c. 22. & per Host. in Sum. eo. uer. quot sint eius, & iam ab omnibus hoc dictum usurpatur.

i Fluminis. Idest aquæ cum uerbo. 1. q. 1. c. detrahe & c. debitum, eo.

k Flaminis. Idest, Spiritus Sancti, cap. Aposto-

o Non possit. Et sic reuincitur praua qdam opin. q̄ temporibus Bernardi inualuerat: neminem, s. sine actuali baptismo saluari posse, cuius errorem idē confutauit epistola 77. ad Hugonē scribēs, & de hoc etiam uide Magistrum Sententiarum. lib. 4. dist. 4.

Nō tñ CASVS in tota hac parte ita figuratur, homines indigentes baptismo in diuerso statu reperiunt. nam quidam sūt pueri, quidā adulti, & istorum quidā dementes, quidam dormientes, quidā quasi coacti, de quibusdam dubitatur, & alii simil. nñ quæsitū fuit, an oēs indifferenter debeant baptizari, & quāuis affirmatiue respōderi possit ea rōne, quia ī ijs, q̄ sunt commodi & ut litatis quilibet in dubio dr̄ consentire, iux. uulg. regul. a doct. adno. in l. cum quid ff. si cert. pet. ac ēt qm̄ D.⁹ vult omnes homines saluos fieri, tamen Solu. est tenenda iuxta id, quod in hac parte habetur, quia ad hoc sacramentum recipiendum satis est, ut recipiens nō opponat obicem. Non obstant autem argumenta, quia obex in recipientibus aliquando reperitur & aliquādo secus, atque fides requisita modo actu, & aliquādo habitu est necessaria, unde nota primo ad hoc sacramentum recipiendum non esse necessariam uoluntatem actualem, cum aliquādo sufficiat habitualis, ut dixi, No. 2. uoluntatem secundum quid coactam, esse nihilominus uoluntatem. No. tertio susceptionem baptismi obligare suscipientem ad obseruandum, quæ sunt religionis christianæ. No. 4 non dicitur aliquid esse factum si de eo probabiliter dubitetur, q. quoad Ecclesiam, q̄ de occultis non iudicat c. sicut, cum seq. de simo. idem est non esse, & non apparere.

Non

Non tamen,[a] quia fide cordis baptismatis uirtus continetur, ideo minus paruulos,[b] qui credere ob ætatem non possunt, unda salutaris abluit, cum & ii non per usum, sed habitum[c] fidei quem suscipiunt in baptismare, credere non male credantur, & in fide parentum & Ecclesiæ, alio profitẽte, baptizati ob fidei[d] sacramẽtum recte fideles[e] dici possunt, & cum circumcisio[f] tã adultis, quã paruulis ex præcepto Domini conferatur, ne baptismus qui succedit in locum ipsius, & generalior tamen existit, cum tã uiri, quam fœminę[g] baptizantur, minoris uideatur effectus, tã adultis, quam paruulis est conferendus.[h]

Tam mater, quam filius in ipso articulo parturiendi, possunt separatim baptizari, nec ob id creditur baptismus iteratus. h. d.

Is quoque, cuius mater, uel prægnans, uel in ipsa hora, qua parturit mortis urgente periculo,[i] baptismatis gratiam receperit, baptizari poterit,[k] nec propterea bis baptizatus reputabitur. Cum utique ad maternũ corpus cum esset in utero, pertineret,[l] nec ibi regeneratio reperiri possit, ubi generatio non præcesserit, nec in hoc infanti, qui nascitur, aliqd mater participat, cum unicuiusque propria uoluntas[m] in confessione sit attendenda.

Muti, surdi, & ægrotantes baptizari possunt. hoc dicit.

Muti quoque & surdi, item ægrotantes,[n]

a Non tamen. Ratio est dubitãdi eius quod hic continetur. Et de hoc uide nouissime per Conc. Trid. in 5. ses. in decreto de peccato originali, qđ est primum, uer. si quis hoc Adæ.

b Paruulos. Concord. capi. maiores, eod. capitu. paruuli, cum pluribus sequenti. & c. quæris, dist. 4.

c Habitum. Idest aptitudinem. & sic illa uerba, qui nõ crediderit, &c. referuntur ad aptitudinẽ, sicut etiam cum dicimus, matrimoniũ est maris, & fœminæ coniunctio individuæ uitæ consuetudinem retinens, 27. q. 2. §. 1. institutio. de patria potest. in princip. Nam uerbum retinens intelligẽdum est quoad aptitudinem: sic etiam consueuit dici de iustitia, quatenus est in creatura, l. iustitiæ, ff. de iust. et iure.

ANTO. TIM. Valde improprie uidetur hoc in loco explicare glos. habitum, idest, aptitudinem, neque enim solum aptitudinem, idest, potentiam habet ad agendum, qui habet habitum infusum, sed habet uirtutẽ ipsam realiter, licet pro tunc non exeat in actum. Quod si per aptitudinem intelligas facultatem producendi ad actum ex habitu, recta erit interpretatio, licet aliqualiter dura. Qui enim habet fidem in habitu, licet semper non operetur actus fidei, plus tamẽ habet quam aptitudinem ad credendum, & ad fidem.

d Ob fidei. Baptismus sacramentum fidei dicitur, quia in fide Christi consecratur, & in fide ecclesiæ confertur, uel quia in nomine Trinitatis confertur, quam offerentes & oblati tenẽtur credere & confiteri, uel etiam alia ratione prout no. in c. nihil, de conse. dist. 4.

e Fideles. Sic in ca. paruuli fideles, de consec. distin. 4.

f Circumcisio. Argum. a maiori, & concord, ca maiores, eodem.

g Fœminæ quæ licet non circumciderentur, offerebantur tamen uigesimo octauo die in templum, et ibi nomen imponebatur, baptismus igitur generalior est.

h Conferendus. Sed an cum adoleuerint paruuli, & nolint baptismũ ratũ habere, sint eorum arbitrio relinquendi, uel cõgendi ad Christianam uitam. Et quidam hoc sunt ausi affirmare. quorũ tñ opinio. damnata & anathematizata fuit per Conciliũ Tri. in 7. session. sub titul. de baptismo, c. 14.

i Periculo. Concord. cap. baptizari, de consecra. distin. 5.

k Poterit. Licet contra teneret Iulianus hęreticus. Sed contra, quia si mater manumittitur, et partus cẽsetur manumissus, inst. de ingen. §. 2. Itẽ partus est pars uiscerum matris l. 1. ff. de uent. inspi. Solu. ut nota in ca. si a dimatris, de consecr. distin. 4.

l Pertineret. Facit c. si ad matris, cum sequentia de consec. distinct. 4. et le. 1. ff. de uent. inspic.

m Propria uoluntas. Intellige propriam uere si baptizatur adultus & intelligens, alias dicetur propria iuris & diuinæ legis interpretatione, si Baptizãdus sit paruulus, uel non intelligens alio profitente, ut inf. eo. §. prox. & c. paruuli, cum seq. de consec. distin. 4.

n Aegrotantes. Nota quod infantes, muti, surdi ęgrotantes, æquiparantur, quos satis conueniens est ignorantes quodam modo, & per alios liberari, cum & ignorantes, et per alios fuerint obligati, ut de consecra. distinct. 4. capitul. quæris, facit quod & pro ignorante fideiubere possum, ut l. fideiubere, ff. de fideiu. et ignoranti etiam actio acquiritur, l. si a furioso, ff si cer. pet. et concord. cum hoc, c. paruuli, et c. ęgrotantes, de cõse. dis. 4.

qui pro se respondere non possunt: aliis pro se profitentibus recte baptizari poterunt.

Dormiens & amens, si ante somnum & amentiam habuerunt propositum baptizandi, baptizari possunt. h. d.

De dormientibus, & amētibus quæsitum est, & plane si prius quam dormirent, aut amentiam incurrerent, non baptizādi propositum haberent, quia in eis eadem perdurare[a] uoluntas intelligatur, si sic immersi fuerint, characterem sacramenti non suscipiunt:[b] secus autem si prius cathecumini extitissent, & baptizādi propositum habuissent, tales. n. in necessitatis articulo baptizare cōsueuit ecclesia. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicē uoluntatis contrarię non inuenit obsistentem.

Inuitus baptizatus characterem suscipit, et cogēdus est ad obseruationem fidei: secus si penitus sit coactus. h. d.

Sed & si quis non sponte, dum tamen non omnino coactus[d] baptismatis susceperit sacramētum, Christianitatis characterē suscipit, ut puta cum quis terrorib. atq. suppliciis ad undam salutarem trahitur, & ob id tam quā[e] conditionaliter[f] uolens, licet absolute non uelit, est ad fidei Christianæ cogendus obseruantiam.[g] Illę uero, qui numquam consentit, sed penitus contradicit, nec rē, nec characterem[h] sacramenti suscipit. Plus est enim

a Perdurare. Simile de sentent. excommuni. capitu. a nobis, nam semper perdurare præsumitur uoluntas, nisi probetur mutata, ut ca. perlatum. de his, quæ ui, metusue cau. fi. et l. eum qui. ff. de probat. et le. Lucius, ff. de leg. 2. in fin. Sed quid si quis ab infantia fuit amens numquid prodest ei si baptizatur? Argum ent. quod sic, ff. de legat. 2. l. cum pater, §. surdo quia perinde hētur ac si tunc sit infans. quia nullo peccato grauatur nisi originali, 3. quæst. 9. capitul. indicas. & not. in c. maiores, §. fi. eod.

b Non suscipiunt. Sed quid si excitati a somno ratum habeant. Respond. non prodest, quia nihil recipit, & ideo non est quod ratum habeat, sed iterum erit baptizandus, ut not. in cap maiores, in fi. eodem.

c Obsistentem. Simile de consec. di stin. 4. capit. quæris a me, et ff. ad Macedonianum. le. si filius, et ff. de acquirenda hæredit. leg. secunda. §. si is.

d Omnino coactus. Vt puta si ligatis pedibus, ac manibus baptizaretur, fac. l. qui testamento, §. fin. ff. de testam.

e Tamquam. Veritatem denotat hęc dictio. non similitudinē, sic in cap. ex parte, uni Abb. not. de sponsali. Vnde si dicatur, Titius ab omnibus uitetur tam quam excommunicatus, dicetur uere excommunicatus, argumen. not. per Abbatem in capit. finali. ne cler. uel monach. in princi. Natura tamen sui similitudinem denotat.

f Conditionaliter uolens. Et sic coacta uoluntas, uolūtas est cōc. l. mulier. l. fi. ff. quod me. cau. et 15. q. 1. c. merito queritur. Idem est in sacramēto matrimonii, 22 quæst. 4. capit. inter cætera; & cap. ueniens, de sponsalib. Videtur tamen impe

dire matrimonium spirituale capitul. perlatum, de his quæ vi, metusve caus. sed ibi fuit iustus metus mortis, qui caderet in constantem uirum, sed datis terminis paribus idem esset in utraque. Itē hæc coactio conditionalis, non impedit sacramentum ordinis, disti. 74. cap. ubi ista, & nota. in cap. maiores, §. fin. eod. Sed numquid ille, qui conditionali coactione recipit ordinē, tenebitur cōtinere? Respond. ut nota. in dict. 4. fina.

g Obseruantiam. Vt cap. de Iudæis, distinct. 45. et cap. maiores, §. fin. eo. multo magis igitur sponte baptizatus est capitulo quidam, de apostatis.

h Characterem. Sed quare amens, uel dormiens vel absolute coactus baptismi sacramētū non recipit, cū in baptismo non requiratur intentio baptizati, sed baptizātis? 1. q. 1. c. sicut ficti, et de consecr. dist. 4. ca. solet. Hęc quæstio soluitur per litterā superioris §. et p §. fin. ca. maiores, eod. Quia amens, & dormiēs qui aū cathecumeni fuerunt, recipiunt bene sacramentum, qui uero semper inuiti fuerunt et cōtradixerūt, non recipiūt, quia adhuc pręsumuntur inuiti, et nemo inuitus ad fidem compellitur. Nec ob. d. c. sicut, et cap. solet, quia ficti ore exprimunt, licet corde dissentiant, & ideo sacramentum recipiunt, quia ecclesia dare intēdit, sed tale sacramentum non proficit ad remissionem peccatorum, nisi cum fictio recesserit, c. tūc ualere de consecr. dist. 4. et per Abb. c. fi. eod. cuius dicta procedunt in foro poli.

i Plus est enim. Sic ca. sicut, de simo. et c. Petrus, de homicid. et quæstio. 4. capitul. quia pręsulatus cum concord. allegatis in capit. maiores, §. fin. de baptism.

expreſſe contradicere,[a] quam minime conſentire.

Is de quo non eſt præſumptio, quod ſit baptizatus, debet ſine metu iterationis baptizari. h. d.

Illud in dubium uenire non debet,[b] quoties nulla extant indicia[c] inter propinquos, & familiares, quibus aliquos baptizatos eſſe doceri poſſit, eoſdem baptizari minime prohibendos eſſe. Quod.n. factum eſſe neſcitur, nulla ratio ſinit, ut iteratum[d] videatur: nec temeritas interuenit præſumptionis, ubi eſt diligentia pietatis.

Suſpitio uehemens pro ueritate habetur. h d.

De eo tamen, qui Chriſtianis parentib. natus inter Chriſtianos eſt fideliter conuerſatus, tam uiolenter præſumitur, quod baptizatus fuerit, ut hæc præſumptio pro ueritate ſit habenda, donec euidentiſſimis argumentis contrarium probatum[e] fuerit.

Iterum ſcienter baptizatus, debet ſeueriſſime puniri: ignorante uero bis baptizatus non poteſt ordinari niſi ex neceſſitate. h. d.

Quod ſi quis ſciens & prudens iterum baptizari ſuſtinuerit; arctiſſimæ pænitētiæ[f] ſubiiciendus erit: quod ſi ignoranter, nulla quidem imponenda erit pænitentia; ſed in-

a Contradicere. Argume. quod ad fidem, nullus debeat compelli inuitus: ſed ſicut libera uolūtate periit, ita libero arbitrio conuertatur: vt c. de Iudæis, & ca qui ſincera, diſtin. 45. & 23. q. 5. c. ad finē. Arg. cōtra, 23. q. 6. c. 1. ubi habetur quod Paulus coactus venit ad fidē. Sed illud diuino iudicio fuit factum, cuius facta ad conſequentiam trahi non debēt. Vel dic, ut no. in c. maiores, §. fi. eodem.

b Non debet. Vt in capit. paruulos, cum quattuor ſeq. de conſecr. diſt. 4. ca. fi. de presb. non bapt.

c Indicia. Bene dicit indicia: quia non requiritur plena probatio: immo ſufficeret vnus teſtis, ueluti in cōſecratione eccleſiæ; ſecus tamen in ordine, c. Afros, diſt. 99. de rōne diuerſitatis dicitur prima q. 1. §. ecce. Sed ꝙ ſi probet quis ſe ordinatum, & cōtra eum excipiatur illum non fuiſſe baptizatum, nūquid tunc crederetur vnius teſtimonio quo ad baptiſmū? Quidā qđ nō, ubi fideret alteri preiudicium. Vnde non ſufficeret vnicus teſtis ad probādū baptiſmum, ſi ſub ea conditione eſſet relictum legatum, ſi eſſet baptizatus, quia hæredi prejudicium fieret, ut not. in c. placuit de cōſecratio. diſt. 4. Cum autem ſufficit unus teſtis, is debet eſſe Chriſtianus, non Iudæus, uel Paganus nota. in capitulo cum itaque, de conſecrat. diſtin. 4.

d Iteratum uideatur. Concor. ca. cum itaque, & c. ſi nulla, & c. fi. de presby. non baptiz. ubi infert Abbas, quod qui non recordatur, utrum dixerit aliquam horam, puta tertiam, uel ſextam, tenetur iterare. Item ſi non apparet, quod eccleſia fuerit conſecrata, quod debet conſecrari. Et generaliter ubi actus ex neceſſitate debet explicari, ſi de eo ambigitur, debet iterari, licet proprie non poſſit dici iteratus & facit ratio quæ immediate ſequitur. Qua autem forma ſit baptiſmus concedēdus ſi probabiliter dubitetur, an quis ſit baptizatus, uide tex. & quæ ibi Doc. in c. 2. eo.

e Probatum fuerit. Nota primum, quod uiolēta præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, fac. c. vt noſtrum, vt eccleſ. bene. Itē ꝙ violenta præſumptio admittit probationē in cōtrarium. 35. q. 3. c. extraordinarii, & 27. q. 1. c. nec aliqua, cap. propoſuiſti, & c. cauſam matrimonii, de prob. & per gl. in c. ferrum, diſt. 50. & ꝑ Abb. in c. is qui, de ſpon. Debet tamen probatio talis eſſe euidētiſſima, ut hic & c. fin. de presbyter. non baptiza. & c. qui ueriſimile, de præſump. & l. nōn eſt ueriſimile, ff. quod met. cauſ.

Quod ſi quia. CASVS. Pręſupponitur quoſdam eſſe baptizatos, ſed poſtea iſtorum quidam uolebant rebaptizari, quidā uero de facto fuerūt rebaptizati, uñ quęſitū fuit quid iuris, quamuis aūt rebaptizatio videatur permittēda ad ſimilitudinem aliquorū ſacramētorum, quę poſſunt reiterari, & præſertim ob maiorem deuotionem, & ut ille nequeat excuſari ab obligatione fidei. Sol. tñ aliter hic facta fuit, tū ob characterem iā impreſſum, tū etiā quoniam cū baptiſmus ſit ianua ingrediendi religionē, qui per eam eſt ingreſſus, amplius non oportet ingredi, ſi quidem per peccatum exeat, habet remedium pænitentiæ reingrediendi. Non obſtant obiecta, primo ob diſſimilitudinem inter hoc ſacramentum & alia, ſecundo quia in receptione iſtius ſacramenti, ſatis eſt habere deuotionem congruam, & in neceſſariis ad ſalutem nulla admittitur excuſatio iuxta not. per doct. in c. 1. de conſt. eum vulg. quæ in caſu noſtro non erat neceſſaria cū ſufficienter ſemel per baptiſmum conferatur. Not. primo reiterationem alicuius actus non eſſe faciendam, quando inde ſequeretur aliquod inconueniens. No. ſecundo, aliquem puniri aliquando ob culpam, & aliquando ob cauſam iuxta c ſine culpa, de reg. iur. in 6. Nota tertio non tantum uoluntatem, ſed etiam ſcientiam requiri ad hoc, ut aliquis dicatur eſſe in culpa alicuius mali.

f Pænitentię. Quam habes in capit. qui bis ignoranter, de conſecr. diſtinct. 4. et uide de non rebaptizandis paruulis, Conc. Trid. ſeſſ. 7. in tit. de baptiſ. c. 13.

Non

si magna cogat necessitas, ordinari non poterit.[a]

Iterantes baptismum sunt deponendi ab officio, & beneficio h.d.

Illi quoque qui ausu temerario in homine iam baptizato celeste lauacrum iterare ausi fuerint, excõmunicationis mucrone percussi ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico deponentur.[b]

Multa fiunt in baptismo, quæ non sunt de eius substantia h. d.

Postremo sciendum est, quod licet uerbo tantum, & elemento baptismatis substantia contineatur & forma;[c] multa tamen a sanctis patrib.[d] ad eius decorem fuerunt solenniter constituta, ut immersionis numerus, exorcismi,[e] clericorum exsufflationes,[f] salis[g] benedicti exhibitio, saliuę contactus,[h] inunctio:[i] que si ex neglectu pretermissa fuerint, omissio culpæ reos arguet.

Baptismus non debet conferri in priuatis domibus, nisi ex necessitate, uel ob magnam nobilitatem h.d.

Illud etiam nouissime Viennensi Concilio[k] constitutum est, ne quis in priuatis domibus,[l] sed dumtaxat in Ecclesiis in quib. sunt ad hoc fõtes specialiter deputati,[m] aliquos audeat baptizare, nisi Regũ,[n] vel principũ liberi

Scire in pænit.

a Non poterit. Erit ergo in potestate cuiusq; mihi ordines auferre, quia poterit me dormientem rebaptizare, qđ uř durum: Ideo quidem dicebãt qđ hic intelligitur de ignorantia iuris, quæ non excusat: Tu intellige prout littera iacet, et indistincte, & hic est vnus casus, in quo alicui fit sine sua culpa præiudiciũ; arg. 1. q. 5. ca. 1. fa. §. prospexit, & q. ui & a quibus: Sed contra 1. q. 4. capi. placuit, uide Abb. in ca. ex litteratis, de aposta.

b Deponentur. Cap. fi. eod. & per Abb. in ca. ex tuarum. de apost.

Postremo. CASVS Quidam uolebãt baptismum conferre nulla iuris solennitate obseruata: ea præsertim ratione, quia secundum Theologos, cum sacramẽta sint a Christo instituta, non potest Ecclesia aliquid addere, vel detrahere, accedit ad id tex. in capitu. cum interior. de maiori & obedient. Oppositum tamen hic legimus, & hæc solut. probatur, quia Sancta sanctè, & pie sunt administranda, & ideo Ecclesia, circa Sacramentorũ administrationem, multa statuit ratione congruentię, essentialia enim utique non potest Ecclesia statuere, cum statuta sint a Christo, & sic intelliguntur Theologi: & tex. in argumẽto adducto. hodie autem habemus etiam Concil. Trid. sess. 7. de sacram. ubi legimus si quis dixerit septẽ sacramenta nouæ legis, &cæ. non instituta a Christo anathema sit, unde dicas non instituta ione essentiæ, ecclesia autem ratione congruentiæ multa circa illorũ administrationem addit, ut in eod. concil. habetur. Not. primo potestatem Ecclesiæ esse circa Sacramenta in statuendo quæ circa illorum administrationem conueniunt secundum congruentiam. Not. 2. constitutiones obligare ad culpam etiam quando ob neglectum non obseruantur. Not. 3 ult a intrinsecam solennitatem in sacramentis institutam a Christo, requiri etiam solennitatem extrinsecam institutam ab Ecclesia.

c Forma. Cap. 1. & c. pen. eo. & 1. q. 1. capitul. detrahe. Et cum de substantia baptismi sit elementũ, sequitur quod non posset quis baptizari in aqua rosata; cum non sit elementũ, licet posset in aqua aliquãtulum transformata, ut in lixiuio, uel brodio, aqua lutosa, ut per Abba. in d. c. pe.

d Patribus. Etiam a tempore Apostolorum, ut per Dionys. de eccles. Hierarc. & traditur nouissime per duos reuerendissimos Cadinales secundum Vuatmiẽsem, in tractatu de sacramen. capitu. 37. & Aræceli, in tract. itidem de sacra. c. 13.

e Exorcismi: Ca. siue, cap. ante, c. sicut, de con secr. distin. 4.

f Exsufflationes. Cap. siue, de cons. dist. 4.

g Salis. Capit. ex in ca. sal. cælestis, de consecra. distinctio. 4.

h Contractus. Capit. postea de consecr. dist. 4.

i Inunctio. Ca. 1. §. quia uero, de sacram. unctio, c. deinde, de consec. distin. 4. Sunt etiam et alia, puta cere[*] et patrinus, quæ oĩa cõstituunt numerum octonarium & his uersibus concluduntur

Sal oleum, chrisma cereus, chrismate, saliua.
Flatus, virtutem baptismatis ista figurant.
Hęc cũ patronis non mutant sed tamẽ ornãt.

K Concilio. Cle. 1. eod. unde sumitur.

l Domib. Conc. auth. ut pri. do. sacr. my. non fi.

m Deputati. De maio. & obe. c. his. quæ, c. 2. de capel. mona. & tales Ecclesiæ dñr baptismales, c. 1. de not. ope. nunc. Et quia renascimur, per baptismum dicuntur matrices, c. ex transmissa de pscr. & cle. 1. de sent. exc. & no. in cle. 1. eo.

n Regum simile c. fin. de offi. deleg. & ca. ne aliqui. de priui. l. in 6.

o Principium. Non autem tyrannorum. Et intelli ilige

lige hic de principe, qui habeat notabilem potẽtiam:|& ꝙ sit quasi comparandus regiæ potestati argu.l.1.ff.de re.dub.licet principis appellatio multipliciter sumatur,ut no.in cle.uni.eo.

a Necessitas. No. quod necessitas, & nobilitas æquiparantur,alibi nobilitas & litteratura,ca. de mul ta,de præb. extrauag. execrabilis, eo.tit.

b Periculo. Forte pueri baptizandi existentis in mortis articulo, ut ca. pen.eod. uel deferentium qui sint obsessi. Sed quid si deferẽs puerum ad baptismum remotum uidens in eo signum futuræ mortis, nec habẽs secum aquam proiiciat puerum in puteum dicendo, Ego te baptizo, &c. nunquid puer sit baptizatus, & ita possit sepeliri in sacro? Resp. ut habetur per Ab.in c.pe eo. At si baptizetur in domo priuati exceptis casib.per mistis puniri poterit contrafaciẽs pœna arbitraria, ut no.i cl. uni.eo.

& Idem in collatione unitur iuxta modum, qui in tex.legitur.

c Necessarium. Qua uicturis in hoc mundo inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, &.in baptismo regeneramur ad uitã:post baptismũ confirmamur ad pugnã.ca.2.de consec.di.5.


d Non debeat.fac c.1.& c.de his, de consec.d.5.

baptizandi fuerint:uel talis necessitas [a] emerserit,propter quam ad Ecclesiam absque periculo [b] accessus haberi nequeat.

DE SACRAMENTO Chrismatis.

TIT. IV.

Fideles post receptum baptismum debent chrismari. h.d.



Vamuis autem continuo transitu ris regenerationis sufficiat beneficium,uicturis tamen,etiam confirmationis auxilium est necessarium.[c] Ita.n. coniuncta sunt hæc duo sacramenta,ut unum ab altero,nisi morte præueniente separari non debeat [d]

Chrismatis sacramentum operatur augmentum gratiæ,h.d.

Igitur omnes fideles [e] post baptismũ [f] paracletum per manus impositionem,accipere debent,ut perfecte christiani inueniãtur. Spiritus sanctus.n.qui super aquas baptismi salutifero descendit [g] lapsu,in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam [h],in cõfirmatione robur,& augmentum præstat ad gloriam.

Soli episcopi chrismant h.d.

Igitur omnes fideles. CASVS. Quidã ob gratiã per baptismum susceptam putabant hoc sacra. gratiã non conferre, si quidem cum eam habeãt, ut præsupponitur,non uidetur alio sacramento ad ipsam consequendam. Sol.tamen ut hic legimus,quia ob pugnam habendam erat necessarium etiam tale augmẽtũ, & obiectio in contrarium facta non obstat, sicuti apparet.No.1. sacramentum hoc conferre gratiam & augumentũ ad illam. Not.secundo gratiam augeri, sicuti augetur charitas. Not.tertio,hoc sacramentum conferre perfectionis Christianæ augmentum.

e Omnes fideles. Scilicet adulti,uel saltem alicuius capacitatis,ut inf.eo.§.prox.ar.l.ut gradatim,ff.de mum.& hon.& l.1.cum ibi no.C.de sac. eccl.nã infantibus,uel paruulis sufficit solus baptismus, c.quæris,de confec.di.4.& no.in ca.1.de consecr. dist.5.

f Post baptismum. Sic olim hostia prius lauabatur in littore, & postea offerebatur in holocaustum,ut no.in c.1.de consec.di.5.

g Descendit. Conferendo aquis uim generatiuã c.nunquam,de consec.dist.4.& cap.2. de consecr. dist.5.

h Innocentiam Ad quam denotandã baptizatis statim datur uestis candida,c.accepisti,& ca.uenit.de conse.di.4.& no.in c.2. de consec.di.5.

DE SACRAMENTO Chrismatis.

Cõtinuatur hæc materia per gl. 1. ti.eius,uel dicas secundo. quod iuxta ordinem sacramentorum post baptismum sequitur confirmatio,ut hic habetur in prin. unde merito post tit præced.proponitur iste,qui diuiditur in quinque partes,in prima habetur unio inter hoc, & præcedens sacramentũ:in secunda adnotatur effectus,in tertia minister, in quarta quomodo sit conferendum, in quinta quid habeat commune cum sacramento præced.secunda ibi. igitur,tertia ibi,unde quarta ibi. accedent quinta ibi, illud commune.

Qvamuis autem. CASVS. Quidam scholares uolentes docti apparere,dubitauerunt, an Sacramenta baptismi, & cõfirmationis haberent inter se aliquam unionem. putabant enim eam non dari, quia aliter non uiderentur duo sacramenta,sed potius unum.Solu tamen ut hic legimus,quia unum post aliud est conferendum, & hinc cessat obiectio.No.hoc sacramentũ esse necessarium uicturis ob pugnam,ut docet glo.rub.

Vnde. CASVS. Quidam sacerdotes inferiores uolebant hoc sacramentum conferre ea ratione moti quia licet eis quod est plus,nempe baptizare & consecrare per reg.plus,de reg.iur.in 6.Sol. tamen ut hic dicitur,quia Episcopi cum sint superiores,debent habere aliquid plus quam inferiores

riores sacerdotes, obiectio autem nõ tenet, si quidem ista duo sacraméta sine respectu sunt magis necessaria. No. episcopis esse reseruata quę respiciunt perfectionis plenitudiné, iuxta no. per doc. in c. quanto de consue. cum simil. cte sunt administrãda, uel quia maior dispositi requiritur ad perfectionem, unde his consideratis obiectio nil videtur cõcludere. No. 1. in sacramentis administrandis tam actiue, quam passiue desiderari etiam aliquam accidentalem dispositionem. Not. 2. causa suadente licitum esse recedere aliquãdo a can. II. dispositione eius.

Vnde cum cæteras unctiones simplex sacerdos[a] uel presbyter ualeat exhibere: hanc non nisi summus sacerdos, hoc est Episcopus conferre debet, alioqui nulla excusante consuetudine[b] chrismatio irrita habebitur, & vacua: nec inter Ecclesiastica sacramenta reputabitur, [c] cum manum [d] imposuisse præter Apostolos, quorum hodie uicem sustinẽt Episcopi, nulli alii legantur.

Ieiunis, & a ieiuno debet dari chrisma, nisi necessitas aliud cogat h.d.

Accedent igitur qui legitimæ [e] sunt ætatis ad confirmationem ieiuni, ut a ieiunis[f] Episcopis sacro chrismate in fronte[g] deliniri per manus impositionem paracletum recipiant. Plane infirmis & morte periclitantib. [h] uel qualibet causa impeditis, nulla de ieiunio habita ratione manus imponi poterit.

In baptismo, confirmatione, & cathechismo debent patrini interuenire.

Illud commune est tam his qui baptizandi sunt, quàm etiam illis, qui confirmationis munus recipere debent, ut aliquem in patri-

a Simplex sacerdos, Etiam episcopo delegante, sed bene delegante Papa, ut late per Docto. in ca. quanto, de consu. & per Archiepiscopus Floren. in 3. par. summæ tit. 14. in §. de ministro, fac. c. p̃sbyteris, cum seq. de consec. di. 4.

b Consuetudine. Ca. quanto, de cõsuet. nam præscriptio quantumuis longissima requirit capacitatem in p̃scribente, ut per Io. And. in c. 2. de præbé. & sic limita, c. 1. de rescr. in 6. & l. 1. §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æst. Secus est in competentibus ratione iurisdictionis, uel dignitatis episcopalis, non autem ordinis, ut in d. cap. quanto, & in cap. accedentibus, de excess. præla. & in c. cum contingat, de for. compet.

c Reputabitur. Et merito, cum nullum characterem imprimat. Et sic no. quod ordinatio & ritus Apostolorum circa sacramenta habent impedire characteris impressionem, ut per Abb. in cap. quanto, de consue. Sed quid si Romanus Pontifex prohibeat episcopos conferre tale sacramentum, an ualeat collatio facta post prohibitionem? Resp. ut per Abb. in d c. quanto.

d Cum manum. Ratio, ab antiqua patrum ordinatione. Est & alia ratio, quæ ponitur per Abba. in c. quanto, de con suet. quia perfectio actus communiter reseruatur superiori. Vnde cum hoc sacramentum sit confirmatio & perfectio baptismi, ut hic, congruum fuit illud reseruari superioribus, fac. c. nihil, cum ibi traditis, de ele. & quod huius sacramenti exhibitio est episcopis reseruata, uide nouissime per Concil. Trid. sess. 23. circa prin. c. 4.

e Legitimæ sunt ætatis. Sed quæ erit ætas legitima? Quidam dicũt de 14. annis, quo tempore etiam ad minores ordines promoueri possunt, ca. 2. dist. 77. Alii dĩt 25. arg. l. 1. ff. de min. & no. in c. ut ieiun. de conse. di. 5. Neutra tamẽ seruari uidetur in practica, cum etiam trimi, & qua trimi deferantur ad episcopos chrismantes quod forte non bene fit.

f Ieiunis episcopis. Quod ieiuniis & in aliorum sacramentorum exhibitione seruandum est 22. q. 2. c. honestum, & de consec. dist. 2. c. liquido. quod tamen male uidetur seruari, fac. ut ca. ut ieiuni. c. ut episcopi, de consecr. dist. 5.

g In fronte. Quo in loco non licet presbyteris, cap. presbyteris, de consecr. dist. 4. cum seq. & de significatione locorum, & uitium, qui b. quis iniungitur, uide in cap. nouissime, de consecratione dist. 4.

h Periclitantibus. Vitanda enim mora est ubi periculum timetur, c. baptizari, de consecra. dist. 5. ca. nequod ab sit, de consecr. di. 4. cap. de Syracusanæ, dist. 28. Arg. contra, l. si debitori, ff. de iudi. & l. quod dicimus, ff. de solu. Sol. illud in contractibus, hic in periculo animæ, ut no. in d. cap. baptizari.

Io. Bapt. Accedent. CASVS. Fuit dubitatum an hoc sacramentum ieiunis, & a ieiunis, sit conferẽdum, illud enim uidebatur satis, ut in gratia recipiatur, & conferatur, cum tribuat gratiæ augmentũ, ut habetur sup. eo. §. 1. Sol. tamen hic aliter legitur, uel ob rationem communẽ, quia sancta san-

Illud cõmune, In hac parte duo docentur cõia secundum ibi, commune ẽt, quod primum casus ita ad no. Quidam uolebat baptizari u el chrismari, nullo adhibitio, ut uocant patrino ea præsertim ratione, quia nemo potest saluari per operam & diligentiã alterius, sed per semetipsum tantum, cum uirtus & uitium suos tantum tenẽt auctores, l. sancimus, C. de pen. Solu. in aliter hic legimus, quia patrinus consulendo, admonẽdo, & quid simile faciendo summopere potest addiuuare; hic intelligimus qualiter ad obiectionem Io. Bapt.

nem ſit reſpondendum ſi quidem per operam al terius ſummopere quis adiuuatur ad ſalutẽ: Vnde not. diligentiam & curam Eccleſiæ erga ſalutem fidelium. No. 1. patres, & patrinos teneri tali obligatione, ut doceant ſuos filios, quæ ſunt fidei.

de ſubſtãcia, ut not. ſup. tit. proxi. §. poſtremo. Sed fuerunt inſtituti ratione de qua in §. proxi. ubi no. & fac. di. 47. §. neceſſe.

f Parentes. Ca. ſi uir. de ſpi. cogna. poſſent tamen ex neceſſitate, ut in c. ad limina. 30. q. 1. & no. Ab. in d. c. ſi uir.

num a habeant, qui eoſdem in religione Chriſtiana, & fide dominica inſtituat, & pro eis apud Deum quaſi fideiuſſor b exiſtat, quod & in catechiſmo c obſeruandum erit.

Patrini non debent eſſe plures, uel non baptizati, uel confirmati. h. d.

Admonendi tamen ſumus, quod nec plures d quemquam in baptiſmo, aut in cõfirmatione ſuſcipere debent: ſed unus tantum ſiue vir, ſiue mulier, nec quemquam quiſpiam tenere, uel leuare poterit, qui ipſe baptizatus e non ſit, uel confirmatus,

Parentes non poſſunt eſſe patrini propriorum filiorum, nec Abbates, uel monachi alienorum, h. d.

Parentes f quoque proprios filios, uel abbates, g uel monachi h alienos de ſacro fonte ſuſcipere, aut in confirmatione tenere non debent.

Nec baptiſmus, nec chriſma poſſunt iterari, & vtrumque conferri poteſt tempore interdicti. h. d.

Commune etiam illud eſt utriuſque, quod & neutrum, ut paulo ante diximus, iterari i poteſt, quippe quod ambo characterem imprimunt, K & quod interdicti tempore ob imminens ex dilatione periculum utrumq. conferri, & pro utroque chriſma confici poterit, ut infra ſuo loco l latius exponemus.

a In patrinũ. Ca. in catechiſmo, cũ plurib. ſeq. de conſecr. d. 4. & de cogni. ſpir. per totũ. Sed iſti patrini nõ ſunt de ſubſtãtia, ut no. ſup. ti. prox. §. poſtremo.

b Fideiuſſor. De conſec. di. 3. c. ues ante & hæc eſt cauſa quare in catechiſmo, & confirmatione, quod qui non eſt Chriſtianus non offerat puerum, cum in noſtram fidem quis non tenet, qualiter docebit, & qualiter erit obſes pro puero? quę ratio ceſſat in baptizante.

c In catechiſmo. Ca. in catechiſmo de conſecr. di. 4. & c. peruenit, 30. q. 1.

d Nec plures. Ca. non plures, de conſec. diſt. 4. Sed contra, cap. quod aũt, 30. q. 4. Sol. maritus, & uxor pro uno reputantur, cum ſit una caro, iuxta illud, & erũt duo in carne una, pro qua ſol. fac. 1. ca. ſi quis ex uno, di. 4. Vel dic aliter ut no. in d. c. quod aũt. Sed an unus poſſit eſſe patrinus in baptiſmo, & idem in confirmatione? Reſp. tantum ex neceſſitate, c. in catechiſmo, de conſec. d. 4. qua ceſſante ſinguli p ſingula ſunt habendi, ita. n. latius ſe extendit charitas. Sed an actus ualeat ſi idem ſæpius interueniat. Reſp. affirmatiue, quemadmodum & ſi plures patrini eidem actui interueniãt cum omnib, cõtrahitur cognatio, ut in c. fi. de ſpi. cog. in 6. & per Abb. in c. contracto eo. tit. quod tamen hodie videtur correctum per Conc. Trid. quod ita arctauit hanc materiam, ut vnus tantum poſſit interuenire in patrinum, & ſi plures interueniant, nõ contrahitur ſpiritualis cognatio, ut in ſeſſ. 24. in decretis de reformatione matrimonii. c. 2.

e Baptizatus non ſit. Si tamen aliter fiat, non impeditur propterea baptiſmus, cum talis in caſu baptizare poſſit, & patrinorum adhibitio non ſit

g Abbates. Cap. non licet. de conſecr. di. 4.

h Monachi. 16. q. 1. c. placuit, & 18. q. 2. c. peruenit. Idem forte in aliis regularib. ut ſup. de reg. in prin. Sed contra ca. doctos, 16. q. 1. & c. omnes 30. q. 1. Sol. ut no. in ca. non licet, de conſec. d. 4.

Commune etiã. CASVS. Quidam dubitauerunt an hoc ſacramentum poſſet reiterari vel potius debeat reiteratio prohiberi ſicut in baptiſmo? putabant enim talem reiterationẽ eſſe admittendam ad maius robur habendum pro uictoria in pugna conſequenda; Sol. tñ ut hic legitur, quia licet iſta duo ſacramenta quoad neceſſitatẽ ſimpliciter conſiderata, conueniant, tamen cum ad ſalutem debeat quis primo admitti, deinde pro ea pugnã habere, propterea ſufficienter, prædicta ſacramenta ſemel conferuntur. Non obſ. obiectio, quia ſicut pugna eſt continua, ita illud robur ex parte ſacramenti ſemper eſt præſens. No. argum. quod ob identitatem rationis, quæ ſunt diuerſæ naturæ eod. iure cenſentur. Io. Bap.

i Iterari. Ca. non licet & c. rebaptizare, & ca. dictum, & c. de homine, de conſec. di. 4. Sed contra, 1. q. 1. c. manus. Sol. ibi agitur de manus impoſitione conſecratoria, non confirmatoria, ut ibi nota. Si tamen fuerit iterata confirmatio, mitior pœna imponitur, quam ſi fuerit iteratus baptiſmus, de quo uide per Archiep. Flor. in ſua ſumma ſub tit. noſtro, uerſi. effectus autem.

K Imprimunt. Vt de ſacramen. §. 1.

l Suo loco. Vt infra de eccleſ. interdicto, §. penu. & fi.

demonstrat licet forte regulis logicorum ea amu sim non respondeat.

b Multiplex. Idest multipliciter subueniens, fecit c. multiplex, de pæni. dist. 1.

c Iudicio. Idest proprio motu, ut c. non potest, c. ecce. c. porro, & ca. facilius, de pænit. disti. 1. non quod pęnitētes ipsimet iniungant pænitē tiam, quis si ita in telligatur, frustra claues essent datæ sacerdotibus: ut de pæn. distin. 1. §. adhi & c. agite.

d Naufragio. Scilicet peccatorum.

e Tabula. Duæ sūt tabulæ. Prima est baptismus, ubi purgatur uetus homo, & nouus induitur, ut in c. deinde, di. 26. Secunda est pænitētia, qua lapsi post baptismū per pænitentiā resurgimus c. secunda, ubi etiā no. de pæn. dist. 1. Alii quod prima tabula est nauis; secūda est scapha, qua naufragio periculum euitatur. Tunc autem.


DD POENIT. ET REMIS.

Etsi homo habeat augmentum gratiæ ad pugnam per sacram. confirmationis, §. 1. sup. titu. 1. quoniam tamen sæpe incidit in peccata, et amittit gratiam, ad cuius recuperationē cum instituta sit pænitentia, propterea post ti. præcedentē proponitur iste, qui diuiditur in 2. partes. in 1. habetur quid sit pænitentia, & cur sit instituta, in 2. quot sint eius species. In tertio ex quib. constat, in quarta soluuntur quædā dubia circa eam orta, secunda ibi, sunt autem tertia ibi, constat: quarta ibi, medicos.

DE POENITENTIIS ET remissionibus.

TIT. V.

Quid sit pænitentia. h. d.



Oenitentia [a] est sacramentum, quod contritione, confessione, & satisfactione concurrentib., peccatorum operatur remissionem.

Pænitentia instituta ad finem, ad quem baptismus, & confirmatio: vel pænitentia habet se ad baptismum, ut scapha ad nauem. h. d.

Multiplex [b] enim Dei misericordia, ita lapsib. humanis subuenit, ut non solū per baptismi, & confirmationis gratiā, sed etiam per pęnitentiæ medicinam spes æternæ uitæ reparari uelit. Vnde qui dona regenerationis uiolauerit, proprio se iudicio [c] condemnantes, per sacramentum pænitentiæ ad criminū remissionem, quasi ex naufragio [d] arepta tabu [e] la ad portum peruenient.

Tres sunt species pænitentiæ, & pænitentia solennis iterari non potest, & pænitentes ad sacros ordines reddit inhabiles. h. d.

Poenitentia est CASVS. in hac parte ita potest signari quidā rector uolens inducere suos scolares ad recipiendū hoc sacrame. multas rationes adducebat, quidam tamen se opposuerunt tacite dicentes ipsum nō esse necessarium, cum eorum iudicio ad victoriam consequēdam in pugna de peccato etiam commisso sit satis habere de sacramen. confirmation § fi. sup. ti. 1. unde fuit quæsitum quid iuris, So. ut hic legimus quia hoc sacramentum est datum ad resurgendū si homo esset lapsus propter peccatum, cum per seipsum resurgere nequeat, illud uero in obiectione adductum cum sit ad pugnandum ob causæ diuersitatem non concludit. Inde non: imo pænitentiam præsupposito peccato actuali esse ita necessariam sicut et baptismū. Not. 2. pænitentiam esse secundam naufragii tabulam, quia est instituta contra peccatum actuale.

CASVS. in tot. hac parte ita figurari potest. Quidā ad pęnitentiā uenientes modo priuatim modo publice, et modo solenniter admittebantur, quod non uidebatur conuenieter factū, quia cum gratia restituatur tm̃ a Deo, pp ea tm̃ corā eo videbatur satis panitere, accedit etiam quod Ecclesia non iudicat de occultis. c. sicut, de simo. & ideo per actus exteriores non oportet vt gratia restituatur. Sol. hic aliter facta fuit, & rō est, qa cum pænitentia respiciat pc̄tm̄, §. 1. supra, eo. seqtur quod sicut peccatū aliqñ est occultū aliqñ publicum tantum, & aliquando non tantum publicum, sed etiam maxime graue, ita pænitentia debet esse eiusd. qualitatis, arg. c. 1. eo. licet autem gratia restituatur tātum a Deo, quoniam tamen peccator reconciliari debet aliquando Deo tantum, et aliquando Ecclesiæ quoque, cui cum reconciliari debeat secundum qualitatē delicti propterea diuersa introducta fuit species pænitētię et ideo cessant obiectiones. In contrarium factæ. Vnde no. causam distinctionis de pænitētia, que est ut dixi peccati peccatoris siue recōciliationis diuersa qualitas, quæ ppterea diuersū quoq. pro-

a PAenitentia. Multę ponuntur pænitentiæ definitiones, seu descrutiones, nā pręter hanc alia ponitur in c. ecce. §. fi. de pæn. dist. 1. alia in c. pænitentia de pænit. dist. 3. Plures ponit Host. in Sum. eo. aliam Magister Sententiarū, li. 3. dist. 13. de quib. per Archiep. Flor. in sua summa, eod. tit. et per Nic. Plo in suo tractatu, de sacram. in princip. quartę partis, sed et hæc satis rem ipsam

Sunt autem pænitentiæ tres [a] species. Quædam enim est solennis quædam publica, quædam priuata. Solennis est, quam propter maiora, [b] scelera Episcopus [c] in capite ieiunii seruata certa rerum serie [d] delinquentibus solet imponere quæ quidem ne Ecclesiæ uilescat, [e] auctoritas, iterari non debet. Et tales pænitentes ad sacros ordines, vt supra exposuimus, [f] inhabiles reddit, quippe [g] quæ nec aliter pōt sacerdotib. imponi, quàm si prius cælestis militiæ cingulo exuti [h] fuerint.

Publica delicta, publica pænitentia lui debent, h.d.

Publica penitētia est, quæ publice nulla seruata iuris solennitate [i] peragēda iniungitur: qualis est peregrinatio, certi habitus delatio & his similis. Cum.n. manifesta peccata non sint [K] occulta correctione purgāda, recte constitutum est, ut qui publice peccando proximo [l] suo scandalum præbuerint, publicam etiam pœnitentiam a proprijs sibi sacerdotibus impositam peragentes, emendationis exemplum præbeant. [m]

Solennis, & publica pænitentia non conuertuntur h d.

Apparet itaque ex his, quod licet omnis solennis penitentia publica sit, non tamen omnis publica est solennis. [n]

Vnusquisque semel in anno debet confiteri, & Eucharistiam sumere, nisi de consilio sacerdotis abstineat. h.d.

Priuata, aut secreta pænitentia est, quæ in occulto Deo fit, & sacerdoti. [o] Statutum est enim generali Concilio [p] ut omnis fidelis, quam primum sapere [q] cęperit, om-

produ... it effectum. No. 2. argumentum ecclesiam non c... gnoscere occulta, ut etiam dicit tex. in c. si cut, cum seq. de simon.

a Tres species. De quibus per Abb. in c. 1. eod. & per Nic. Plo. in trac. de sacram. c. 1, in 4. par. & per Arch. Floren. in titu. de pæn. versi. de partibus, & per Host. in Summa, eod. vers. his præli batis.

b Maiora scelera. Et uulgata. Quæ autem sint hæc, hr̄ in c. at si clerici, §. 1. de iudi.

c Episcopus. Non autem inferiores,

d Serie. De qua in capit. in capite, disti. 50.

e Vilescat. Cum frequentia, & iteratio cōtemptum pariant, l. obseruādum ff. de offi. præsid.

f Exposuimus, §. pænitentes, supra qui promou. non p. ss.

g Quippe quæ Bona ōnam si fabricatum destruit, multo fortius impedit fabricādum arg. l. patre furioso, ff. de his, qui sūt sui uel alie. iu.

h Exuti. Ca. cōfirmandum, dist. 50. & in c. sacerdos, de pæn. dist. 6.

i Solennitate. De qua habetur in c. in capite, di. 50.

K Non sint. Vt ca. plurimos, di. 72. c. si illud, dis 45. fac. 2. q. 1. c. si peccauerit & l. nihil. ff. de re iu. & per Ab. in ca. 1. eod

l Proximo suo. Scilicet homini Christiano, qui proprie uidetur dici posse proximus. Sed & de infideli erit hoc intelligendum, si peccatum, quod scandalum induxit, consistat in præuaricatione legis naturalis, per ea quæ no. Ab. et Doct. in c. nouit, de iudi, in 3. not.

m Præbeant. Dic ergo, quod aut delictum est graue, & scandalizans totam urbem, & tunc laico imponitur pænitencia solennis, quę & publica est, ut statim dicitur capit. in capite, distin. 50. & 26. q 6. c. fi. Aut est graue, sed non generat scandalum. & tunc aut est occultum, & tunc non imponetur pęnitentia neque solennis, neque publica siue delinquēs sit clericus, siue sit laicus, d. c. in capite, & per Abb. in c. 1. de pænit. & remis. Aut est publicum, sed non scandalosum, & tunc imponenda erit pęnitentia publica, sed non solennis, d. c. fin. iuncto d. c. 1. & ita firmat Ab. in c. quæsitum de pæn & remissio. Et unde de hoc per Conc. Tridē. ses. 24. in decretis reformationis, c. 8.

n Solennis. Cum in simplici publica non seruentur, quæ ponuntur in c. in capite. dis. 50. Et de hac unde quę citantur. supra in proxim §. in 1. notul.

o Sacerdoti. Tamquā Deo, vel Dei ministro.

p Concilio. Cap. omnis, eo.

q Sapere. Sunt autem annorum discretionis tres gradus, secundū Host. & Abba. In ca. omnis, eod. Primus cum quis est doli capax & hic sufficit ad confessionem, & solet, hoc contingere in septennio uel post c. 1. & c. 2. de delict. pue. & l. 1. Co. si aduer. delict. l. 3. C. si mi. se mai. dixe. Fac. c. eos, de cōse. dist. 4. & l. 1. C. de fal. mo. & ca. litteras, & quod ibi no. de despons. impu. Secundus gradus est pubertas, & hic requiritur ad matrimonium & religionis ĩgressum c. 2. de despon. impub. c. 1. de reg. iu. in 6. Tertius est exacta adolescentia, ut l. 1. ff. de mino. & hic seruatur quo ad bonorum administrationem Obseruantia tamen uidetur habere, quod quo ad confessionem seruetur primus gradus, quo ad Eucharistiam secundus, & hoc forte non est malum, secundum Abb. in d. ca. omnis propter reuerentiā tanti sacramenti.

Omnia

a Omnia. Bene omnia, quia confessio non debet fieri per partes, confitendo uni sacerdoti partẽ peccatorũ, alteri aliam partem: sed omnia uni sunt confitenda, aliàs confessio parũ prodesset. ut per Abb. in c. omnis, eo. in prin. imo debet nõ solum uni omnia cõfiteri: sed etiam eodẽ contextu si recordetur ut per Abb. in c. ex parte de off. ordinarii.

b Sua. Non autem aliena. Et facit cõtra mulieres impudicas, reuelãtes etiam participes, & hic uerum, nisi propriũ peccatum non posset bene detegi absque participib. Vt puta, si concubuit cũ matre, sorore. Nã hę circunstãtiæ cum aggrauent peccatum sunt manifestanda, fac. de pæ. dist. 5. in prin. & per Doc. in c. omnia, eod.

Proprius sacerdos quis.

c Proprio sacerdoti. Sed quis est proprius sacerdos? Resp. presbyter parochialis, episcopus, eius uicarius generalis. Legatus prouinciæ, & ipsius pœnitentiarius: Archipresbyter ut per Abb. in c. omnis, eod. & no. in c. 2. eo. in 6. & in c. 2. de offi. leg. in 6.

i Sepultura. Hoc est contra regulam illam. Cui communicamus uiuo, cõmunicamus & mortuo. Fal. etiam in alio casu, 23. q. 5. c. placuit, & c. monachi, de statu monac. & c. 1. de torneamentis, & cap. quia in omnibus, de vsur. & cap. super eo. de rapt.

nia a sua b peccata proprio sacerdoti c confiteatur, & iniunctam sibi pœnitentiã propriis viribus d adimplere studeat, suscipiens reuerenter ad minus e singulis annis in Paschate f Eucharistię sacramentum, nisi forte de sacerdotis g consilio ex causa duxerit abstinendum: alioqui, & uiuens ab ingressu Ecclesiæ arcebitur, h & moriens Christianã carebit sepultura. i

Pœnitentia constat contritione, confessione, & satisfactione. h.d.

Constat k igitur pœnitentiæ sacramentum tribus partibus, contritione cordis, confessione oris, & operis satisfactione. Contritio l nihil aliud est, quam dolor pro peccatis uoluntarie assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Confessio m ut Augu. placet, est per quam morb. latens spe ueniæ aperitur: uel confessio est canonica n peccatorũ coram proprio sacerdote facta declaratio.

Io. Bapt. Constat igitur. Hæc pars diuiditur in duas particulas, in prima referũtur partes isti sacramenti, in secunda explicãtur: secunda ibi, contritio, quoad primũ casus non figuratur: nota, tamen cãm distinctionis si quidem hoc sacramentum consideratur ex parte pænitentis stãtum, & hinc datur contritio, aut in habitudine ad sacerdotem. & sic talis respectus uel incipit a pænitente, & tendit in sacerdotem & hinc oritur confessio. aut ecõtra à sacerdote in pænitentẽ, & inde datur satisfactio.

K Constat. Fac. de pœnit. distin. 3. c. perfecta, & de pænit. distin. 1. §. alii & §. ex his.

d Proprii uiribus. Cap. pænitentia, de pæn. di. 3. & c. omnis eo. Posset tamen pater adimplere per filium cum censeantur una persona 35. q. 3. §. hac auctoritate, & no. in d. c. pænitentia, & per Tiraq. in l. si unquam, in præfat. nu. 15. C. de reuoc. don. quod forte & in extraneis posset admitti urgente necessitate.

e Ad minus. Melius tamen esset sæpius, quod olim fiebat, ut infra tit. prox. in prin. & in ca. & si frequentius. de consec. di. 2. & quod hic dr, habet locum in laicis, de religiosis dic ut in clem. ne in agro §. sane de statu reg.

f In Paschate. Facit contra eos, qui suscipiunt sacramentũ in die Iouis sancti de quo narrat Abb. in c. omnis eod. uidisse inter ualentes Theologos magnam quæstionem, & se fuisse super hoc consultum, qui respondit, ut ibi per eum.

g Sacerdotis. Scilicet proprii, secundum Abb. quod multi male aduertunt, c. omnis, eod. unde sumitur.

h Arcebitur. Nota casum in quo non excommunicatus arcetur ab ingressu Ecclesię, & non otiose dicit, arcebitur, quod verbum denotat uiolentiã: quia & brachium sæculare ad talem arcendũ inuocari poterit, c. 1. de offi. ord. & 23. q. 5. c. administratores.

Io. Bapt. Contritio. Hæc pars subdiuiditur in tres particulas, in prima describitur contritio in secunda explicatur confessio: in tertia declaratur satisfactio. secunda ibi, confessio; tertia ibi, sed nec contritio, quoad primum casus non figuratur, no. tamen quod sicut peccatum committitur uoluntate ita eius culpa tollitur oppositum uoluntate, licet quoque requiratur ob gratiam, quæ inde est conferenda.

l Contritio. De hoc late per Archiepiscopũ Florentinum in summa in tit. de contritione. Plo. in tractatu de sacram. in 4. par. c. 2. Host. in summa eod. §. quot & quibus in uers. prima igitur, quibus locis habetur, quid contritio ab attritione differat.

Io. Bapt. Confessio. Hæc pars diuiditur in duas particulas: in prima definitur confessio, in secunda ead. explicatur, secunda ibi, quod autem, quoad primum casus non figuratur, no. tamen arg. ꝙ remedia tam spiritualia, quam corporalia nequeunt defectibus nostris applicari, nisi prius ipsi cognoscantur. Not. 2. arg. quo confessio fori poli differt a confessione fori fori.

Nec per epistolã, q; nec per nuncium potest cõfiteri.

m Confessio. De his descriptionibus per Plo. in tractatu de sacramentis in 4. parte ca. 3. & per Archiepiscopum Florentinum in summa in tit. de confess.

n Canonica. Sed an sit canonica, si quis uelit per nun-

Tribus casibus potest quis confiteri non proprio sacerdoti si obtineat licentiã ad eodem, uel ab Episcopo, vel si confiteatur fratribus habentibus generalem potestatem audiendi confessiones h.d.

Quod autẽ dicicitur, Corã proprio sacerdote, ita demum obtinet, si nulla legitima [a] causa subsit eius declinandi iudiciũ. Cęterũ si quis, vel proprii sacerdotis imperitiam [b] vereatur, vel alias eius vitã, & mores suspectos habeat, & propterea alieno sacerdoti [c] cõfiteri voluerit, licentiam prius postulet, & obtineat [d] a propio. cum aliter illum alienus, quacunque suffragante consuetudine, [e] nõ possit absoluere vel legare. [f]

Confessus habentibus generalem auctoritatem audiẽdi cõfessiones consequitur absolutionem h d.

Si quis tamen regularibus generalẽ audiẽdi cõfessiones potestatem habentibus: [g] & locorum ordinariis præsentatis, & ab iisdẽ approbatis cõfessus fuerit, Parisiẽsis Doctoris [h] reiecta sententia, nõ magis eadem peccata tenebitur iterũ confiteri, quam si ea proprio sacerdoti iuxta generalis concilii dispositionẽ confessus fuisset.

Episcopus potest suo subdito concedere licentiam eligendi confessorem. h d.

Episcopus [i] quoque subdito suo, vt quem

nuncium uel epistolam confiteri, & uidetur 30. q. 5. c. qualis. Tu dic contra c. quem Pænitet, de pænit. dist. 5. Et hic est unus de casibus in quo nõ potest quis p alium qđ põt per seipsum fac l. inter artifices ff. de sol. Nec obst. cõtrarium, quia non dr̃ ibi, quod ĩ scriptis cõfessio recipiat̃: sed q̃ accepta ĩ scripturã religant̃, ne mandetur obliuioni.

Io. Bap. Quod aũt. CASVS in tota hac parte ita figurat̃: quidã pęnitentes non certo, & proprio sacerdoti, sed cui magis placebat, uolebant peccata sua confiteri & iõ de epi potestate nõ curabant & aliqñ ẽt laicis confitebant̃: sacerdotes ãt confessione audita, ipsam reuelabant, & a quolibet casu indifferenter absoluere uolebant, unde quæsitum fuit quid iuris, siquidẽ in fauorem pænitentiũ, & sacerdotis facit sũmopere potestas ordinis, q̃ recipiunt sacerdotes ĩ eorũ promotione ad sacerdotium a Deo. Solu. tamen est tenenda, quã in hac parte legimus: & rõ est, quia in administratione istius sacramenti pprię requiritur, tam potestas ordinis, q̃ iurisdictionis, iuxta no. in cap. omnis eod. Docet Caiet. in 1. tom. opusc. trac. 7. & hinc cognoscimus obiectionem cessare, cum in collatione ordinis prædicti nõ semp utraq; potestas conferatur. No. forum pænitẽtiæ simile esse cum foro exteriori, quia sicut in uno datur iudex proprius, ita & in alio; & ideo sæpe tenet argumentum ab vno ad aliud.

a Legitima causa. Puta si plebanus sit hereticus solicitator ad malum, pronus ad reuelandum. De quibus cau. per Plou. in trac. de sacra. in quarta parte, c. 10.

b Imperitiam. Quo casu secundum quosdã pænitens, nõ tenet̃ petere licentiã a proprio sacerdote, cum habeat à iure, ut no, in c fi. de pęn. dis. 6. Sed id ur̃ expresse contra c. omnis, §. pars autem, eod. & contra hanc litteram, quæ inde sumitur.

c Alieno sacerdoti. Executionem scilicet habenti ob ea, quæ no. in c. omnis eo. alias non põt habere locũ prorogatio, ut ibi per Ab. nisi pprius sacerdos alii committeret q̃ audiret: tunc. n. non requiritur, quod habeat executionem, fac. not. per Abb. in c. fi. de offi. ord.

d Obtineat. Quod si ille malitiose recuset? Vr̃ quod possit ire ad alium, c. licet, de regul. uel ibit ad superiorẽ, si potest, ut illum compellat. vel supior ipse dabit licẽtiã: arg. ca. nullus, de iure pat. & no. in c. omnis, eo.

e Consuetudine. c. si episcopus, eo. in 6. Esset. n. hæc consuetudo ecclesiis onerosa, unde non ualet, c. 2. de cõsue. & ex ea infringeret̃ neruus ecclesiasticæ disciplinæ, c. cũ uenerabilis, de cõsuet. esset ẽt hoc cõtra obediẽtiam principis pscribere, c. merito, & in c. cũ non liceat, de præscri. Et hoc forte etiã procederet in Imperatore, q subest suo parocho, ut p Abb. in c. nouit, de iudic. & in regib. ut per Abb. in c. oẽs, de maio. & obed. Quid de monialibus? Respondeo, ut p Ab. in ca. 2. de capell. monac.

f Ligare. Cap. qđ autem, supra eod. & 9: q. 2. c. 1. & 2. & de paroc. c. nullus. Et ideo dixit, ligare: quia cuicunque uolo possum confiteri peccata mea, petendo salubre consilium animę. Sed ille non potest ligare uel absoluere, ut in c. si episcopus, eo. in 6. Sed an sacerdos non proprius teneat̃ credere ei qui dicet se licentiã habuisse a proprio? Rñ deo affirmatiue. arg. no. in c. fi. de pęnit. d. 6. not. in clem. 1. de princ. in glo quarta. Nec. n. præsumendũ est, mentiri eum, qui statim uult cõfiteri

g Habentibus. De qua potestate apparet, in cle. 2. uers. statuimus, de sepul. uel apparebit ex propriis priuilegiis.

h Doctoris. Id est, Ioannis de Poliaco, cuius sententię reprobatio tanq̃ hęreticæ hr̃. in extrauag. commu. in tit. de hæreticis incip. Vas electionis. Quidam tamen dicunt, quod non sufficit priuilegium, nisi etiam concurrat licentia proprii sacerdotis: quod tamen communiter non tenetur secundum Abb. in c. omnis, eod.

i Episcopus quoque. Non solum parochialis sacerdos, ut habetur in ca. si episcopus, eod. in 6. &

ibi

uis idoneum sibi deligat confessorem facultatem concedere potest. Cum non minoris [a] esse debeat efficaciæ ab Episcopo obtenta licentia, quam a parochiali sacerdote.

Necessitas facit affectum reputari pro effectu. hoc dicit.

Sed & si pęnitendi urgeat necessitas, [b] nec desiderandi locus, aut tempus proprium sacerdotem offerat, & si is cui quis confitetur soluendi nullam potestatem habeat, tanta tamen est uis confessionis, ut dignus fiat uenia ex desiderio sacerdotis, qui proximo suo criminis turpitudinem confiteri non refugit. Votum [c] enim pro opere reputatur, cum operis perficiendi facultas deest.

In perpetuum est in monasterium detrudendus qui reuelat confessionem, h. d.

Sed siue proprius sacerdos, siue alius pœnitentiam audiat, cauebit omnino, ne aut uerbo, aut alio quouis [d] modo confitentem prodat. Quoniam qui peccatum in pęnitentiali iudicio sibi detectum reuelare ausus fuerit, non solum a sacerdotali officio deponendus erit, uerum etiam agendam perpetuo pœnitentiã in arctum monasterium detrudendus. [e]

Sacerdos non debet quem absoluere, de casibus reseruatis Papæ, uel Episcopo h. d.

Illud etiam animaduertere sacerdotẽ oportet, ne quem, s. ab his criminibus absoluendo liberare tentet, quorum absolutio, aut Apostolico, aut proprio ordinario est reseruata [f] ut puta si pęnitens clericum enormiter læserit [g] Ecclesiam combusserit, uel fregerit, [h] falsum [i] commiserit, Cardinalem, [K] uel Episcopum [l] insecutus fuerit, cum moniali rem habuerit, & in aliis casibus. [m]

In generali concessione non ueniunt ea, quæ quis non esset uerisimiliter in specie concessurus, h. d.

De eo tamen q̃situm [n] est, si Ẽps subdito suo concesserit, ut sibi possit idoneum [o] eligere confessorẽ, an tunc ille, quẽ is elegerit in ca

Scire in pænit.

ibi tenditur, & in clem. religiosis, de priu. a Minoris. Immo maioris, cum etiam parochus subsit.

b Necessitas Con cor. ca. cum pęnitet, uersi. tanta, de pæn. dist. 1. et cap. qui uult, de pęnit. dist. 6. c. sanctum, de consc. dist. 4. facit no. in ca. si Episcopus, in fi. eo. in 6. et in c. pastoralis, de offi. ordi. §. 1. ubi Abb. et idem in c. 1 de his qui fil. occi. et in cap. Deus, eo. et in c. 2. de furtis, ubi de magna ui contritionis, et nouissime per Conci. Triden. sess. 14. capitu. 4.

c Votum enim. Sic in ca. quis aliquando, uersi. uotum enim, de pęnit. di. 1.

d Quouis modo. Sed quid si sacerdos indigeat prudentiori consilio? Respon. debet illud requi rere sine expressione personę, ca. omnis, eod. Quid si Episcopus excommunicat omnes huius criminis conscios, ac confessor debeat reuelare? Resp. ut not. in cap. sacratos, de pæn. dist 6. Et est differentia, utrum quis quid sciat in pænitentia, an in confessione. Nam si quis sciat in pænitentia circa confessionem adductus in testem debet reuelare, secus sit in confessione sciat, quia potest libere iurare se nescire, ut per Abb. in ca. sacerdos, de offi. ordin. de pluribus similibus qq. unde per Abb. in c. omnis eo.

e Detrudendus. Immo uidetur, q suscipere debeat ignominiosam successionem, c. sacerdos, de pæni. di. 6. Sol. illud iure ueteri, hoc nouo, ut not. in c. omnis eo. licet quidã dicant utramque pœnam imponendam, quod non uidetur uerum, arg. l. 1 C. de fur. de l. ubi repugnantia, ff. de re iud.

f Reseruata. Nemo. n. debet suos terminos transgredi, ca. 1. cum concordantiis ibi alleg. de sepul. et de huiusmodi reseruationibus. ide nouissime per Conc. Triden. sess. 14. capit. 7.

g Læserit. Vt ca. si quis suadente diabolo, 17 q. 4. c. si quis in clericos, de sent. excomm. excipiuntur tamen multi casus, ut ibi not. et infra de sen. excommu. per tot.

h Fregerit. Quo casu postquam delinquens fuit denunciatus, non potest ab alio absolui quam a Papa, ante potest ẽt ab Ẽpo, habet in c. conquesti, et in c. tua, de sent. exc.

i Falsum. Habetur in c. dura, §. fi. de fals.

K Cardinalem. Cap. fęlicis, de pæni. in 6.

l Episcopum. Ca. si quis, de pænit. in 6.

m Casibus. De quibus not. in c. si Episcopus, eod. in 6. et per Nic. Plo. in tract. de sacra. in 4. par. cap. 5. et c. 6.

n Quæsitum. Ca. si episcopus, eo in 6. unde sumitur.

o Idoneum. Qui sciat soluere et ligare, c. quem pænitet, de pæn. dist. 1. uer.

1. uers. quare, et c. qui vult, de pæn. dist. 6. et c. sanctum est, in prin. de consf. dist. 4. c. omnis, eo.
a In generali. Cap. si de offi. uica. in 6. c. in generali, de re. iu. in 6. in c. frater, 16. q. 1. l. fi. C. quę res pign. obl. pos. uide per Fel. in c. fi. de offi c. ordi. Et de his casib. Episcopo reseruatis an pos sit uicarius aliquid decernere, ut de per concilium Triden. in sess. 24. c. 5.

derari et terminare, et si i can ne certa sit, ut per Abb. in c. 2. de emp. et uend. et in c. Deus, eo. et ca. mensuram, de pæni. dist. 1. non debet tamen de facili recedere, ut p Abb. in d. c. 2. Sed q hic dicitur, utrum intelligatur de interiori, an exteriori pęnitentia. Respond. ut not. in capitu. nullus, de pęni. dist. 1.

sibus, qui iidem Episcopo specialiter reseruātur absoluendi habeat facultatem: et cum in generali[a] concessione illa minime ueniat, quæ non esset quis uerisimiliter in specie concessurus, responsum est, electum hunc huiusmodi non habere potestatem.

Contritio, & confessio sine satisfactione parum proficiunt. h d.

Sed nec contritio[b] multum[c] pficiet, nec confessio, nisi ambab. adiuncta fuerit satisfactio, quæ nihil aliud[d] est, quam quædam iniuriæ illatę compensatio. Nullus[e] enim delictorum accepit ueniā, nisi (nulla necessitate fuerit impeditus) qualēcunque, et si longe minorem, quam debeat pænam soluerit.[f] Nec sufficit mores in melius commutare, & a præteritis malis recedere, nisi etiam de his, quæ factæ sunt, Deo satisfiat per contriti cordis sacrificium, cooperantib. eleemosynis[g] orationibus, et ieiuniis.[h]

Medici, qui ægros ad pęnitentiam non inducunt sunt ab Ecclesiæ ingressu arcendi h d.

Medicos etiam admonere oportet, ut cum eos ad infirmos uocari contigerit, ipsos ante oīa[i] moueāt, et inducāt[K] ut medicos uocent

Bapt. Sed nec. CASVS. Quidam germani cū haberēt de peccatis contritionē, et sacerdoti fuissent canonice confessi, nolebant tamen satisfacere prout a sacerdote erat eis impositum siquidem dicebant ipsi, si peccata gratis sunt remissa, nulla aliare quiritur satisfactio, si uero nōgratis, ergo de rigore iustitiæ debebant remitti, unde fuit quęsitum quid iuris. Sol. ut hic legimus. q̄a cum peccatores peccent etiā cōtra iustitiā, debent quoq. huic uirtuti satisfacere c. nullus, de pænit. dist. 1. unde quamuis peccata remittātur gratis, tamē etiam iustitiæ est satisfaciendum, licet non reddatur ęquale debitum, unde cum obiectio uideatur inde cessare, non requiritur alia sol. No. arg. quod commissa contra iustitiā, non remittūtur, nisi accedente satisfactione, pp quā licet semper reddatur debitū cui debetur, non tn̄ semper æquale, sed aliqn̄ inęquale.
b Contritio. Incipit nunc dicere de tertia parte pænitentię, scilicet de satisfactione.
c Multum. Cum nihil creditur actum, cum aliquid superest agendum, l. fi. C. ad Sylla.
d Nihil aliud est. Descriptio ex mente S. Th. super 4. dist. 15. q 1. qui addit et hæc uerba, [Secundū iustitiæ æqualitatē uel quātitatem,] Aliā ponit Pet. de Palu. alā Anse. de quib. per Archiepm Flor. in ti. de satisfactione, et per Ni. Plo. in trac. de sacra. in 4. parte c. 7. Aliter etiā definitur in c. satisfactio, de pæn. d. 3. et quærat, §. quod aūt d. d.
e Nullus enim. Cap. nullus, de pæni. dist. i. unde sumitur, et hoc intellige quantum ad ecclesiam
f Pænā soluerit. Quā pænam potest sacerdos mo

g Eleemosynis: Ad quæ etiam citra pænitentiā aliquā, uel satisfactionem tenemur pauperibus, et in tm̄ ut licet pauperes non habeāt aliquā actionem cōtra diuites ad uictualia cōicanda, possint tamen implorare officium iudicis, ut eos compellāt, c. sicut, ubi etiā no. dis. 47. et p Ab. in c. i. de emp. et ued.
h Ieiuniis. Capit. non sufficit. de pę. d. 1. unde sumitur.
Medicos. In hac parte tria soluuntur dubia. Im̄ ibi si quis, tertiū ibi; nec infirmis, quo ad primum, CASVS. Quidā medicus non curauit ęgrotū pri⁹ mederi medicina spūali, unde fuit dubitatū an posset ppea ab ingressu Ecclesiæ arceri, et quamuis negatiue uidebatur respondendū, quia sine culpā alterius nemo debet grauari, cum tm̄ suos teneat autores, l. sancimus, C. de pęnis. Solutio tamen hic aliter habetur, qm̄ Ecclesia nihil uoluit omittere pro salute fidelium, et sic etiam medicos uoluit ad id obligare, quod nouella constitutione Pii Quinti est innouatum, et passim receptum, et propterea cessat obiectio. Nota primo homines induci ad salutem aliquando indirecte. Nota secundo, argum. quod infideles non possunt esse medici fidelium. Ioā. Bap.
Ante omnia nimirū cū anima sit corpore lōge pretiosior 12. q. 1. c. præcipimus, & 24. q. 3. c. si habes, & l. sancimus, C. de sacr. Eccl. ideo prius consulendū animæ quā corpori. arg. c. ubi periculū, de ele. in 6. et di. 42. c. quiescamus, et c. si. 7. q. 7. & l. 1. §. 2. ff de C arb. edi. Item quod dicit ante oīa, exponit Host. Antequā cū ā corporis medicus aggrediatur, aut de salario pacificatur quod non improbat Abb. in c. cū infirmitas, eo. unde sumitur.
K Inducant. Intellige hæc uerba cū effectu. Nec enim

enim sufficis medicum leuiter mouere, nisi & cũ effectu ægrotum inducat ad uocandum sacerdotem, ut traditur in c. cum firmitas. eo.

a Animarum. i. sacerdotes. Sicut enim homo cõstat anima & corpore, ita habet medicum animæ, & corporis.

6. c.'is qui.

ANT. TIM. Quod dicitur hic, & in summario, depromptum est ex d. c. is qui. 26. q. 6. in quo videntur esse quædam duriora. Vide quod ibi disponitur per Conc. Trid. sess. 14. de pæn. c. 9.

rum.a Vt postquam fuerit ægrotanti de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius[b] procedatur. Si quis autem medicorum secus fecerit, ab ecclesiæ ingressu arcebitur,[c] donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit.[d]

Qui habuit propositum confitendi potest absolui, si sæuitia morbi non posset confiteri. h. d.

Si quis autem infirmitate constitutus pænitentiam petierit, & dum ad eum inuitatus sacerdos properat, morbo oppressus obmutuerit, uel in phrenesim conuersus fuerit & pænitentiam[e] moriturus, & per manus impositionem reconciliationem[f] accipere poterit.

Deputatis ultimo supplicio sacramentum pænitentiæ & Eucharistiæ non negatur. h. d.

Nec infirmis solum sed etiã ultore gladio morituris in hac parte iura[g] subueniunt, cũ ultimo damnatis supplicio, pænitentiæ sacramentum, si petant,[h] non solum negari non debeat, uerum etiã sint censura[i] ecclesiastica ab ordinariis locorum coercendi, quicumque aduersarentur, quo minus id consequantur: quod ipsum & de Eucharistia quoque intelligendum erit. Cũ quibuscunque pænitentia non negetur, uiaticũ quoque quod vere

b Salubrius. Cũ infirmitas corporis nõnunquam ex peccato pcedat, c. cum infirmitas eo. Obuenit etiam infirmitas corporis, & ex aliis, quęque causis, ut per Abb. d. loco.

c Arcebitur. Per sñiam, non ipso iure, habetur in ca. in pænis, de re. iu. in 6. in c. quisquis de elect. le. in criminali, C. de iur. om. iud. Sed cum nullo modo seruetur quod hic dr̃, quæritur an hæc dispositio, uel eius effectus sit ipso iure sublatus. Resp. negatur sm̃ Host. cũ consuetudo iuri non præiudicet nisi sit rõnabilis, ut supra de iu. na. consuet. & const. §. sed hæc de ea, cũ ibi not. est tñ hoc constitutione Pii V. innouatum et passim receptum.

d Satisfecerit. Ad arbitrium iudicis cum pæna certa non statuatur. ca. de causis, de offic. d. leg. l. [illegible] ff. de iu. delib. Vbicũque enim pæna non statuitur, ad arbitrium iudici imponitur. No in c. sane de celebr. missa.

f Reconciliationem. Quæ fit priuate, & per simplicẽ sacerdotem, ne fit cõtra, c. qui recedunt, 26. q. 6. Sic Turrec. Arch. & Bellam. in c. is qui, d. causa, & quę unde sumitur, quibusdam tamen omissis.

Io. Bapt. Nec infirmis. CASVS. Quidam incarcere detentus debebat ultimo supplicio puniri, quod quidem cum sibi esset denunciatũ, petebat sibi administrari sacramenta pænitentiæ & Eucharistię in salutem animæ suę, & cum sacerdos id denegasset ea ratione quia ob timorem mortis posset probabiliter dubitari de eius conscientia, ac etiam argumento gloss. super §. 1. in uerb. grauiter ægrotantibus infra de extrem. unction. fuit propterea quæsitum quid iuris, Sol. ut hic legimus quia remedia præcipua salutis æternæ nemini canonice disposito sunt deneganda, cum expressa uoluntas tollat præsumptionem, quæ poterat esse in contrarium, et in sacramentis conferendis non mititet ea ratio. et ideo etiam obiectio uidetur cessare, unde no. quod ecclesia tanquam pia mater omnibus fidelibus in quouis statu constitutis pie uoluit subuenire ut uitam æternam acquirant, No. 2. morituris ex Decreto iudicis ministranda esse sacramenta pęnitentiæ, et Eucharistiæ.

Io. Bapt. Si quis auté CASVS. Sæpe homines incurrunt in talem statim ut nequeant amplius cõfessionẽ inchoatam perficere, unde dubitatum fuit, an isti possint postea a peccatis absolui, ratio. n. dubitationis fuit, quia iudex nequit iudicare nisi causa cognita, c. 1. de offi. ordi. Sol. tamen ut hic legimus, si quidem constat de uoluntate eius quæ ob impotentiam confitendi, pro completa reputatur, unde argu. non tenet, quia cognitio habitualis cum causa sit fauorabilis uidetur in tali casu sufficiens. No. primo arg. confesfionem uirtualẽ æquiparari cum actuali. No. secundo Ecclesiam declarare actus humanos in meliorem partem ob salutem fidelium iuxta c. 2. de reg. iur.

e Pænitentiam, ad est, absolutionem, sic 26. qu.

g Iura. Vt in clementin. 1. eod. capitulo secundo de furt. 13. quęst. 2. cap. antepen. et ca. quod in te eod.

h Si petant. No. uerbum, et fa. capitulum significasti in fi. et quod ibi not. ext. de eo, qui duxit in ma. quam pol. per adult.

i Censura. Cap. quærenti, de uerbo. signi. et infra de Eccle. censu,

Intelligi-

a Intelligatur. Non tamen de proprietate verborum: Nam uiaticum non intelligitur propriè appellatione pœnitentiæ, imo ſunt duo ſacramenta ſeparata, quod ſatis apparet ex diuerſitate titulorum, & ita no. Abb. in c. quod in te, eo.

b Cōceſſum. Idē & multo magis de ſepultura Eccleſiaſtica. cap. ante penul. 13. q. ultima, & not. per Doctor. in capitulo ex parte, 2. de ſepultu. & in clement. prima, eo. Licet ſuſpenſus non debeat deponi ſine licentia iudicis, quam tamē facile concedet, l. 1. 2. & 3. ff. de cada. punit. Secus tamen in his, qui ſe ipſos cōfodiūt, uel occiduntur a iudice, ſed impœnitentes moriuntur. c. placuit, 23. q. 5.

pænitentibus, exhibetur, intelligatur a eſſe conceſſum. b


c Maximum. Non ſunt ergo omnia ſacramenta inter ſe paria, ut quidam uolantur, qđ anathemarizat Tridentina ſynodus in 6. ſeſſ. cap. 6. ſub tit. de ſacramentis in genere. Euchariſtiæ igitū ſacramentum eſt cæteris maius ratione ſanctitatis & contenti; quia continet uerū corpus Saluatoris, 1. q. 1. c. multi. At baptiſmus eſt maior ratione efficaciæ. c. nullus, de pœn. diſt. 7. Matrimonium ratione ſignificationis, capitu. debitum, de bigamis, ca. acutius, diſt. 26. licet quidam hūc modum non admittāt. Chriſma ōne conferentis, ca. de his, cum ſeq. de cōſecrat. diſt. 5. & ſupra, de ſacr. chriſmatis. §. ordo rōne ſtatus, in quo conſtituit, Vnde uerſus:

Maior in eſſectu baptiſmus,
corpus in eſſe:
Coniugū ſigno
maius; ſed chriſma miniſtro.

Charitas tamē cum non ſit in ſacrificiis, nihilominus, plus confert; No. in c. nihil, de conſe. diſt. 2

DE EVCHARISTIA.
TIT. VI.

Maximum eſt Euchariſtiæ ſacramentum. h. d.




Est aūt inter cætera Euchariſtiæ ſacramētum maximū, c & oblationes oēs longe antecellit. Vnde ſicut pręſtātius eſt cæteris, ita etiam diligētius excoli d debet.

Quilibet ſemel ſaltem in anno communicari debet. h. d.

Et quidem circa prima fidei cunabula frequētiſſima e erat apud fideles ſanctiſſimi uiatici ſuſceptio: ſed cū poſtea paulatī tepeſcente charitate rarius hoīes cōicarent, conſtitutum fuit, ut niſi quis maiorib. fortaſſe criminibus impediretur, f trib. ſaltem uicibus g in anno cōicare deberet, donec refrigeſcēte penitus religionis ardore, eo tādem uētū eſt, ut ſemel. h

DE EVCHARISTIA.

Cum fideles debeant accipere ſacramentū Euchariſtiæ poſt ſuſceptam pniam, ca. omnis, de pænit. propterea poſt ti. de pęnit. ſuo iure ſequitūr iſte de Euchar. qui diuiditur in quinque par. in prima habetur quando a fidelibus ſit ſuſcipiendum, in ſecunda qñ, & quoties a ſacerdotibus ſit conſecrandum: in tertia a quo ſit adminiſtrandum: in 4. quibus ſit denegandum: in quinta ex quib. conſtet, & quid contineat: ſecunda ibi, in ualuit: tertia ibi, ſed nec ab omnibus: quarta ibi, item quāuis: quinta ibi, conſtet. Bapt.



ST autem. CASVS. Quidā fideles ad libitum uolebāt cōicari, cum cōmunio iſta ſit cibus ſpiritualis: quidam uero nullo modo, cum enim ſuſcepiſſent ſacrament. pęnitentiæ dicebant ſe indigere S. Euchariſtia cum per pniam iam grām ſint conſecuti, ut ſup. tit. proximo uidimus, & pręcipue in princ. unde fuit quęſitū quid iuris? Sol. ut hic legimus, quia hcc ſacram. eſt utile aīæ ut cibus corpori, & iō dr̄ cibus ſpiritualis, & cum ſancte, digne ac deno tè ſit ſuſcipiendum, propterea obiectiones non uidentur aliquid concludere. Not. 1. fideles in primitiua Eccleſia maiorem habuiſſe perfectionem, quam habeant hodie: Not. 2. licet fideles hodie ob diminutionem charitatis maiori indigeant auxilio, ne tamen ſacramenta contemnātur, ſequenda eſt promiſſio Eccleſiæ.

ANTON. TIMOT. Quod adnotatur in fine de charitate deſumptum eſt ex d. capitu. nihil, de conſecrat. diſtin. 2. iuncta gloſſ. Et uerum eſt, ſi ita intelligatur, quod ſacramentum illi, qui non eſt in charitate, & non eſt diſpoſitus ad recipiendam gratiam, non confert. Sed charitas & gratia, quæ eſt res ſacramenti, ſine ſacramenti ſuſceptione utique. Nam quis ſacramento uti male poteſt, bonum male accipiendo? Ita in capitu. ſicut Iudas, de conſecrat. diſt. 2.

d Excoli. Arg. quod honor proportione meritorum eſt exhibendus.

e Frequentiſſima. Vt c. quotidie cum ſeq. de conſecr. diſ. 2.

f Impediretur. Vel niſi ratione pęnitentiæ iniūctę in illis diebus a communione ceſſaſſet, 32. q. 2. c. admonere, & not. in ca. & ſi non frequētius, de conſec. diſt. 2. Io. Bapt.

g Vicibus. Scilicet in paſcha, in Pentecoſte, & in Natali Domini, vt in c. & ſi non frequentius, & c. omnis, de conſec. diſt. 2.

h Semel ſaltem. Scilicet in Paſcha, ca. omnis, de pæn. & remiſ. & ſup. tit. 1. §. priuata, & dicit ſaltem, quia melius eſt ſæpius.

Io.Bapt. Inualuit tñ. CASVS. Quidam sacerdotes uolebant non tm̃ singulis diebus, sed etiam sæpius in die celebrare, & consecrare, ea præsertim ratione quia quo plus imploratur diuinum auxiliũ eo uidetur melius, cum cõuersatio fidelium in cęlis esse deat; Sol. tñ ut hic hr̃ siquidem quęlibet humana actio eo est melior, quo est facta, & regulata à meliori, & magis rationabili regula; & propterea etiã obiectiones non uñr aliquid concludere, quia actus consecrandi & celebrandi debebat aliqua regula regulari.

omnibus casibus, in quibus licet celebrari pl̃ quam semel intellige si prius non recipit vinũ purificationis, etiam ĩ die Natiuitatis Domini pro hoc quod not. in d. c. sufficit & per Abb. in d. c. consuluisti, & in ca. ex parte, de celeb. missa. Et in hoc dicit Host. errare se uidisse magnos uiros. Falsa enim est illa opi. quod quidquid sanguinis Christi commiscetur, sanguis fit no. in d. c. sufficit, & in d. c. ex parte f Fælix. Cap. sufficit, de consec. d. 2. c. te referente, de celeb. missar. g Qui semel. Et ideo Aug. quotidie celebrare nec laudat, nec uituperat, c. quotidie, de consec. d. 2. Vnde ob difficultatem huius frequentationis statutum arctans sacerdotẽ ad quotidie celebrandum, non ualet. Quod est notandum pro Institutionibus beneficiorum, de quo per Abb. in cap. significatũ, de præben. in c. consulti sti, de celeb. miss.

saltem singulis annis vnusquisq. cælestis mẽsæ debeat esse particeps.

Quotidie sacerdotes hodie pro populo sacrificare debent, sed semel tantum non pluries, nisi ex magna causa, uel in Natiuitate Domini, h. d.

Inualuit [a] tamen, ut Deo quotidie sacerdotes pro populo hanc oblationẽ facerent. Qm̃ .n. quotidie labimur: [b] ideo etiam Christus quotidie mystice pro nobis immolatur. [c] in quo tamen illud cauendum est, ne sacerdos quacunque prę fulgeat dignitate, amplius quã semel in die celebret, nisi aut aliter faciẽdum Domini Natiuitas [d] suadeat, aut urgens cogat necessitas. [e] Satis enim fælix [f] est, qui semel [g] digne celebrat.

Presbyter tantum debet exhibere Eucharistiam non inferior, nisi subsit necessitas, h. d.

Sed ne ab omnibus, nec passim omnibus tantum sacramentũ exhiberi debet, nã ueluti

Not. i. Ecclesiam singulis dieb. Deũ rogare pro salute populi. No. 2 solũ cũ legitima suadente recedendum esse a lege, quod facit ad materiam dispensationis.
a Inualuit. Qui usus multũ commendatur nouissime per Cõc. Tri. sess. 22 c. 2.
b Labimur. Saltem uenialiter c. si. n. de pæn. d. 2. & c. de quotidianis, de pæn. d. 2. immo plures in die, iuxta illud, Septies in die, & c.
c Immolatur, id est, Christi immolatio facta pro nobis in sacramẽto corporis, & sanguinis eius repræsentatur: facit c. iteratur, de consec. dist. 2.

ANT. TIMO. Verba hæc desumpta sunt ex gl. in verbo immolatur, in d. c. iteratur, quæ ita declarari possunt. Licet n. in sacrosanctæ eucharistiæ sacro sit corpus D. N. Iesu Christi uere, & realiter, & non solum repræsentatiue, & tanq̃ signũ ut hæretici male, & impie blasphemantes asserunt, quatenus sacra eucharistia sacr̃m est, & signum, poteſt dici, quod significat, & repręsẽtat, & sic species illæ panis, & uini repræsentant corpus Christi, quod est ita realiter, & mystice ac incruento quotidie immolatur pro peccatis nostris in sacrificio missæ, Doct. in 4. sen.
d Natiuitas. Cap. te referente, de celeb. miss.
e Necessitas. Sed quæro exemplum necessitatis (Rñdeo, ut si parochianus infirmus uellet cõicari, nec esset reseruata eucharistia in prima missa. Item qñ in ecclesia consueuerunt duæ missæ celebrari, & presbyter qui debebat alteram celebrare, deficit, facit c. cum creatura de celeb. miss. Item si superueniret Episcopus, aut alia magna persona, quam non deceret diem pertrãsire sine missa, arg. c. 1. de celeb. missa. Item in casu, c. sufficit, de consec. dist. 1. & no. per gl. & Doct in cap. consuluisti, de celebrat. missar. Sed aduerte, in

ANT. TIM. Quoad uerba D. Aug. lege ca. in d. c. quotidie, & hunc articulum examinatũ à S. Theo. par. 3. q. 80. ar. 10. Nã circa usum huius sacramenti duo possint considerari, unum ex parte sacri, cuius usus est semper laudabilis & semp̃ proficus. Aliud ex parte sumentis in quo requiritur magna reuerentia, & deuotio quæ non semp̃ inuenitur in hominibus. Vnde defectus semper est ex parte hominum. Quod si quis inquit se ad hnc quotidie paratum inuẽniat, laudabile est q̃ quotidie sumat. Vide D. Bon. 4. sent. d. 12. part. 3. art. 2. q. 2. & Alex. par. 4. q. 11. memb. 2. ar. 4. §. 1. Alterum q̃ infert glo. est quod statutum arctans sacerdotem ad quotidie celebrandum non valet est opinio Abb. in d. c. consuluisti, de celeb. miss. Cuius ratio est, quia difficile est, quod quis sit qui libet die ita dispositus, ut missam ualeat celebrare, & nititur dispositioni tex. in d. c. significatum, de præb. ubi de illo, cui præbenda data est in ecclesia cum hac conditione, ut quotidie celebraret, ad interrogationem respondit Pontifex Alex. ut quanto frequentius potest, salua honestate, & debita deuotione, missarum solennia celebret.

Sed nec ab omnibus. CASVS Quidam fideles sciebant suum parochialem sacerdotem esse non tm̃ peccatorem, sed etiam criminali macula infectum, & propterea nolebant ab eo communicari Ioã. Bap.

nicari, sed uel ab aliis sacerdotibus, uel eorum ordine a diacono quia dubitabant de uirtute sacerdotis ob inhonestam uitam sacerdotis, unde fuit quæsitũ quid iuris? Sol. ut hic legimus: quia cui est concessa potestas antecedentis, dr̃ etiam concessa potestas necessarii cõsequentis: nec obstat obiectio, quia gratia Dei nõ potest aliquo modo decolorari ob delicta ministri, ca. si iustus, 1. q. 1. Not. primo ꝙ officium sacerdotis circa hoc sacramen. consistit & in consecrãdo, & in administrando No. 1. bonitatẽ in sacerdote requiri de necessitate p̃cepti, ut præcipue ad no. in d. c. si iustus; No. 2. quod irregularitas nõ causatur a quolib. crimine indifferẽter, licet inde oriatur suspensio, quia a contrario suspensio etiam quoad alios cãta irregularitatem postea producit, iuxta c. 1. de sent. excom. in 6.

a Solus sacerdos. Contra eos, qui mentiũtur omnes Christianos in sacramentis ministrandis habere parem potestatem, quos anathematizat Concil. Trid. in 7. sess. ca. 10. in titu. de sacram. in genere.

b Subiacebit. Ca. peruenit, de conse. di. 2.

c Concilium. Ca. præsente, di. 93. Et nota quod quando presbyter est præsens, non sufficit necessitas, sed requiritur etiam iussus, c. diacones, dist 93. sed presbytero absente sufficit sola necessitas. Et erit exemplum de ista necessitate si tot sint, qui uelint communicare, ut non possit presbyter omnib. sufficere, & idem intelligas de baptismo, ut no. in d. c. diacones.

d Debent. Quia quo ad se ipsos sunt suspensi, ca. si. ubi etiam no. de coha. mul. & cler.

e Peccet. Et ob id puniendus sit ad sui prælati arbitrium, ut no. in c. fi. de cler. excom. uel deposito mini.

f Irregularitatis. Ca. fi. de cler. excom. mini.

g Non carent. Quia a quocumque etiam criminoso sunt recipienda. 15. quæst. 5. c. fi. dum tamen toleretur, 28. d. c. consulendum, fac. sup. de sacr. §. pe. ubi no. & c. fi. de cler. excomm. mini. unde sumitur.

solus [a] sacerdos illud conficit, ita etiam nemo præter eum exhibere poterit. Quod si presbyter aliter quam per semetipsum infirmũ, uel alium communicet ex Rhemẽsis Concilii dispositione, sui gradus periculo subiacebit. [b]

Necessitas non habet legem. h. d.

Permisit tamen Laodicense Concilium [c] si necessitas urgeret, ut diaconus, præsente presbytero, Eucharistiam iussus erogare posset.

Sacerdos constitutus in peccato mortali, quo ad seipsum est suspensus, non quo ad alios. h d.

Immo & sacerdotes si qua criminali macula sese infectos esse sentiant, ab huiusmodi exhibitione abstinere debent. [d] Quamquam si peccato mortali, uel minori excommunicatione illigatus celebret, & sacramenta conferat, licet grauiter peccet, [e] nullam tamen irregularitatis [f] notam incurrit, & sacramenta ab eo collata uirtutis effectu non carent [g] cum non a collatione, sed a participatione, quę in sola perceptione consistit, uideatur esse remotus. [h]

Scænicis & histrionibus non est danda Eucharistia, cæteris autem, maxime infirmis, semper debet esse parata. h. d.

Item [i] quamuis regulariter nullus, etiam si quem sacerdoti [K] peccatorem, & impœnitentem esse liqueat, [l] ab altari sit arcendus,

h Remotus. Dummodo non in contemptũ ecclesiastica disciplinæ, &c. ut in c. fin. de cler. excõ. mini. Et de hac materia sancte, ac copiose statuit Concil. Trid. sess. 22. in prin.

Item quamuis. Io. Bapt. CASVS. Quidam scænici, & similes publici peccatores uolebant sumere hoc Sacramentum Eucharist. ad idq. mouebantur, quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus, ac ẽt uidebatur Ecclesiam tolerare publicas meretrices, & cum a sacerdotib. id denegaret, fuit ppea quęsitũ quid iuris? Sol. ut hic habetur, quia cũ uenia non concedatur nisi correpto, ca. peccati, de reg. iur. in 6. in casu nostro ob perseuerantiam peccati non constat de correctione, & iõ nec obiectio uidetur obstare: quia Ecclesia aliter iudicat homines quo ad forum poli & aliter, quoad forũ fori. Not. 2. Ecclesiam quadã mala tolerare, sed non quoad forum animæ. No. secundo, Ecclesiam prouidere, ne quis decedat sine hoc sacramento.

i Idem quãuis. Dixit qui possent exhibere, nunc quibus possit.

K Sacerdoti. Secus si notorie esset impænitens, 23. q. 5. c. placuit, & no. in c. pro dilectione, de cõsec. di. 2.

l Liqueat. Intellige hoc quando ille quem sacerdos scit esse impænitentem, posceret eucharistiã in manifesto, nec enim sacerdos negando debet peccatorem prodere. Nam & Dñs noster Iudam impænitentem communicauit, ca. sicut Iudas, de consec. dist. 2. & 1. q. 1. c. Christus. Sed si impænitens in occulto peteret sacramẽtum, sacerdos con

scius denegare debet, secundum Tho. in 4. sen. dis. 9. q. 5. & de hoc uide plene per Archiep. Flor. in Sum. in tit. de singulis sacramentis, uersi. quibus sit danda, & per Nico. Plou. in 3. par. c. 4.

a Histrionibus. Intellige de his qui turpib. & illicitis uerbis ludũt secus si honestis licet ioco sis, quos audire nõ est peccatũ mortale: ut no. in c. donare, distin. 86. Immo talibus potest dari aliquid pro mercede, sm̃ S. Tho. 2. 2. q. 68. art. 3.

b Infami. Tales enim sunt infames, l. 2. §. ait prætor, ff. de his qui no. infam. facit c. pro dilectione, de conse. dist. 2. unde sumitur.

c Presbyter. Cap. presbyter. de consec. dist. Et de hoc nouissime per Cõcil. Trid. sess. 13. c. 6. Sanguinem tamẽ sacerdotes seruare nõ præcipiũtur, quia opus esset nimia cautela in eo seruando, ergo ne fundatur ad cautelam non seruatur, ut ne. in c. presbytero.

No. 2. excellentiam huius sacramenti, & propterea quantum excedat alia.

d Constat. Cap. cum Marthę, ver. distinguẽdum est, de celebr. miss. et uide de hoc, et quæ sequuntur per Conc. Trid. sess. 13. c. 1. & seq.

e Panis, & uini. Vt cap. 1. & in cap. in sacramento, de cõse. dis. 2. & per tot. et c. cum Marthæ, de celeb. miss.

f Aqua permixtum. Capit. & c. 2. et c. in sacramento, de conse. dis. 2. et per totum. Sed quid si sacerdos p obliuionem omisit aquã, uel econtra, omisit uinum et posuit aquam, an conficiatur sacramentum prolatis uerbis canonicis. Rñd. ut no. per Abbat. post alios, in c. cum Marthæ in fin. de celebrat. missa. Et uide prolixe de hoc in ca. cum omne, et in c. in calice, et per tot. de consecra. distin. 2.

g Vtrumque. Immò male, quia uinũ non exuit de corpore domini, sed sanguis, et aqua. Tu expone utriusque sacrificium, uel significatum, sic capi. 1. de consecra. distinct. 2. ubi etiam sic exponitur, & latius.

h Consuetudo. Not. quod etiam in sacramentis attenditur ecclesiæ consuetudo, ut late not. in cap perniciosus, de celeb. Miss. Multa enim obseruantur ab ecclesia generali, de quibus non reperitur aliqua scriptura: credendũ tamen est, quod ab ipso Christo, uel Apostolis, uel aliis sanctis & antiquis patribus illa obseruantia emanuerit, facit c. cum Marthæ, de celeb. mis. et ca. ecclesiarũ, distin. 11. et sup. de iur. nat. consuet. et constit. §. consuetudo.

i Sanguinis. Cap. in quibus, cap. panis. c. ante, c. nos autem, et per plura alia capitula, de consecr. dist. 2. et uide nouissime per Conc. Tride. in sess. 13. c. 1. et c. 4.

scænicis tamen atque, histrionibus,[a] cęterisque personis huiusmodi quamdiu tam detestandas artes exercuerint, sacra cõmunio deneganda est.[b] Nec enim Euangelicæ disciplinæ congruit, ut pudor, & honor Ecclesie tam turpi, & infami contagione fœdetur. In cæteris prospiciet presbyter,[c] ut si quis infirmatus fuerit, ita eucharistiam paratam habeat, ut nemo sine communione moriatur.

Sacramentum Eucharistiæ constat uisibili forma, ueritate corporis, & spirituali uirtute. Et in calice poni debet uinum aqua mixtum. h. d.

Constat[d] autem Eucharistiæ sacramentũ uisibili forma, ueritate corporis, & uirtute spirituali. Forma uisiblis est panis,[e] & uini; uinum uero hoc loco intelligimus aqua pmixtum,[f] nec enim in calice Domini, aut uinum solum, aut aqua sola offerri debet, cum utrũque[g] ex latere illius profluisse legatur:

Ponit consuetudinem ecclesiæ, h. d.

Illud etiam rationabilis consuetudo[h] generalis habet ecclesię, ut plus in eo uini, quam aquæ sit ponendum.

In sacramento altaris panis, & uinum fiunt uera caro, & sanguis Domini h. d.

Veritas est carnis, & sãguinis,[i] Sicut enim ante consecrationẽ, panis est & uinũ, qđ natura formauit, ita etiam post consecrationem vera Christi caro, & sanguis, quem benedictio consecrauit.

Virtus sacramenti est charitas, & vnitas. hoc dicit.

Constat autem In tota hac parte CASVS ita figurari potest. Quidam sacerdos non habens uinũ nec panem uolebat in alia materia conse crare, quod quidẽ putabat esse licitum, quia uirtus Dei non est certis rebus alligata. ca. debitum, de bap. ptism. unde fuit quæsitum quid iuris. Sol. ut hic legitur, certa autem decisionis rõ assignari cõmode nequit, cum sacramenta nouæ legis sint instituta a Christo, & ideo standum est institutioni pręscriptę quoad omnes, propter quam institutionem, nec etiam obiectio uidetur aliquid concludere, cum præcipue in huiusmodi materiis ad constitution. Eccles. & ad Ecclesiam sit recurrendum si aliquod dubiũ oritetur. No. primo, hominem uniri cũ Deo per corporalia, et inde cognoscimus quanta sit bonitas diuina erga hominẽ:

Vnita-

a Vnitatis. Ca. quia passus, c. hoc sacramentum, c. corpus, cum pluribus seq. de consec. dist. 2. c. cũ Marthę, de celeb miss.
b Sacramentum. id est, sacræ rei signum, c. sacrificium, de consec. dist. 2.
c Secũdum. Idest, veritas corporis & sanguinis dñici, quæ designat unitatem in Christo, c. hoc est, & c. dupliciter, de consecr. dist. 2.
d Tertium. Idest vnitas & charitas
e Sed primũ. Scilicet forma panis & uini est sacr̃m geminæ rei, idest, corporis Christi, & unitatis: & ita est figurans tantum.
f Secundũ. Idest, corpus Christi est sacr̃m, l. unitatis: & est res sacramẽti, s. specierum panis, & uini, & ita est signans & signatum.
g Tertium. Scilicet uanitas, & res siue signatũ gemini sacri, idest duorum sacrorum p̃cedentium, idest, corporis Christi, quod est sacr̃m vnitatis, & specierum panis & uini q̃ sunt sacr̃m corporis Christi. Et ita istud tertium est tm̃ signatum per illa duo sacra species panis, & uini, & corporis Christi. Primũ uero est tm̃ sacr̃m signans. Secundum est signans, & signatum. Tertiũ ẽ signatum tãtum.

Virtus est charitatis, & vnitatis a nã velut ex multis granis vnus est panis, & ex multis racemis vnum vinum; & ita nos per hoc charitatis sacramentum Christo incorporati euadimus.

Ponit quomodo, & quando tria, quibus constat sacramẽtum altaris, sint sacramenta h. d.

His igitur repititis apparet primum quidẽ sacramentum b esse non rem: secundum c & rẽ esse simul et sacramentum: tertium d vero rẽ esse, sed non sacramentum.

Ponit relationem rei & sacramenti. hoc dicit.

Sed primum e quidem sacramentum est geminæ rei; secundum f est sacramẽtũ vnius, & alterius res; tertium g vero res est gemini sacramenti.

DE EXTREMA VNCTIONE.

TIT. VII.

Ponit continuationem h. d.



Actenus locuti fuimus de his sacramẽtis, quæ ad ingressum h et ad progressum i in ecclesia cõparata sũt, consequens nũc est, vt videamus, que pp egressum K ab Ecclesia sunt constituta.

Extrema unctio exhibetur his, de quorum morte dubitatur h. d.

iungantur primis, & econtra.
h Ad ingressum. Vt est baptismus.
i Ad progressum. Vt est confirmatio, pœnitentia, eucharistia.
K Propter egressũ. Vt est extrema unctio. Sed cũ unicũ sit sacr̃m cõstitutum ad egressum, cur de eo plurali numero loquitur? contra l. ubi numerus, ff. de test. Forte respectu multiplicis unctionis, q̃ fit in variis locis. Sic aliás licet ordinis sacr̃m sit unũ: tñ de eo loquimur numero multitudinis: quia plures sunt ordines; ut legit. & n. .. 1. q. 1. c. remissionẽ, §. sed notãdum. Et hoc uĩ de mente Flo. Arch. hoc eo. ti. in prin. dum dicit, q̃ licet, sit unicum sacr̃m tñ sunt plures unctiones. vel forte posuit numerũ p numero pp antecedẽtẽ pluralẽ locutionẽ. Vel quia iterari possit; ut hr̃ inc. p̃sbiteros, d. 50. & su. de sacr. §. rursus. Vr̃ q̃ ad eam adaptari possit pluralis locutio.

Sciendum est. CASVS. Quidã fideles nolebãt hoc sacr̃m aliter accipere quia putabãt ipsum non esse necessariũ cum recepissent alia p̃cedẽtia pie, ac canonice & p̃cipue ob sacr̃m Eucharisti. in quo adest Christus, ut de fide habemus: quidã uero alii singulis fere diebus ipsum recipere cupiebant, cum in sacris litteris hẽmus q̃ nescimus diem, neq; horam, uñ dubitatum fuit quid de iure sit tenendum. Sed ut hic hr̃, quia gratia potest augeri, ut supra uidimus, & qñ fidelis reperit constitutus ob ægritudinẽ in proo bili mortis periculo maiori indiget auxilio, & ideo prima obiectio non obstat. nec etiã secunda, quia Christus operatur iuxta ordinem a se datum, & et tali ordini non sit allegatus. No. 1. secundum qualitatem indigentię humanæ datum est remedium. No. 2. remedia diuersa homini data directe non hẽre locum post mortẽ eius.

DE EXTREMA VNCTIONE.

Cõtinuatur tit. iste prout legimus in pri. eius uel dicas secundo, eum hoc sacr. sit ultimum inter sacramenta necessaria, propterea ultimo loco, & sic in hoc tit. explicatur: Diuiditur autem in 3. par. in prima continuatur hęc materia, in secunda ead, explicatur: in 3. proponitur de quo in seq. sit tractandum: secunda ibi, sciendum est: tertia ibi: postquam.

HActenus. CASVS non figuratur. No. tamen quod rectus ordo docendi est, ut ultima cõ

Sciendum est igitur, grauiter ægrotantibus,[a] & de quorum morte probabiliter timeri potest, certas corporis partes [b] sanctificato [c] oleo a presbyteris [d] ex institutione [e] diuina inungi debere: Quæ quidem inunctio nõ minus [f] interius animæ, quam exterius corpori sanitatem operatur. [g]

Duæ sunt species vnctionis, exterior & interior h.d.

Sunt.n. vnctionis duę species.[h] Exterior q̃ materialis, & visibilis, & interior quę spũalis est, & inuisibilis. Exteriore uisibiliter inungitur corpus, interiore inuisibiliter cor inũgit.[i]

Nomen debet esse consequens rei h. d.

Hæc quòd in extremitate uitæ constitutis exhiberi consueuit, merito extremæ unctionis nomen [k] est sortita.

Magis dignum trahit ad se minus dignum h d.

Sanctificatum autem oleum hoc loco accipimus, non modo q̃ ipsum tantũ consecratum est, sed etiam quod est cõsecrato admixtum.[l]

Transitum facit ad sacramenta uoluntaria. h.d.

Io. Bapt. a Grauiter ægrotantibus. Et propterea appellat extrema unctio: quia confertur constitutis in extremitate uitæ, vt statim subditur. Sed numquid conferri poterit hoc sacramẽtũ propinquis morti ex alia causa, quã ex infirmitate naturali: puta suspendendis, vulneratis? Res. non sm̃ Scotum in 4. d.23. Nisi tñ quis vulneratus in longam infirmitatẽ incidisset. De quo per Nic. Plo. i suo trac. de sacr. in 5. parte, ca. 1. vbi & alia. Itẽ uide per Arch. Flo. hoc eo. tit. uersic. quibus debeat dari. Et q̃ dicit, ægrotantib. adde & pœnitentibus, c. illud, dist. 93.

b Patres. Id est, locis & organis q̃n que sensuum; s. in oculis propter uisum: in auribus pp auditum: in naribus propter olfactũ: in ore pp gustum: in manibus propter tactũ. Inunguntur tñ a quibusdam renes uel scapulæ ob ui appetitiuã, & pedes ob vi motiuã. Sed hę ex strema non sunt de necessitate, unde in eis seruabitur consuetudo ecclesiæ: ut per Arch. Flo. in sum eo. tit. uers. in quibus partibus. Quid si aliqui mutilati sint in illis organis? Resp. debet fieri inunctio in partibus magis propinquis ad organa amissa. Sed quid si quædã mẽbra numq̃ habuit? Puta quod sit cæcus natus. Videtur q̃d omitti possit inunctio in illo loco, quia p visum numquam deliquit. Vel secundum Archi potest dici quod cum peccatum essentialiter sit in uolũtate non in sensu, cæcus natus dicitur per uisum cæcus natus non secundum operationem imperatam, sed elicitam, quia forte concupiuit uidere inordinate, & de hoc sacramento uide per Conc. Trid. sess. 14. per tot. in 2. par.

c Sanctificato oleo. Scilicet oliuarum, non autẽ nucum. uel lauri; ut late per Arch. Flor. in sum. hoc eo. tit. uers. materia. Sed quid si quis nõ habeat oleum, & inungit chrismate, an teneat inũctio? Resp. ut no. in c. presbyteros, dist. 93.

d Presbyteris. An idem licebit Episcopis? Et nõ uidetur. l. cum prætor. ff. de iud. Tu dic contra, c. illud, d. 93. & quod hic dicit, presbyteris, fit expressio gratia maioris frequentiæ, quo casu non p cedit argu l. cum prætor, auth. cassa, & irrita, C. de sacr. san. eccl. c. 1. ub. Abb. de iniur. Item licet hic plurali numero loquat; tamen in casu necessitatis vnus sufficiet, c. quęsiuit, ubi not. Abb. de verb. signif.

e Institutione diuina. Bene diuina institutione. Nemo enim potest instituere sacramẽta, nisi Dominus Iesus Christus. ut sup. de sacram. §. illud, q̃d est contra eos qui dixerũt, q̃ Iacobus Apostolus ĩstituit hoc sacramentum, cum in ca. 5. suæ epistolæ dicit: infirmatur quis in uobis, &c. cũ nullus Apostolus poterit instituere sacrm; sed bene publicare institutũ, q̃d in hoc sacro patet; cũ & ante epistolam Iacobi uideat de eo constare; ut Marci 6. ubi dr̃ q̃ ungebant Apostoli infirmos, & sanabantur, ut latetrat. dit. tam per Nic. Plo. in suo trac. de sacr. in præfatione quintæ partis, q̃ per Arch. Flo. in sum eiusdem tituli in prin. & de hoc uide nouissime per Cõc. Tri. sess. 15. c. 1. & c. 3. & c. 4.

f Non minus imo principalius: cũ enim duo sint huius unctionis effectus, sanitas animæ, & sanitas corporis. Prima est principalis. Secunda accessoria. Et inde est q̃ ex hoc sacramento non semper sequitur corporis sanatio; quia illa non conceditur nisi quatenus conferat spirituali sanitati: ut Nic. de Plo. in suo tract. sacr. c. 5. quintæ partis, & per Arch. Flo. in sum. eo. tit. uers. effectus, ubi late, & aliquid per Abb in c. r. de sacr. unctio.

g Operatur. Nam quemadmodum ob peccatum citius præsumit quis mori, c. qua fronte, ubi no. ext. de appel. c. cum infirmitas, ext. de pœn. & remis. Sic ob perceptionem sacramẽtorum in quibus dimittuntur peccata credendum est, q̃ recuperes sanitatem, cum contrariorum eadem fit disciplina.

h Duæ species. Cap. 1. in prin. de sac. unct. in pri.

i Cor inungit. Locum ponit pro locato, quia p corde animã intelligit, q̃ sedem habet in corde. Vel forte ideo facit cordis mentionem, quia non fructificat unctio in anima, nisi ex corde, & uolũtate procedat, facit illud Euangelii, non quod intrat. &c. ex corde autem procedunt, &c.

K Nomen. Quod rei debet esse consequens.

l Admixtum. Quia sacrum tamquam dignius trahit ad se non sacrũ, c. quod in dubiis, de cons. ecclesi. uel altar. & 14. q. 2. c. non æstimemus, fac. l.

quæ

quæ religiosis, ff. de rei uend. l. si alieni, ff. de solu. arg. contra in c. ex litteris, de iu. pat. Et quod hic dicitur de electorum commixtione non habet locum si uinum commisceatur sanguini dominico; quia unum admixtum non transit in sanguinem. De ratione differentiæ, u. Abb. in d. c. quod in dubiis, & fac not. in c. presbyt. d. 93. & in ca. cū Marthæ, de celeb. miss.

a Quoquo modo. Hoc ideo dicit, quia non sunt necessitatis, necessitate præcisa, adeo quod nullo casu saluari quis possit sine illis; sed quia sunt necessaria quando nō potest quis illa consequi, nec potest quis illa omittere spernendo, & de industria & uoluntate, & fac. c. debitum, de baptis. ca. Apostolicam, de presbyt. non bapti. & c. sæpe uicem, & c. catechuminum, de conse. di. 6. & sup. de bapt. §. sed quā quam, & cap. qui uult de pænit. dist. 6 & de pæn. dist. 2 ca. quis aliquando, uel si, uotum pro opere, & sup. de pænit. §. sed etsi.

b Dignitatis. Referas ad ordinem solum, qui appellatur sacramentum dignitatis, quod non nisi dignis digne, & a dignis conferri debeat, c. remissionem, §. sed notandum, 1. q. 1. c. si quis Episcopus §. ecce.

c Voluntatis. Referas ad utrumque, s. tam ad matrimonium, quam ad ordinem.

Postquam hucusque de iis sacramētis, quæ quoquo [a] modo necessitatis sunt, tractatum habuimus: reliquū nunc est, de iis loquamur, quæ dignitatis [b] sunt, & uoluntatis. [c]

DE SACRAMENTO ORDINIS.

TIT. VIII.

Quid sit ordo. h d.



Voluntatis sacramenta sunt (vt paulo ante exposuimus) ordo sacer, & matrimonium. Est autem ordo [e] nihil aliud, quam signaculum [f] quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas [g] traditur ordinato: de cuius speciebus, differentiis, & gradibus, satis uidetur superiore libro [h] dictum esse. Vnde solum nunc restat, ut ad matrimonii materiam orationem uertamus.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

b Genere. Vt melius itelligatur hæc littera, uidẽdum est quod sit primum genus affinitatis, quod secundum, quod tertiũ. De quib. secundum Ioan. And. in c. non debet, de consan. & affin. dic sic, & sume hanc regulã: Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus attinẽtiæ & non gradũ V.g. Ego & frater meus sumus consanguinei in primo gradu cõsãguinitatis, frater meus ducit uxorẽ, illa est persona addita personæ per carnis copulã, illa mutat genus attinẽtiæ. i. alio genere attinentiæ attinet mihi quã frater meus? quia ille est mihi consanguineus, & illa est affinis, sed nõ mutat gradũ, quia sicut frater ẽ mihi cõsanguineus in primo gradu, & sic illa mediante fratre meo est mihi affinis in primo gradu primę affinitatis. Ergo si uis hẽre primũ gen⁹ affinitatis, adde per carnis copulã alicui de tua consanguinitate aliq̃ personam, & illa persona est affinis omnib. consanguineis uiri sui in primo gñe affinitatis, et solum hoc genus hodie prohibitionem hẽt, ut hic & c. non dẽt, de consan. & affin. Vnde mortuo uiro illius mulieris, illa non potest hẽre aliquẽ de consanguineis uiri sui. Ergo patet q̃ oẽs consãguinei & consanguineæ uxoris meę sũt mihi affines primo gñe affinitatis, & econtra. Si uis hẽre, secundũ genus affinitatis, adde personam per carnis copulam primo gñi hoc modo. Vxor fratris mei est mihi in primo genere affin. mortuo fratre meo, adde illi aliũ uirum & ille erit mihi affinis in secundo genere affinit. & ille sñ antiqua iura mortua illa non poterat accipere aliquã de consanguinitate, prioris mariti usq. ad quartum gradũ. Et de isto secundo genere habes. 35. q. 4. c. de propinquis. Sed hodie non prohibetur, ut hic dicitur, & in d. c. non debet. Si uis habere tertium genus, adde personam personæ, per carnis copulam secundo generi, & sic habebis tertium genus. Verbi gratia. Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta, maritus eius, qui est tibi in secũdo genere accepit aliam, illa est tibi ĩ tertio genere, & illa olim mortuo uiro suo nõ poterat copulari alicui de consanguinitate tua cũ illa est tibi, & consãguineis fratris tui in tertio genere usque ad sñ gradum. De hoc gñe hẽs. 35. q. 3. cap. porro. Et primũ genus contrahitur tñ ex una parte: scdm, & tertium genus quãdoque ex una parte, ut ĩ pdictis exẽplis; quãdoq; ex utraque parte, ut in uxorib. duorum fratrũ, quæ sunt interse in secundo genere ex utraque parte apposirum, altero fratre mortuo si illa copulat alteri, illa erit in tertio gñe uxore alterius fratris. Primũ gen⁹ dr, quia primo emanat de consangu. uel quia una persona mediãte contrahit. Scdm dicit, quia secundo loco emanat post primũ, uel quia duabus personis mediantib. contrahitur. Tertium, quia in tertio loco, uel quia tribus personis mediantib. emanat

c Quartum. Vt c. non debet, & c. fi. de consan. & affin. Videtur ergo q̃ adscendentes post quartum gradum possint contrahere cum descendentibus & ẽ cõtra, quod admittit Goff. ob generalitatem d. c. non debet. Tene contrarium cũ Io. And. Hos. & Abb. d. loco, & de hoc est tex. in l. nuptiæ. ff. de rit. nupt. ubi no. q̃ si Adã hodie uiueret, non reperiret uxorem: quæ lex cum non reperiatur correcta specialiter. non debemus per generalem iuris Canonici dispositionem dicere contrarium: arg. c. a. de despon. impuber. hoc tamen propter breuẽ hominum uitam uix posset in facto contingere.

d Numero. Et ita nulla præscriptio currit contra mrimoniũ queadmodum nec contra uotum, c. q̃ Deo. 33. q. 5. & c. sicut nobis, de reg. immo diuturnitas temporis auget peccatum, c. quanto, & c. fi. de consuetu. & ca. non satis, & c. sequenti, de sim.

uel affinitatis a canonib. notatos,a coniuncti sũt dño inspirante conuersi fuerint, mrimoniũ ante contractũ non erit post baptismi lauacrũ irritandum. Cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur.[b] Vnde & proles inde nata legitima[c] censebitur,

Propinquitas uiri reputatur uxoris, & propinquitas uxoris reputatur uiri. h. d.

Admonendi ẽt sumus perinde uirũ a consanguineis & propinquis uxoris abstinere debere, & uxoré a propinquis uiri, atque a ppriis.[d] Huius ãt rei manifesta[e] ratio illa est, quia si secundum diuinam sñiam: Ego & uxor mea una caro sumus, profecto mihi & illi, mea suaq. cognatio una propinquitas efficiuntur. Quocirca ego & soror meæ uxoris in uno, & primo gradu erimus: filius uero eius in secũdo gradu erit a me: nepos tertio, & sic deinceps.

Vxor cuiusque eius gradus est reputanda, cuius est maritus. h. d.

Vxorem uero propinqui cuiuscunq; gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum eiusdem gradus fœmina propriæ propinquitatis exista: quod nimirum, & uxor mea de propinquitate mea, in cũctis cognationibus gradibus conuenit obseruare.

Coniuncti uxoris non impediuntur matrimonium contrahere cum coniunctis uiri, h. d.

Quamquam aũt omnes consanguinei uiri, uxoris sint affines, inter consanguineos tamẽ uxoris, & uiri nulla intelligit esse affinitas contracta, propter quam inter eos matrimoniũ debeat impediri.[f] Pater igitur, & filius cũ matre, & filia, item duo cognati cum duabus cognatis licite contrahere poterunt.

Qui cognouit consanguineam uxoris suæ, non potest debitum petere, licet reddere teneatur, & uxori superstes carebit spe coniugij. h. d.

Si quis autem[g] contracto matrimonio, consanguineam uxoris suæ cognouerit,[h] ut puta si uitricus priuignam, uel maritus sororem propriæ uxoris adulterauerit; matrimonium quidem antea contractum non dirimitur: sed qui se ita contra leges alteri commiscuit,[i] a coniu-

a Notatos. Vt 35 q. 1. ca. contradicimus; cũ alijs & q 5. c. ad sedem, & c. non debet, & c. fin. de consangui. & affinit. Et nota, quod circa sacramenta & spiritualia animam concernentia Iudæi non astringuntur lege canonica, unde licite contrahunt matrimonia in casib. humana tantum lege prohibitis. facit c. gaudemus, de diuort. & late p Doct in ca. Iudæi. 2. de Iudæis.

b Dimittantur. 21. d. c. deinde, & c. gaudemus, de diuort. et quo ad pœnã, ita quod si baptizatus statim moreretur, non sentiret aliquam pœnã Purgatorij secũdum Aug. in ca fin. de pæ. d. 7. & p Ab. in d. cap. gaudemus.

c Legitima. Ca. fi. qui fil. sint leg.

d Propriis. Vt c. 1. de cõsan. & affi. & 35 q. 2. c. æqualiter. cũ seq.

e Manifesta ratio. Vt 35. q. 5. c. porro, ca. debitũ, de bigamis.

f Impediri. Vt ca. quod super de consang. & affin. & quemadmodũ non oritur affinitas inter consanguineos uiri & consãguineos uxoris ita nec inter maritum, & uxoré, sũt. n. ipsi affinitatis causa & una caro: ideo que vir cõmunicat cõsãguineos suos uxoris, & vxor cõicat uiro suo. Et facit hoc ad qst. an si statutum faciat mentionem de affinibus cõprehendat uirũ & uxoré, de quo p Doct. in l. non tõ. C. de her. inst & in l. affinitatis. C. commu. de succ. & in l. 1. C. unde uir. & uxor.

g Si quis aũt. Visum est hucusque qualiter spiritualis, & legalis cognatio impediat matrimoniũ Item etiam carnalis, & qualiter impediat affinitas legitima, nunc qualiter illegitima, quę in sũma hoc tantum potest, quod dirimit sponsalia de futuro usque ad quartum gradũ iure Decretaliũ, vsq. ad secundum per Conc. Trid. sess. 24. in decretis reformationũ matrimonii, c. 4. non autẽ de præsenti. Item priuat facultate am plius mrimoniũ contrahendi, & potestate debitũ exigendi, ut hic apparet, & per totum titulum de eo, qui cogn. consang. vxo. suę.

h Cognouerit. Scilicet scienter. c. 1. de eo qui cogno. cõsangui. Ignorantia tamẽ nõ impedit quin oriatur affinitas vt in c. discretionem. eo. tit. Sed operat ꝙ ignorans non priuaretur iure exigendi debitum nec inhabilitaretur ad contrahẽdum si superuixeret uxori, ut per Abbate in d. c. 1.

i Cõmmiscuit. Nota uerbũ, quia aliud esset si se nõ commiscuisset, sed tãtum cognouisset mulierẽ circa fęmora, & naturalia nõ intrãdo claustra pudoris: q tunc non oritur affinitas, licet emissio fœminis interuenisset, facit ca. diuinæ constitutionis. 27. q. 2. & c extraordinaria pollutio. cũ ibi not 35. q. 3. Immo Innocentius tenet requiri emissionem seminis utriusq; & cõmistionem intra clau-

ge nunquam debitum petere poterit[a], nec cũ aliqua legitimas unquam nuptias contrahere,[b] licet propriæ uxori superuixerit.

Vxor cuius consanguinea a proprio uiro cognita est, monenda est, non cogenda ad cõtinentiã. h.d.

Vxor quoque, cuius consanguinea a proprio marito fuerit cognita, diligenter est commonenda, ut a commixtione uiri abstineat, & in continentia maneat, donec uir uiã vniuersæ carnis ingressus fuerit.

Non debet quis alieno delicto prægrauari. h.d.

Quod si forte monitionib. parere recusans, talis fuerit ut de lapsu ipsius probabiliter timeri possit, uir eius & poterit & debit debitũ sibi soluere[c] cõiugale, cum affinitas post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat,[d] quæ iniquitatis particeps nõ existit.

Subsequens affinitas non dirimit matrimonium sed præcedens legitimè probata. h.d.]

Ergo præcedens affinitas non subsequens dirimit[e] matrimonium. Sed nec id quidem indistinctè obtinet: nam etsi utriusque coniugum constet assertione[f], acclamante ẽt uicinia, quod coniugatus ante contractum matrimonium uxoris suæ consanguineam cognouerit, propterea coniuges separi non debent; nec. n. talis confessio momentum habere dẽt,[g] cum alioqui facile fieri possit, ut quicunq. inter se contra matrimoniũ velint colludere, ad confessioné incestus facile prosiliãt, si suæ assertioni Ecclesię iudiciũ accessurũ credant.

Rumor aũt uiciniæ non est adeo iudicãdus ualidus[h], vt nisi fide dignę probationes accedant, possit rite contractum matrimonium irritare.

DE CLANDESTINA [i] DESPONsatione. Tit. XIV.

Probibentur matrimonia contrahi clandestine: ne postea oporteat illa dissoluere. h. d.

NE tñ post secutã copulã, & susceptam prolẽ detectis quibusdam impedimẽtis

claustra pudoris, nec unius tantum sufficere. Cõiter tamen tenetur sufficere unius, ut per Ab. in c. fraternitati, de eo qui cogno. consan. uxo. suæ.

a Petere poterit: Sed nunquid hoc erit uerũ, si alter coniugum dederit cãm huic illicito coitui, ut si ægrotus mãdet vxori, ut patiatũ se cognosci a medico suo consanguineo, uel carcerat[9] mandet, ut se patiatur cognosci a iudice? Rñ. ut no. in c. discretionem de eo qui cogn. cõsang. uxor. suæ.

b Contrahere. Poterit tñ cũ hoc Papa dispẽsare, cum hoc sit impedimẽtum iuris positiui. c. proposuit. de concess. præb. Immo interdum, & Eps, ut no. per Ab. in c. 1. & c. 2. de eo qui cog. consang. uxo. suæ.

c Soluere. Sed nõ exigere, c. 1. & c. fi. de eo, qui cogno. consang. uxo. suæ, c. inquisitioni, de sen. ex om.

d Non dẽat No. ꝙ affinitas superueniens inter uirũ, & uxoré priuat solũ culpabilẽ iure exigendi debitũ.

e Dirimit. Quia non solũ uxor., & maritus efficiunt una caro per copulam, sed ẽt fornicarius, & fornicaria c. de illo, de eo qui cogn. consan. uxo. suæ. ubi Ab. & clarius, 32. qu. 4. per totum.

f Assertione. Not. ergo, ꝙ ad confessionem cõiugum non debet fieri separatio: quia matrimonium habet dependentiã non ab hoĩe, sed ab ipso Deo recipit indissolubilitatem, 33. q. 2. quos, Deꝰ, & 35. q. 10. c. 1.

g Habere dẽt. Immo vr̃, ꝙ debeat; cũ confessus habebaẽ pro iudicato, l. 1. ff. & C. de confes. Sed dic, ꝙ in casu isto non staẽ confessioni contra matrimonium p̃ põnem, q̃ hic subiicit, & quia non potest quis pro se testificari, ut 14 q. 3. §. 1. & ff. de interrog. act. l. de ætate, §. 1. & in casu nostro considerata rõne tex. quilibet diceretur testificari, vel confiteri pro se, & non contra, cũ vterque appetat dissolutionem, & sic iure cõi non prodest ei talis confessio. De hoc tñ late per Ab. & reliquos in ca. 1. et in c. super eo. de eo qui cog. consan. uxor suæ, & c. per tuas qui fil. sint legit.

h Validus. Imo contra ca. illud, & c. 3. loco de p̃sum ptio. Sol. ibĩ de cõtrahendo matrimonio. hic de contracto. facit ca. super eo de consan. & affin. Vel ibi fama, hic tumor, qui minor est quã fama, ut per Doc. in ca. qualiter, & quando de accus. & in ca. super eo. de eo qui cog. con sang. uxo. suæ, & per Achi. 35. q. 5. c. si duo. Legistæ, in l. de minore, §. plurimum, ff. de q. & in l. 3. §. eisdẽ, ff de testib. & in l. fi. ff. de hær. instit. Alcia. in Parergis li. 1. c. 6.

DE CLANDEstina despon satione.

i DE clandestina. Clandestinum dicitur tribus mod's. Primo, cũ non hbentur testes, iuxta tenorem c. 2. eo. Secundo, cũ non fit cum sollennitate c. aliter, 30. qu. 5. Tertio, quod fit contra tenorem, c. fi. eo. un de sumitur hic ti. qui nouissime per Concilium Trid. corrigitur sess. 24. in decretis reformationum matrimonii, c. 1.

non ſine graui ſcandalo contracta matrimonia retractari a oporteat, neue. ſi alter coniugum, qui clam contraxerint, coniugium negauerit legitimis probationibus deficientibus, iudicis ſententia rite fuerit abſolutus, uterq. aliis nubēdo reatum incurrat b adulterii, conſultisſime cōſtitutum eſt, ut nullus fidelium occultè nuptias c contrahat. Sed cum matrimonia contrahēda fuerint, per presbyterum proponantur d publice competenti termino præfinito, intra quē qui uoluerit, e & ualuerit legitimum impedimentum opponat, & ut ipſe quoq. presbyter per ſe inueſtiget, utrum aliqđ futuro matrimonio obſiſtat impedimētū.

Suſpenditur contractus matrimonij, donec extat præſumptio quod non poſſit contrahi, h.d.

Cuius ſi apparuerit probabilis f coniectura contractus expreſſe interdicetur, donec quid fieri debeat, manifeſtis conſtiterit documētis.

Nati ex clandeſtinis, & interdictis matrimonijs non ſunt legitimi, licet nati ex matrimonio contracto in faciē Eccleſiæ, ante ſententiam diuortij ſint legitimi, niſi uterque coniugum nouerit impedimentum, h.d.

Quicumque uero huiuſmodi clandeſtina g, & interdicta coniugia inire auſus fuerit, ēt ignoranter, proles ex huiuſmodi coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſebitur, nec de parentum ignorantia ullum eſt habitura ſubſidium: cum ſic contrahentes, uel non expertes ſcientiæ, uel ſaltem affectatores i ignorantiæ uideantur: licet alioqui ſi ignorantes in faciē Eccleſię contraxerint ante latam ſententiam diuortii nati, & legitimi habeantur, K & in bona paterna hæreditario iure ſuccedant. Idem iuris l erit, ſiue in conſpectu quidem Eccleſiæ contraxerint, ſed impedimentum ambo m nouerint.

Sacerdos contemnens conſtitutiones Eccleſiæ punitur pro qualitate culpæ, & clandeſtina matrimonia ſi publicentur, recipit Eccleſia. h.d.

Sane ſi parochialis ſacerdos ta--

a Retractari. Facit ſupra qui promc. non poſſ. in prin. cum ibi allegatis.

b Incurrat. Vt c. fin. 30. q. 5. Et eſſet adulterium ſi quis cum alia contraheret: quia hmōi matrimonium valet corā Deo & militante eccleſia iure Decreralium, q̃q̃ peccent clandeſtine contrahentes, c. aliter 30. q. 5. vbi no. Hoc tñ eſt nouiſſime immutatū in Conc. Trid. ſeſſ. 24. in [illegible] reformationū matrimonii, c. 1. ubi ſtatuitur, matrimonia contracta ſine ſolēnitatibus poſitis hic, & in c. fi. eo. unde ſumit, et in d. c. 1. ſeſſ. 24. eſſe irrita et inania. Sed loquēdo de iure Decretaliū ſimile eſt in clandeſtina collatione quæ quāquā non careat ſuſpicione, tenet tñ ſi de ea quoquo mō fides fieri poteſt, c. uni. ut eccl. benef. etc. Licet ſecus ſit in electione, q̄ facta clam non ualet, vt traditur in c. quia pp. de elect. et in c. fi. eo. tit. in 6. et per Ab. in c. 1. eo.

c Nuptias. Et ſic loquitur de matrimonio. Sed nunquid qđ hic dr̃ habeat locum ēt in ſponſalib de futuro? Cōiter tenetur hēre locū propter idētitatem rōnis, fac. l. oratio, ff. de ſpon. Vnde Ab. in c. fi. eo. no. ꝙ contrahentes clādeſtina ſponſalia peccant, et iudex pōt illa interdicere.

d Proponantur. Sed cum in multis locis quod hic dr̃, non ſeruetur, quęri poteſt, num quid ex hoc matrimonium dicatur clandeſtinum? Et per Abb. in c. fin. eod. poſt alios antiquos determinatur, non eſſe matrimonium clādeſtinum, dummodo illud ſit contractum corā fidelium collectione, quæ eccleſia appellari poteſt, c. eccl. de conſec. diſt. 1. quod forte hodie non procederet ſtante Concil. Trid. quod expreſſe irritat huiuſmodi matrimonia.

e Voluerit. Cum ergo quilibet admittatur, quaſi publicum crimen vr̃. immo quilibet tenetur ſaltem denunciare, c. tua, de cog. ſpi. et ca. cū in tua, de ſponſ. Sed quid ſi unus agit contra hmōi matrimoniū, et ſuccubuit, an alius dēat audiri ꝑponens idē impedimētū? Quidā ꝙ non; quia actio popularis conſumit uno agente, l. eū qui, §. in popularib. ff. de iureiu. Tu dic melius, ut no. p Ab. i c. fi. eo.

f Probabilis. No. ergo ꝙ probabilis cā impedit matrimoniū contrahendū, facit c. ꝑter. de ſponſ. et c. cum in tua, et c. ſuper eo. de conſan. et affi.

g Clandeſtina. ſ. non præmiſſa denunciatione.

h Interdicta. Poſt probabilē cām allegatā nec finitā.

i Affectatores ignorātiæ. Quia ꝑſumitur male agere qui clādeſtine contrahēdo fugit lucem. Et facit, quia paria sūt ſcire impedimentū, et ſcire poſſe l. Iulia. ff. ad Maced.

K Legitimi. Habeantur. ca. cū inter, ubi etiam no. qui fil. ſint legit. Immo et ſi unus tantū ignorat, ca. ex tenore, eo. tit.

l Idem iuris, ſ. ꝙ proles erit illegitima.

m Ambo. Et ideo nō prodeſt opinio eccleſiæ, ſi ambo parentes ſciāt impedimentū quin filii ſint illegitimi. Sed quid ſi unus ſcit, et alter neſciat? Dñt Bat. et Laur. ꝙ quantum ad ſciētem ſunt illegitimi, quātum ad ignorātem legitimi, arg. C. de inceſt. nup. l. q. cōtra. Tu dic, ꝙ ſunt abſolute

lute legitimi, vt in ca. ex tenore, qui fil. sint legit. Monstrum autem esset si quis esset partim legitimus, & partim illegitimus, sicut si aliquis esset partim seruus, & partim liber. leg. si duobus. ff. de statu homi. & ita not. in ca. eo.

ingenuis. Sed nunquid saltem admittuntur ad denunciandum? Videtur quod sic; cum iuramentum ei non obstaret, c. quemadmodum, de iurei. & in c. tua, de; cogn. spir. Dicas, quod non est admittēdus, cū sit suspectus. vt ī c. fi. eo. & suspectæ personæ remoueātur a denunciatione, sicut ab accusatione, c. cum dilectus filius, infr. de accu. & c. cū intua de simon. Et cui una uia aliquid, prohibetur. & c. cum quid. de reg. in 6. & c. tuæ, de procura. cum conc. ibi alleg. & ita not. in d. c. fi.

les a coniunctiones prohibere contēpserit, per trienniū ab officio suspendendus erit, grauius et puniēdus, si culpę qualitas postulauerit.[b] verū (vt supra iudicauimus) si cōtrahētes clandestina m̄rimonia publicare uoluerint, nisi alia cā[c] impediat, ab ecclesia recipiēda sunt tanq̄ a principio[d] in ecclesię conspectu contracta.

a Tales. Scilicet post allegatū impedimentum.

b Postulauerit. c. fi. §. fi. eo. unde sumitur.

c Causa. Puta consanguinitas, 32 q. 5. horrēdus, & 35. q. 2. c. cōtradicim⁹ uel affinitas, uel aliud, c. super eo de eo qui cog. consa. ux. suæ facit, ca. 2. eo. unde sumitur.

d A principio. Argu. quod id, quod ā principio nō ualebat, tractu tamē tēpis conualescit, c. q̄ sicut, § si āt de elect. Arg. contra, de elect. c. dudū. 1. ubi de hoc no. & c. sciētes de censi. Sed in casu nostro iure Decretalium m̄rimoniū, ēt a principio ualebat quo ad Deū, licet non quo ad ecclesiam sed solū cū primū declaratur. sic de frig. & malefi. ca. fraternitatis. infi. & ff. si ser. uēdicet. l. sicut. §. sed si quęritur. & ff. de acq. rer. dom. l. adeo. §. cū quis in ff. Hodie āt pōt hēre dubitationē qd̄ hic dr̄, per ea, quæ statuit Conc. Trid. in sess. 24. in Decretis reformationū matrimonii, ca. 1.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE possint, uel contra illud testificari.[e] Tit. XV.

Non admittitur ad accusandum matrimonium, qui tempore denunciationis silùit, nisi iuret de calūnia; & quod post denunciationem nouit, quæ obiecturus est: & negligentia auctoris mei non intelligitur esse mea. h d.



NOn tn̄ qn̄cunq., aut indistincte oēs ad m̄rimoniū impugnandū admittēdi erunt. Nā si quis tpe[f] factæ a sacerdote denunciationis in ipsa diæcesi constitutus, nihil contra m̄rimoniū dixerit, eidē mox coniunctos impetere minime cōcedendum[g] erit, nisi proprio firmauerit iuramento[h], quod ea quę obiecturus est, postea didicerit, quodq. ad accusandum, dolo non prosiliat, quo casu ētsi, quod obiecturus est, ab illis didicisset, qui denunciationis tpe siluerunt claudi non dēt ei accusandi aditus[i] ei quoniā etsi ab impetitione huiusmodi, culpa ex tali silentio contracta, auctores excludat, iste tamē qui culpa caret amoueri non debet.


Ex causa etiam post denunciationem potest quis matrimonium accusare, h.d.

Idē iuris[k] erit, si tempore denunciationis

g Concedendum erit. Nam existens in diæcesi, præsumit habere notitiā eorum, quæ palā fiunt in ciuitate. fac. c. quod dicitis d. 15. & 12. q. 2. ca. qui & diuini, & dist. 82. cap. proposuisti. Et nota q̄ ualet citatio generalis per edicta, quando nescitur quis spāliter sit citandus, l. 1. cū aut. quæ sequitur. C. si minor ab hære. se absti. Quod facit pro consuetudine scholarium, uolentiū a studio discedere, qui faciūt fieri edicta, & proclamata in studiis de quo uide per Ab. in c. fi. eo.

h Iuramento. Sic. de test. ca. præsentium, & c. pastoralis de excep. & ca. fin. eod. Ex quo nota, quod plus ualet iuramētum unius quam præsumptio iuris: quia per istius iuramentum eliditur pręsumptio iuris. 35. q. 3. ca. extraordinaria, & no. in d. c. fi.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE possint, uel cōtra illud testificari. e



TEstificari. Quoniam factis denūciationibus, de quibus in titulo pręcedenti, interdū cōparent qui m̄rimoniū accusant, & testes qui cōtra m̄rimoniū testificant, ideo post titulū præcedentem congruè ponitur hic tit.

f Tempore. Et ita qui intra tempus constitutum non proponit ius suum, postea repellitur, & ab accusatione, & a testimonio, arg. c. fi. de clandest. despons. & cap. licet, de probat, & l. diffamari. C, de

i Aditus. Hic habes, quod aliquis admittitur ad accusandum, cuius auctor repellitur; secus est in testib. c. licet de testib. c. fraternitatis, de hęr. Sed quæ est ratio diuersitatis? Resp. ad dictum accusatoris nulla fit condemnatio, nisi adsint legitimi testes; sed ad dictum testes quis condemnatur, & ideo debent esse tales auctores, ut ipsorum dicta sufficiant ad hoc, ut illi admittantur, quia habēt causam ab eis, arg. l. uitia, C. de acq. poss.

K Idem iuris. Nota tres casus, in quibus præsumitur ignorantia eorum, quæ fiunt in ciuitate.

vel extra diœcesim commorabatur a, uel alias denunciatio ad eius notitiā peruenire non potuit; ut puta non nimię infirmitatis feruore b laborans mētis non erat cōpos, uel in annis tam teneris c constitutus erat, ut ad talium rerum perceptionem, eius ętas sufficere non ualeret, siue alia legitima cā d fuerit impeditus.

Ad accusandum matrimonium non ex causa delicti soli coniuges admittuntur. h. d.

Sed nec oēs ad accusationem, testimonium ve dicendum admitti debent; nā si de tali e impedimento agendum sit, q̄ neq; coniugum in se delictum contineat, nec ob id matrimoniū dissolui cuiusquam intersit, præter q̄ ipsorū coniugum, ut puta si erratum in conditionem status f fuerit; vel si mulier ita sit arcta, ut cognosci non possit; vel vir ita frigidus, vt coire nequeat, soli ipsi coniuges admittentur.

Ad accusandū matrimoniū ex causa delicti, oēs admittuntur, sed potissimum coniunctiores, h. d.

Quod si delictum contineat; ut quia aliqui in gradu uetito, uel contraxisse, vel contrahere uelle dicantur, tunc quilibet quidem g ad accusandum recipitur, sed omnium maximè parentes h, & si inde, sint proximiores, idest, soror, frater, patruus, auunculus, amita, matertera, eorumque descendentes.

Antiquiores præponuntur, & honestiores in testificando h. d.

Quod si progenies tota defecerit, ab antiquioribus i & honestioribus, quibus eadē propinquitas nota verisimiliter esse debeat, accusatio K testimonium ve l recipi poterit.

Ex præsumptione scientiæ acquiritur fides. h. d.

Ideo aūt oīum maxime parentes, & cōiunctiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiā m, cum testibus, & chartis tum uero ex recitatione maiorū scire laborat

a Commorabatur. Facit quod statutorū pœna non comprehendat absentes.

b Feruore. 15. q. 1. c. ille & 17. q. 1. c. Gōsaldus. & c. sicut tenor de reg.

c Tā teneris. Sed quæ erit talis ætas? Quidā vt Innocen. quod qñ quis est doli capax Abb. quod iudicātis id relinquendum est arbitrio, qui discernet ętatem & discretionē pueri, an sufficiat ad comprehēdendum hoc factum.

d Cā. Vt, tpe denūciationis factæ erat excommunicatus, & sic non poterit matrimonium contrahendum denunciare secundum vtrumque Abb. facit ca. quia diuersitatem de conceff. præb.

e Nam si de tali. Distinctio, quæ hic ponitur an impedimentum matrimonii concernat delictum uel non, uerificatur ex his, quæ post Innoc. not. Abb. supr. eod. & Host. in sum. Quis admittatur ad accusationem matrimonii, ubi uidendum.

f Status. Vt puta: quia credebat alter coniugū liber, cum tñ esset seruus. & fac. sup. de spons. §. illud, & §. si quis tamē, & su. q. matri. imped. post. in prin.

g Quilibet quidem. Vt sup. tit. 1. in princ. ubi not. in uerbo uoluerit.

h Parentes. 35. q. 6. c. uidetur & c. uidet, eo. Et ex hac littera no. regulā, quod in causa matrimoniali sūt idonei testes & parentes, & cæteri cōiuncti, si agatur de cōiungendo, uel separando matrimonio ratione de qua hic. Videndi tñ sunt d. hoc Doctor. in d. c. uidetur. ubi. Abb. in fi. dicit, q̄ in hac materia non potest dari certa regula.

i Antiquioribus. Nota testes seniores præferri iunioribus, de quo in l. vnum. ff. si cert. petat. fac. l. si chor9, ff. de leg. 3. & p Ab. in c. quoties. de test.

K Accusatio. Improprie secundum quosdam argu. l. parentibus. ff. de inoffic. testam. vbi accusare ponitur pro agere. Matrimonialis enim causa nec criminalis est nec ciuilis, sed mixta; c. tuæ, de p cur. & no. 25. 6. ca. consanguineos, vñ sumitur & per Abb. in c. 2. ut lite pendente.

l Testimonium ve. Ex hac littera, & ex cap. consanguineos, 35. q. 6. unde sumitur, uidetur sumi posse argument. quod idem possit esse testis & accusator in causa matrimoniali, quod quidā admittunt, dicentes esse hoc speciale in causa matrimonii: in qua sūt etiam alia specialia, cum non iuretur de calumnia, c. litteras. de iuramen. calum. admittuntur consanguinei, ut hic: non seruatur ordo iudiciarius per omnia, c. ad hoc De9. ut lit. non contesta. ualet testimonium de auditu. 35. q. 6. c. de parentela. inducuntur testes post publicationem c. series, & ca. licet de test. & not. in d. cap. consanguineos, & hoc tenuit Innoc. & Ioan. And. Sed Specu. quem refert Abb. in rubr. eo. dicit se non posse concipere quod accusator, qui tenetur saltem ad expensas si succumbuit, sit idoneus testis, sed ipse Ab. in d. rub. & in c. curauit de p bat. saluat Innoc. duobus casibus. Primo qñ officialis publicus denūciauit uel accusauit. . præterea, de testib. cog. Secundo qñ qs ductos cōscientia denunciauit impedimentum iudici, & iudex ipse ex officio inquirit, quod no.

m Genealogiam. ca. uidetur, eo. & c. uidetur, 35. quæst. 9.

q.6.& ex hac presumptione infert Abb. in d.c.videtur. quod allegans ignorantiam consanguinitatis non est de facili audiendus.

a Sciunt. Scilicet ipsam consanguinitatē. Nam de consensu ita bene posset testificari extraneus, sicut suus, ut not. in c.videtur, eo.

h Nullo modo. Licet uerbū hoc sit ualde præcisum, debet tamen intelligi cum temperamento. Nam Doct. in c. super eo.de testi. vnde hic sumitur, dicunt, hanc rē multum pendere ab arbitrio iudicis, ut per Ab. in d.c. insuper eo super glo. 1.

Nulli igitur decentius admitti debent, quam qui melius sciunt.[a]

Speciale est in causa matrimonij, quod pater admittitur in causa filij, & econtrario. h. d.

Quod autem legitur,[b] pater nō recipiatur in causa filii, nec filius in causa patris, in criminalibus sibi locum uendicat, in matrimonio uero coniungendo,[c] & impediendo, ex ipsius coniugii prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congruè admittuntur.

Testimonium parentum non admittitur ubi inter coniungendos est disparitas, h. d.

Vbi tamen alter coniugum diuitiis,[d] honore,[e] nobilitate,[f] & potentia[g] superior esset, testimonium illius, qui parens esset inferioris, adeo suspectum redditur, ut illud nullo modo[h] sit admittendum. Cum parentes filiorum[i] incrementum & honorem affectare proculdubio comperiantur.

Quot, & quales debeant esse testes super consanguinitate, h. d.

Quoties ergo aliqui propter cognationem propinquitatis[K] separari petuntur, duobus,[l] vel tribus eiusdem consanguinitatis testibus adhibitis, uel totidem senioribus & meliorib. eiusdem loci id debet legitime comprobari.

Qualiter testes super consanguinitate iurare debeant, h. d.

Testium autem examinatio in hac causa duplicis[m] interuentu iuramenti fieri debet. Vt iurent scilicet, & se non priuato odio,[n]

b Legitur. l. testis idoneus, ff. de test. & 4 q. 3. §. item testis idoneus. fac. c. videtur, eo.

c Coniungendo. Ex hoc. vr̄, quod ad probandū matrimonium esse contractū, admittantur parētes, & ad hoc plurib. allegatur, ca. super eo. de testi. vnde hic sumitur. Contra tn̄ no. in ca. videtur. eo. ubi Bern. intelligit illum text. qn̄ ageretur de cōsanguinitate. Hosti. tamen & Abb. & magis communiter tenēt, quod super omni articulo, & indistincte possint esse testes cū moderamine tamen, quod statim hic sequitur & de quo per Doct. in d.c. videtur & in d c. insuper. eo. & per Anton. de But in c. 1. de fil. presbyt.

Diuitiæ exaltant hominē.

d Diuitiis. No. & diuitię exaltant hominem, quęsitæ tamen bonis artib. fac. ca. in hoc scripsimus, di. 30. & c. habebant. 12. q. 1. & not. in cap. clericus eadem cā & q. si tn̄ affluat, & non est cor apponendum eis, sm̄ Salomonem. Et an requirantur ad essentiam nobilitatis? arg. hic quod non, cum ponantur tanquam diuersa, dic tamen ut per Bar. in l. 1. C. de dignit. lib. 12.

Doctoratus pōt dici dignitas. C. Nobilitas.

e Honore. puta quod sit doctor. Nā doctoratus est honor, & pōt dici dignitas, Bar. in l. fi. C. de iud. & ī l. 1. C. de no. cōp. & per Ab. in c. quanto. de magis.

f Nobilitate. Nobilitas ergo ē t secundum canones esse debet in consideratione: fac. ca. de multa: & c. pe. de præb. & c. quæ contra pacem. & quod ibi no. 28. q. 1. Est tn̄ nobilitas multiplex, ut per Bar. in l. 1. C. de dign. lib. 11. & contra nobilitatem generis pro nobilitate uirtutum, uide tex. in c. nūquam. di. 56. & in c. quoniam, uetus, 24. q. 1.

g Potentia. Puta amicorū copia, ut c. constitutus 2. & quod ibi no. de appel. facit c. officii, de elec.

i Filiorū. Et propter magnā cōionem uiri, & uxoris, id, quod est vnius, censetur quodam modo esse alterius, facit l. fi. C. de incolis. li. 10. l. fęminæ, ff. de senat. c. licet, §. mulier. de sepul. in 6. Et quod hic dicitur de matrimonio, habet multo magis locum in sponsalibus, s. quod circa ea idoneum sit parentum testimoniū, ut per Abb. in ca. super eo. de testib. Sed an super matrimonio spirituali? Resp. ut no. per Abb. in c. super eo.

K Propinquitatis. Accipe intransitiue, i. propter cognationē quæ est propinquitas, 35. q. 3. c. 1. & c. 2.

l Duobus. Not. quod ēt in actibus, qui sunt grauissimi p̄iudicii, duo testes faciunt plenam fidem, & probationem. Separatio. n. matrimonii est res grauissima, ca. licet ex quadam. in fi. de testi. c. debitū de bigamis. Idem etiam numerus sufficit contra Papam, ut not. in c. præsul. 2. q. 4. quod reputat ualde no. Abb. in c. quoties, & c. super eo. de testi. & in rep c. cū esses, de test. Nec secundum eundem intererit, utrū isti duo testes sint mares, aut fęminæ; nam d. c. super eo. uidetur probare de fæminis; immo quod plus est, sufficit quod deponant de auditu. debent tamen esse rogati, no. 20. q. 1. c. prostratos.

m Duplicis. Idest, in tali iuramento duo articuli continentur.

n Priuato odio. Ergo non omne odium repellit, sed priuatum tantum; nam publicū: puta si quis aliquem prosequeretur odio tanquā peccatorem hoc non eleuaret dictum testificantis, secundum Ab. in c. quoties, de testi. facit c. odia, di. 85. & 24. q. 4. c. duo ista nomina et idem dici potest de amicitia, ut latè per Abb. in d. c. quoties.

neque amicitia, nec alicuius proprii commodi intuitu, ad hoc iurādum inductos, & sicut ipsi dicunt, rei ueritatem a maioribus, accepisse, & se credere,[a] ita esse.

Probatio matrimonialis impedimenti non potest reprobari. h. d.

Præstitis autem iuramentis, & impedimēto matrimonii legitime probato, si quis cōtra præcedentem probationem, partib. publicatā quasi matrimonium impediri iure nō ualeat probare uelit, audiendus non erit[b], sed priori standum erit probationi.

DE DIVORTIIS.[c] Tit. XVI.

Diuortium est dissolutio matrimonij, & separatio tori potest appellari diuortium. h. d.

Diuortium est dissolutio matrimonii, quæ utroque uiuente[d] coniuge contingit.[e] Sed & simplicem tori separationē diuortium non male[f] appellamus.

Matrimoniū regulariter dissolui non potest. h. d.

Sciendū est igitur, legitime cōtractū matrimonium dissolui nō posse: quippe a Deo cōiūcti, ab hoīe separari nec debent, nec ualent.[g]

Matrimonium soluitur per religionis ingressum non secuta copula. h. d.

Si tamen alter coniugum, qui per verba cōtraxit de præsenti, copula non secuta[h], sese ad obseruantiam regularem uoluerit astringere, poterit id, altero etiam inconsulto, efficere; & ei, qui in seculo remanere uoluerit, alteri se iungere permittendum erit.

a Credere. Nota casum, in quo ualet testimoniū de credulitate. facit c. licet. de testib. & c. literis, de præsump. De quo an, & quando, & qūo procedat. latissime per Ab. in c. quoties. de testib.

b Audiendus non erit. c. iurauit. de proba. unde sumitur. Sed contra vr̄ c. series. de testib. Docto. tam in d. cap. iurauit. quam in contrario multum prosolutione laborant, & uarias conciliationes afferūt. Ea vero vr̄ esse præcipua, ꝙ contrariū loquatur, qn̄ impedimentum est probatum ad separandum matrimoniū iam contractum: tunc enim in fauorem matrimonii, etiam post publicationem, admittuntur testes ad probandū contrarium ob maximum periculum, quod est in separando matrimonio legitimè contracto. ca. licet ex quadam. in fin. ff. de testib. hic uero & in ca. iurauit, loquitur probato impedimento circa sponsalia de futuro quo casu nullum subest periculum si non contrahant ideo debet seruari regula ordinaria de non exminando post publicationem. Sed hæc non omnino placet Host. & Abb. qui in d. c. iurauit, deducit, eandem interdum erat legitima cā esse, in sponsalibus rōnem q̄ est in matrimonio. vnde inquit, quod vbicunq; in caussa matrimoniali siue agatur occasione spōsalium, siue matrimonii, snīa trāsit in rem iudicatam, ibi obstabit publicatio attestatiōnū. Si vero talis snīa nō transit in rem iudicatam, tunc nec publicatio attestationum impediet nouas prohibitione; Sed quando est, quod sententia in causa matrimoniali trāsit in rem iudicatā? Resp. vbicunque vitium sententię est per partes, contra quas fertur remissibile vbicunque vero tale vitium non est per partes remissibile, tunc non transit: id autem: accidit, vbicunque veritate non manifesta imminet peccatum. Hoc igitur casu nunquam afficit publicatio, nec habebit locum quod hic dicitur, & in d. c. iurauit vbi Ab. clare exemplificat omnia supradicta. In casibus tamen, in quibus non obstabit hmōi publicatio examini faciendo super ijsdem. uel directo contrariis, non dēt iudex admittere nouas probationes, nisi cū aliqua causæ cognitione. Ad euitandā igitur testium subornationē examinabit, quare prius nō produxit testes quos intendit nūc producere & quales sint, & si viderit legitimam causam, admittet & nō alias. & ita ēt accidit in d. ca. series, ubi sub erat legitima cā producendi de nouo, & ita Abb. in d. c. iurauit.

DE DIVORTIIS

c De diuortiis q̄a ex accusatione matrimoniorum deuenitur ad diuortia & repudia, cōgrue post titulum præcedentem & in calce huius tractatus ponitur de diuortiis & sic de materia quę concernit nouissima matrimonii, excepta morte.

d Viuente. Quia si per mortem dissoluatur matrimonium, non est diuortiū. Et differt diuortium a repudio, quod hoc respectu matrimonij iā cōtracti, illud rispectu spōsaliū. ff. de verb. signi. l. inter stuprū, §. diuortiū. sed tn̄ sæpe his vocabulis promiscue vtimur: vt no. 32. q. 7. cc. 1.

e Contingit. Vt perpetuo duret, c. diuortium, de peni. dist. 1.

f Non male. Vt 32 q. 7. c. interueniente, & per Abb. in rub. eo. Et separatio tori alia est perpetua alia temporalis: vt not. in d. c. interueniente.

g Nec valenti. Cap. quos Deus. 33. q. 2. & l. eius, & l. nihil. ff. de reg. iur.

h Non secuta. Nā si copula secuta fuisset. ēt de cōsensu vxoris non posset ingredi c. ex parte, prima de conuer. cōiug. De quo tn̄ dic, vt [illegible] c. cū sis. & in c. ad Apostolicā, &c. vxoratus. eo. ci. de cōuer. coiu

Falsa causa non uitiat ingressum religionis, h.d.

Nec causari poterit religionẽ ingressus, se falsa [a] ad id causa inductum, puta quod coniugem lepra percussam crediderit, & ob id eius abominatus complexus fuerit, cum & sine [b] causa, id ipsum facere potuerit.

Dicenti se velle ingredi religionem est certum tempus præfigendum, intra quod uel ingrediatur, vel ad uxorem redeat h.d.

Ei autem, qui se ad religionem trãsire uelle dictitat, certum est pręfigendum tempus, [c] intra quod [d] legitime caueat, [e] quod aut ad religionem se trãsferet, [f] uel redibit ad cõiugẽ.

Reddit rationem, cur non secuta copula per religionis ingreßum matrimonium dissoluatur, h d.

Neque mirum [g] uideri debet, quod post legitimum de præsenti præstitum consensum, carnis non secuta commistione, alter coniugum, etiam altero inuito, ad uitam regularẽ transitum facere, quia cum nondum una caro [h] effecti sint satis probabiliter, uno ad Deũ transeunte, alter in sæculo remanere [i] poterit.

Per sacri ordinis susceptionem non dissoluitur matrimonium, etiam non consummatum, h.d.

Diuersum [K] statuitur si qs posthabito cano

a Falsa, &c. Sic dicimus falsam causam nõ uitiare legatum. l. 2. C. de fal. causa adic. & l. falsa. ff. de condit. & demon. Facit quod mendaciũ se obligãtis obligatione non impedit. c. ueniens, de cõuers. coniug. l. 1. & l. si rem alienam. ff. de pig. ac. Item non vitiat dispensationem, ca. quia circa, et ibi Abbas de consangui. & affinit. & facit pro hac littera. le. unica, in princ. Co. de rei uxor. actione. Sed contra, cap. ex parte Astensis, de concess. præb. Nam uxor cumque quis potest agere actu uno iure, si explicat alio iure incõpetenti, non ualet actus, cum in pedentibus a uoluntate magis consideretur opinio, quam ueritas, dicto capit. ex parte. Respo. quidam quod falsa causa non uitiat in spiritualibus, sicut nec dolus. Sed hæc non est bona, cum sit cõtra, d. cap. ex parte. Vnde alii melius & falsa causa non fuit expressa, sed si mente retenta, facit leg. si repetendi, C. de condit. ob caus. Vel dic tertio quod hic, et in dic. c. ex parte, de conuer. coniug. Vnde sumitur, cã falsa erat potius impulsiua, quam finalis, finalis. n. credi debet. ut quis seruiat Deo, ideoque ingrediatur religionem, cessante igitur causa impulsiua, non cessat uotum et dispositio, facit l. 1. §. sexum, de postul. & §. affinitatis, inst. de nup. et quæ no. Inn. in c. in præsentia, de rẹnuncia.

b Cũ et sine. Fac. l. unica, in prin. C. de rei ux. act.

c Tempus. Quod a iure taxatur duorum mensiũ c. ex publico, unde sumitur, de conuer. coniu. Sed dicas, quod illud remittendum est arbitrio iudicis ut ibidem late per gl. et Ab. licet iudex a dicto termino non debeat temere et sine causa recedere.

d Intra quod. Videtur ergo, quod lapso tempore nõ possit is, cui est pręfixum tẽpus, amplius intrare religionem. Sed contrarium est uerus, quia semper licebit ingredi ante secutam copulam; ut not. in c. ex publico, de conuers. coniug. & iste terminus datur non solũ ad ingrediendũ monasterium sed ẽt ad profitendum, ut ibidem per Ab. alias nõ esset sufficienter prouisum sponso, cum nõ possit ad secundas nuptias transire nisi altero profitẽte.

e Caueat. Datis pignoribus, & fideiussoribus, sic enim intelligitur legitima cautio. l. mandato, §. fi. ff. mand. Vel hoc quoque iudicis arbitrio relinquetur, adeo ꝙ si quis non posset præstare aliam; quam iuratoriam cautionem, deberet iudex esse contentus, c. per tuas, de don. inter vi. et uxo. auth. generaliter. C. de episc. & cleri. Abb. in c. ex publico, de conuers. coniug. facit c. quamquam, dis. 25.

f Transfe et. An autem sit audiendus alter coniugũ si dicat se velle seruare religionem sed remanere in propria domo, habetur, in d. cap. ex publico, de conuers. coniug et casu quo transeat, fiet hinc inde restitutio acceptorum. dicto capitul. ex publico.

g Nequẽ mirum. c. 2. unde sumitur, de conuer. coniug.

h Vna caro. Nota unum effectum secutæ copulæ, quia scilicet præcludit facultatem monasterium ingrediendi. Alios plures effectus ponit Abb. in capi. 2. de conuers. coniug. Sed quid si hæc copula fuit uiolenta, puta sponsus uiolenter cognouit sponsam, an possit ingredi monasterium inuito sponso, & quidam, ut Barthol. Brix. hoc tenuerunt, ne delinquens sit melioris conditionis, quam sapiens, argu. c. eũ qui. de præb. in 6. Itẽ quæ inuita fuit cognita, non ur cõicasse corpus suum. 32. q. 5. §. 1. cũ c. seq. Alii cõtra. Vide p Io. An. in c. ea quæ contra, de reg. iur. in 6. in Mercu. per Bal. et Moder. in c. pen. de probat. et per Abb. remissiue in d. c. 2.

i Remanere. Et cum alia contrahere, capitulo ex publico, de conuers. infid. Et dicunt quidam quod nihilominus remanet uinculum prioris matrimonii, sed prorsus inefficax propter ĩgressũ. Alii quod penitus soluitur per matrimoniũ, et hoc est receptius, ut plene no. in c. 2. de conuers. coniug.

K Diuersum, etc. Sumitur hic §. ex extrauag. Ioa. xxii. quæ incipit. Antiquo. ubi copiose scribitur per Glossatores super ratione diuersitatis. Dicet aũt matrimonium non soluatur per susceptionẽ sacrorum ordinum, tamen matrimonium nõ impedit, quominus character imprimatur, sed solũ ordinis executio, ut in d. extrauag. Antiquæ, & sic est casus in quo sacerdos, etiam apud Latinos pt habere uxorem, quod procederet ẽt si matrimonium esset consummatum, quia nihilominus, imprimeretur character. fac. not. per Inn. & Abba. in cap. placet, de conuers. coniug. et in cap. 2. eod. tit.

a Diximus §.pen. de sponſ.§.ſi tñ,ſup.de tripl.cogn.§.itē ſi aliter,ſupra quæ matrim. imped.poſſ.
b Quibus caſibus. Reſpondet tacitæ obiectioni quæ poterat fieri de c.quos Deus.33.q.2.
c Pontificis. Et ſic not.quod dr̄ fieri auctoritate Dei, quod fit auctoritate papæ, quod eſt uerum ſi iuſta cauſa faciat.24.q.1.c.quodcumque; et q.3 c.ſi quis nō recto iudicio,et facit ca. inter corporalia. de translat. Sed cū diuerſum ſit de eo, qui cum ſit Chriſtanus labitur in hæreſim, uel in alium errorem gentilitatis: quia tunc non diſſoluitur matrimonium, nec poteſt remanens in fide alteri nubere, ca. quanto, et ca. gaudemus, eo. et §. inter ſi alter. ſupra, quæ matr.imped. poſſ. quęritur an Papa, et eccleſia poſſit hodie, conſtituere, ut altero fidelium in hæreſim labente, poſſit fidelis ad alia uota tranſire? Hoſt. quod ſic, exemplo infidelium, inter quos etiam eſt uerum matrimoniū ca. de infidelibus. de conſang. et affinit. eodem modo uidetur quod poſſit ſtatuere inter fideles; Nam ratificatio matrimonii, quæ eſt inter fideles, cauſatur ex ſacramento baptiſmi, dicto c. quanto, ergo poteſt eccleſia aliter ſtatuere: Sed de hoc ualde dubitat Abbas, in cap. ex parte ſecundo, de conuerſi. coniug. & uide ibi per eum.
d Ignorans. Videtur ergo innuere hæc litera, quod impedimentum dirimens matrimonium debeat ſubeſſe tempore cōtracti matrimonii. Sed ſi tale impedimentum accideret poſt cōtractum matrimonium, licet nondū cōſummatum, non tribueret facultatē dirimendi: putat tñ Abb. in c.ex literis, de frig.et malefi. quod eſſet cā legitima, ob quā Papa poſſet illud ſeparare, ſi multū timeat de incōtinentia ſani.
e Mulier fieri.i.cognoſci: nam uirgo prędicatur de fœmina non cognita, mulier de cognita, licet interdū uirginis appellatione intelligamus de ea, quæ nō eſt nupta, licet ſit impudica, inſtitu. de publ. iud §.itē lex Iulia. iuncta gl. in uerbo uidua et Poeta.

Ah virgo infœlix quę te dementia cępit.

f A natura. Idem ſi ab accidenti. dū modo matrimonium præcedat c. conſultationi, et c.ex literis, ubi no. per gl. et Doct. de frigid.et malefic.
g Ope medicorū. De hoc dic ut ſupra quæ mat.imped.gl.§. item frigiditas, et in c.ex literis. de frig. et malefic.
h Separari. Et poteſt ſeparationem petere etiam is, a quo impedimentum pronenit, ut per Doc. in c.1. de frig.et malefi. Sed intra quantū temporis ſeparatio peti poterit? Reſpo. ut no. per Abb. in c.1. et c.a. laudabilē, de frigid. et maleſi.
i Redire. Capitu. fraternitatis, de frigid. et malefic. et intellige hoc aliquando eſſe primo cognoſcibilis. Nam ſi primus eſſet adeo mentuloſus, et inſtru-

nico religionis ingreſſu, poſt aliquam per uerba de pręſenti deſponſatam, ſacros ordines ſuſceperit: quamquam enim uotum per ſacri ſuſceptionē ordinis firmatum, ad implendum matrimonium futurum, ac dirimendum poſtea contractum, habeatur efficax, ad diſſoluēdum tamen prius contractum etiam non conſummatū, inualidum cenſetur. Ideoq; talium ordinum non obſtante ſuſceptione, ſi ad profitendam probatam religionem induci non ualeat, & ſponſa eius inſtiterit contractum matrimonium conſummare, per cenſuram Eccleſiaſticam compellendus erit.

Cultus diſparitas, & creatoris contumelia, ſunt iuſta cauſa dirimendi: & quod facit Papa, Deus cenſetur facere. h.d.

Sed & ſi inter infideles matrimonio contracto ſequuta copula fuerit, ſi alter, qui in infidelitate permanſerit, uelit a fideli diſiungi, aut non niſi cum contumelia creatoris, cum altero cōmorari, licebit Chriſtiano nō modo matrimonium diſſoluere, ſed ē (ut ſupra diximus a) alteri ſe matrimonio iungere. Quib. caſibus b cum auctoritate, ſedis Apoſtolicæ, et Romani Pontificis, c matrimonium diſtrahatur, non iam humana, ſed potius diuina poteſtate coniugium diſſolutum intelligitur.

Ob coeundi impotentiam, diſſoluitur matrimonium. h.d.

Itē ſi quis ignorās d virginē in uxorē duxerit, q̄ adeo arcta ſit, ut mulier fieri e nō poſſit, vel ſimile uitium a natura f cōtraxerit, ut ope medicorū g non poſſit adiuuari: Aut mulier uirū acceperit, qui adeo frigidæ ſit naturę, ut eidē carnaliter comiſceri non poſſit; poterūt inuicē ſeparari, h & qui matrimonio apt⁹ erit ad ſecundas nuptias liberè tranſitum facere.

Putatiua impotentia coeundi non diſſoluit coniugium, h.d.

Si quis tamen coeundi impotentiam cauſatus poſt ſeparationem aliam acceperit, aut ea, quæ arcta putabatur, aliquem inuenerit, quę ſibi ſeras reſeraret, utroque caſu poſt peractam pænitentiā, ad priora coniugia redire i

compellendi [a] erunt.

Quam quis duxit uel retinuit sciens copulæ non idoneam, habebit ut sororem, si non potest habere velut vxorem. h. d.

Plane si scienter quis cum ea, quæ marib. impotens est cōmisceri, matrimonium cōtraxerit, vel alterius cōperta postmodum impotētia, simul morari consenserit, his casib. Ecclesia [b] iudicare consueuit, ut quas viri tāquā vxores hēre non possunt, habeāt ut sorores. [c]

Ob fornicationem carnalem, uel spiritualem non soluitur matrimonium, sed fit separatio tori, h. d.

Sæpius [d] tamen accidit, vt matrimonii remanente sacramento, tori tantum [e] fiat separatio [f], ut puta si alter coniugum carnaliter [g], vel spiritualiter fornicatus fuerit, quibus casibus matrimonium minime aboletur, sed sibi sunt innicem coniuges, [h], etiam separati.

Pendente iudicio super adulterio, non habet locum separatio, tori. h. d.

Sed & separatio, non instituta statim de crimine accusatione, faciēda erit sed ꝓbata ꝑ acta. Interim. n. pendēte iudicio, coniugū alteruter, iure, ꝙ hēt, ī altero priuari nō poterit.

Facta separatione thori ob fornicationem carnalem, post emendationem non compelluntur coniuges se resumere, secus si ob spiritualem, nisi alteruter vel monasterium ingredi. h. d.

strumētum genitale haberet ita grossum, quod nunquam posset deflorare mulierem sine periculo mortis: secundus ob suam gracilitatem posset eam cognoscere, tunc non esset restituenda primo, licet per frequentem usum cum secundo habitum sit apta redditu primo, Ita vterq; Ab. in c. fraternitatis. de frig. & malefic.

a Compellendi erunt. Quia cognita ab uno presumitur cognoscibilis ab alio, secundum Doct. in c. fraternitatis, de frig. & malefic.

b Ecclesia. Ergo & nos sic iudicare debemus: vt capit. in causis de re iudic. de quo dic, ut habetur in ca. consultationi; de frig. & malefic. Vnde sumitur.

c Vt sorores. Id est, secum caste viuent uelut cum sororibus. Nam sicut ueri coniuges possunt promittere continentiam simul morando 34. q. 5. cap. quod Deo. Ita & isti morari simul poterunt in continentia, facit capitul. omnino, 31. distin. ubi coniuges, cum quibus Apostoli non exercebant carnale commercium, appellantur sorores. Et not. quod huiusmodi impotentib. non potest confictere verum matrimonium. Nā desinunt causæ institutionis matrimonii: nam nec ob spem sobolis: nec ut uitetur fornicatio; potest tale matrimonium prodesse. Vnde si is, qui contraxit cum impotente, cum alia post contrahat, tenet matrimonium cum secunda. Simile in eo qui contraxit cum minore, cum licet sit obligatus ad expectandum, capitulo de illis. de spons. tamen si cum alia contrahat, tenet matrimoniū, teneretur tamen primæ tribuere alimenta et alia necessaria, ut per Abb. in c. consultationi, de frig. et malefi. facit c. laudabilem, eo. ti. & c. 2. eo.

d Sæpius. Cum dupliciter sumatur diuortium, vt supra eo. in prin. Hucusque dixit de diuort. iuxta primam acceptionem, idest, quatenus est separatio matrimonii; nunc iuxta secundam, idest, quatenus est tori separatio, & concorda cum hoc cap. 2. c. ex litteris, eo. et c. interueniente, 32. q. 6. & quod ibi no.

e Tori tantum. Contra eos, qui dicebant innocentem non esse solutū ab obligatione reddendi debitum; ut no. Abb. in c. 2. eo.

f Separatio. Quæ interdum est perpetua, interdū temporalis, ut no. in c. interueniente, 32. q. 7.

g Carnaliter. Sed an ob uitiū Sodomiticum possit fieri talis separatio? Respo. ut latè per Inn. & Abb. in c. 1. & in ca. maritus de adulte. & not. in cap. omnes. 32. q. 7.

h Coniuges. Quia uinculum coniugii semel contractum, & habitum numquā amittitur uiuentibus coniugibus, 32. q. cap. 2. & ca. 3. Sicut nec baptisma, nec ordo 1. q. 1. ca. quod quidam. versi cum videamus. & facit hoc ad quæst. an Lazarus, & alii resuscitati recuperent uxores, & liberos, de qua per Abb. in c. fraternitatis. de frig. & malefi. & in locis sibi per eum, & alios al legati.

Quod si seruus sit, q ad ecclesiā cōfugerit, postquā de impunita dominus clericus iuramentū [a] p̄stiterit, ad seruitiū dn̄i sui redire cō pellet [b]: alioq si ridire nolit, a dominio occupari [c] poterit: famuli enim, qui dn̄os metuūt si ad ecclesię septa cōfugerint, intercessionē dēnt q̄rere, non latebras: nec quāquā religionis reuerētia proprio iure fraudari cōuenit.

Clerici, & monachi deseruientes ecclesiæ sunt exempti a muneribus personalibus h.d.

Personalis immunitas est q̄ p̄onis ecclesiasticis indulgetur. Cū enim in clericorū ministerio cōstituti, nō nisi altari, & sacrificiis deseruire debeāt [d], rectissime cōstitutū est, vt Deo dicati ab omnibus p̄sonalibus muneribus reddant' immunes. Personalia autē munera sunt q̄ cū corporis labore, & animi solicitudtne, ac vigilātia principaliter sustinent' [e]. Generaliter igit' Episcopi, & p̄sbyteri, diaconi, subdiaconi, monachi, [f] immunitate omnis tutelæ [g], & curæ ipso iure [h] gaudebunt.

Miserabilium personarum tutelam debent clerici suscipere h.d.

Viduarū autē, & orphanorum curā suscipere non solum nō prohibentur clerici [i], sed

a Iuramentum: 'n elige, quando non est tanta sæuitia domini. qu r. suo sacramento p̄ ssit credi vt not. in c de benedictio. 32. q. 1. fac. cap. literas, & -a. ex transmissā. e resti. spol. & sup. de diuort. §. præstanda.

b Compelletur. cap. fine eo. c. metuentes & cap. id constituimus. 17. q. 4. Quid dicemus de eo qui de carcere fuit dimissus, vt iret ad missam cum iuramēto de redeundo, & iuit ad ecclesiā, & nō vult redire, an teneatur redire, vel possit extrahr. inuitus de ecclesia? Respon. si iniuste detinebat', vel a nō habente potestatem, non tenet' redire, clem. pastoralis. de re iudi. in verbo per violentiam quod intelligit Abb. in d.c.fi. quādo sub est timor mortis. secus si iuste: peccat enim tunc fugiendi de carcere Bart. in l. relegari. ff. de pœnis. debet tamen sibi idonee caueri: ꝙ nō patietur mortem vel membri mutilationem, etiam ꝙ iurauerit redire, quod no.

c Occupari. Auctoritate propria, arg. contra in l. 3. C. de his, qui ad eccles. confug. & extat, ff. quod met. causa & c. definiuit. in fi 17. q. 4.

d Debeant. Fac. ne. cle. vel monach. per tot.

e Munera sunt. Hęc sunt verba text in l. 1. §. personalia ff de mun. & honor. Aliter tamen describūtur munera personalia in l. fi. ff. eod. tit. videlicet personalia munera sunt, quę animi prouisione, et corporalis laboris intētione sine aliquo gerentis detrimento pertractantur. exempla ponuntur in d. l. 1. & l. fi. Et horum personalium est triplex species, quædam habent honorē annexum: quædam utilitatem, sed non honorem. quæ dicuntur sordida, quæquam nec honorem, nec utilitatē de quibus plene per Ab. in c. non minus, uersi. veniamus. nunc eo.

f Monachi. Et cum secundum cōme. opi. personæ hic enumeratæ possint esse tutores legitimi si uelint licet non cogantur ut dicetur proxime de monachis. sunt qui hoc non admittant, ut Archi. in cap. peruenit, d stin. 71. & Bal. in l. generaliter C. de. Episc. & cler. tum, quia mortuus est mūdo tum quia, si male gereret, non esset cautum pupillo. Idē dicit glo. de Epo. in d. l. generaliter. & tangit gl. in c. fi. d. 86. per. § Deo amabiles. auth. de san. Epi. licet subdat, ꝙ illa aut. sit hodie correcta

g Omnis tutelæ. Scilicet datiuę, testamentar.æ, & legitimę. 16. q. 1. ca. generaliter. & ca. fi. distinct. 78. Sed contra capit. fin. distin. 76. Sed commu. ꝙ tales personę possunt legitimā tutelam suscipere, sed nō coguntur, & ita not. in d. c. fin. & in c. generaliter. 16. q. 1. & p Ab. in c. ex. parte. 3. de sepult. Sed hæc com. Solu. habet duplicem difficultatē. Prima est, q̄a videntur posse cogi ad legitimam per d. fi. ibi? Ad tutelas, & curationes in ex: vsabiles attrahunt. ponderando vltima duo verba, ex cōtrario. d. opin. vr contra generalitatem d. cap. generaliter. iuncta l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. cum ibi traditis? Forte iura, q̄ dicunt, q̄d tales personæ possunt aut debent tutelam suscipere, in ... legi debent ac ge, & improprie pro quadam protectione, nō pro cura, & tutela specifica, & ornata mi... orū, nō pupillorū, ad hoc ponderari potest c. 2. dist. 78. quatenus meminit viduarum, in quas non cadit tutela, & cura proprie, & unū determinabile. & c. q̄ sequitur immediate, & quod licet clerici aduocare prohibeantur tamen pro uiduis, & orphanis non solum nō prohibentur. sed debent, & gratis; ut per Abb. in c. 1. ne cle. ver. monach. & §. ponulandi, vbi etiam no inf. de procurat.

h Ipso iure. Adde ꝙ non est necessarium, ꝙ ad se excusandum compareant. secundum Bald. in l generaliter C. de Epis. & cler. in. 1 oppositione. Etsi quis daret clericum tutorem in suo testamento incurreri pænam c. fi. dist. 78. quia non posset pro eius anima fieri aliqua oblatio, vel oratio, quod est valde seuerum, & notabile.

i Clerici Scilicet in sacris constuti nam constituit in minoribus possunt esse tutores. & curatores, etiam testamentarii, etiam quod nō subsit causa aliqua specialis pietatis, Sed quis dabit tales in minoribus constitutos tutores? Non Episcopus,

scopus, quia pupillus non est sibi subiectus. l. neque, ff. de tut. & cur. da. ab his. Non potestas, quia clericus futurus tutor non est sibi subiectus. Non uterque, quia cum sint iurisdictionibus separatis & singularibus, iungi nō possunt. l. 1. C. qui num. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. aliquid in ca. si clericus. de foro comp.

e Legibus. Lege sancimus. Co. de sacrosanct. eccles.

f Excommunicationis. Scilicet contra particulares, & singulares personas. hoc tamen præcedente mōnitione. iuxta ea, quæ tradit Ab. in c. non minus, eo.

etiam iubentur, cum ipsis cupiditatis [a] negotia non pietatis interdicantur.

Ad murorum custodiam etiam clerici tenentur tē por necessitatis. h. d.

Excipitur ēt ab his muneribus [b] murorum custodia [c], a qua si magna immineat necessitas, neminem excusari constitutum est, vt cunctis vigilantibus melius valeat ciuitas custodiri.

Personæ ecclesiasticæ non possunt a sæcularibus potestatibus collectari. h. d.

Realis immunitas [d] est per quā res ecclesiasticæ a censu, vel collectis potestatum seculariū liberę reddunt. Siquidem tam profanis legibus [e] quam sacris canonibus sub excommunicationis [f], & interdicti [g] pena constitutum est, ne quis eorum, qui iurisdictionem temporalem obtinent, possit tributa, collectas, seu quascunque [h] exactiones, sub quouis titulo, uel colore imponere ecclesiis, uel personis ecclesiasticis, pro domibus, prædijs, vel quibuscunque possessionibus legitimè adquisitis, etiam si ipse ecclesiæ, vel personæ, vel res sint intra illorum territorium constitutę.

Ob magnam necessitatem, vel utilitatem consulto pontifice possunt clerici sine tamen coactione laicis subuenire. h. d.

Si tanta rō sit in republica necessitas aut vtilitas [i], vt episcopus cum clero suo laicorum nō suppetentib. facultatibus, communes [K] vtilitates per subsidia ecclesiastica subleuando ducāt, Romano prius consulto Pontifice, omni penitus cessante coactione, poterunt aliquid incommune conferre, & laici humiliter, ac deuote cū gratiarum actione suscipere.

intel Vide per Bald. in l. generaliter. C. de epi. & cler.

a Cupiditatis. Concord. cap. 1. dist. 88. & capi. fi. distinct. 86. intelligitur autē semper id fieri causa cupiditatis, nisi necessitas probetur, arg. 12. q. 1. c. 1. & not. in cap. 1 dist 88 quod no. etiam quod hic dicitur de uiduis intellige de minoribus: aut intellige de tutela & cura improprie, ut in prox. §. fuit notatum.

b Muneribus. Scilicet personalibus.

c Murorum custodia. Quilibet enim tenetur patriam defendere facit capit. omni timore, & capi. si nulla 13. q 8. & propter hoc excusatur pater occidens filium, & contra, l. minime vbi traditur. ff. de religiosis, & sumt pr. fune. Sed contra est cap. reprehēsibile. 23. q. 8. Solut. quod hic dicitur, & in cap. eod. unde hæc litera sumitur, procedit tēpore magnæ necessitatis, ut hic exprimitur contrarium regulariter, facit lex nullus. C. de curs. publi. lib. 12. & cap. pen. de henric.

d Immunitas. Verificantur quæ in hoc. §. dicuntur ex cap. in qualibet. & ex cap. secundum. 22 q. 8. & cap. non minus, & cap. aduersus, eod. & cap. clericis. & c. quamquam, eo. in 6. & clem. uni. eo. in quibus iuribus diffusissime Pōtifices dilatauerunt hāc materiam. & nouissime, uel confirmauit uel adduxit Concilium Trident. sess. 15. cap. 20. & trahitur hæc immunitas etiam ad bona patrimonialia clericorum, secundum multos habetur de hoc in cap. si diligenti, de præscript, & in cap, eodem.

g Interdicti. Contra uniuersitates, quę excommunicari non possunt. cap. Romana, §. in vniuersitatem de sent. excomm. in 6, & cap. quam quam. de cens. in 6.

h Quæcunque. Istam generalitatem restringe, & intellige, vt non comprehendat onera perpetua & annexa; vt quia forte onus facien di, vel soluendi certum quid, & nisi forte prædiū esset feudale: nam ratione feudi ecclesia subiicit laico. capit. solitæ. cum ibi not. de maio, & obediē. ut per Abb. inc. 1. de censi. in fin. et in cap. fin. de uita et hone. cle. et nota in cap. atributū. 23. quęstio. 8. et de materia late per Abbat. in cap. non minus, eodem.

i Vtilitas. Nota necessitatem et utilitatem ęquiparari, conc. cap. non minus. & cap. aduersus.

K Communes. Idest; alicuius uniuersitatis, etiā laicorum tantum secundum quosdam Abb. tamen in cap. aduersus. eod. unde sumitur verbum cōmunes, intelligit, laicorum scilicet, & clericorum, & sentit non procedere quod hic dicitur. qñ verteretur vtilitas vel necessitas laicorum tātum prima benignior, & forte etiam uerior cum dicat laicos debere suscipere cū gratiarū actione quasi beneficium solum laicorum, & cum exceptio debeat esse de regula, regula negatiua loquitur de laicis tantum, vt in cap. aduersus.

a Quemadmodum. Hucusque posuit pertinentia ad primam partem rubricæ, quæ sequuntur pertinent ad secundã partẽ. et sic ad subiectionẽ.
b Diximus. Supra de construend. consecr. et repar. ecclesi. per totum.
c Obedientia. ca. quanquam. d. 23. & ad hanc non solũ tenentur clerici, sed et laici, quãtumcumq. potentes in his quę concernunt aĩam, cap. omnes principes. de maio. & obed.
d Subiectio. Qui ecclesiæ recognoscunt episcopum in dominum fac. cap. grauem, de excom. prelato. non tamen debẽt ei seruire tamquam principi sæculari, sed tamquam filii suo patri, c. cum Aposto lus. decensi. & ca. esto subiectus. cum ibi not. dist. 93.
e Reuerentia. In star eius, quæ debetur patrono a libertus. l. fi. cum ibi not. ff. de obseq. a lib. pa. pst.
f Institutio. 16. quæst. 7. cap. omnes. & cap. si quis princeps. & capi. decernimus, & c. præ mentis, & de hæret. capi. ex iniũcto. in fi. Et de qua institutione hæc littera intelligi debeat, habetur per Abbat. in cap. conquerente. de offic. ordi. vnde sumitur & de hoc uerbo no. supra in rubrica institut.
g Destitio. Id est, potestas priuandi clericum beneficio, nam, nisi aliud habeat cõsuetudo, ad episcopum pertinet destitutio omnium clericorum licet alius habeat ius conferendi. ca. 1. de capellis monachorum & 16. quæst. 2. cap. visis, & quod ibi nota.
h Correctio. Qua corrigit subditorum excessus & ea, quæ deniãt, cap. irrefragabili, & ca. licet, de offi. ordi.
i Reornatio. Cap. irrefragabili. & cap. licet de offi. ord n Et sunt hæc diuersa, corrigere, & reformare, adeo quod data alicui potestate reformãdi non uenit potestas corrigendi, ut per Abb. in d. c. irrefragabili et c. conquerente, de offi. ordi.
K Iurisdictio. Facit. c. cum ab ecclesiarum, cum ibi nota. de offic. ordin. et capi. conquerente, eo. titu.

Ecclesiæ episcopo omnimodã subiectionẽ dẽt. h d.

Quemadmodũ [a] autẽ sacrosanctis domib. secũdariũ potestatũ intuitu omnimoda debetur immunitas tã locorũ rationem quã personarũ, & rerũ, sic eisdẽ rationib. ab illis proprio episcopo omnimoda subiectio debetur Nã quãtũ ad ipsa loca pertinet ut paulo ante diximus [b] nemo ecclesiã in in diæcesi ædificare poteru, aut consecrare præter sui præsulis cõsciẽtiã. Quo ad personas eccclesiasticas ipsi debetus canonica obediẽtia [c] subiectio [d], reuerẽtia [e], adeundẽ spectat institutio [f], destitutio [g] correctio [h], reformatio [i] causarũ omniũ ad forũ ecclesiasticarum de iure spectãtium iurisdictio [K], ecclesiasticarum cẽsurarum [l] promulgatio, sacramẽtorum exhibitio [m]. Si res ecclesiasticas spectes, ipsi cẽsus debetur ipsi rathedraticũ [n], siue synodaricũ, ipsi procuratio [o] annua, in mortuorũ [p], & decimarum quarta.

Ad episcopum quædam pertinent iure ordinationis, quædam lege iurisdictionis, quædam lege diæcesani. h. d.

Sed hæc oĩs pastoralis potestas in tria principalia mẽbra cõtrahitur, quædam enim ad episcopũ spectãt iure ordinis vt clericorum ordinatio, uirginũ benedictio, altariũ, & ecclesiæ cõsecratio, quædã lege iurisdictionis corrigẽdi, & cõferendi excomunicãdi. & instituendi potestas, quædã lege diæcesana [q]. ut ius

l Censurarum. Quæ sint istæ censuræ ecclesiasticę, dic, vt infra de ecclesi. cens. per tot. et ca. quærenti. de verb. signi.
m Sacramentorum exhibitio. Potest hoc uerbũ dupliciter intelligi. Primo de sacramentis, quæ sunt ordinis episcopalis, vt ordinis collatio: nam tenemur ordines recipere a proprio episcopo, nõ alieno, 9. q. 2. per totũ, & c. nullus, de parroch. Itẽ uirginũ benedictio. c. ueniens, de præscri. Secundo potest intelligi de omnibus sacramentis, nam quilibet de diœcesi debet pro sacramentis recurrere ad proprium episcopum, uel parochum. Episcopus enim concurrit cum quolibet presbytero parochiali. vnde omnes ecclesię diœcesis censentur sub una ecclesia, capitu. penulti. & ibi not. pe penitem et remiss.
n Cathedraticum. Cathedraticum, siue synodaticum est pensio duorum solidorum aureorum uel argentorum, secundum loci consuetudinem, quæ datur episcopo a qualibet ecclesia ut declarat Abb. in c. conquerente, de offi. or. et est c. 1. 10. q 4.
o Procuratio. De qua dicetur in tit. seq.
p Mortuariorum. Id est, de his quæ relinquuntur ecclesiis occasione funerum, secundum Ab. in c. conquerente. uel dic, ut per gloss. in d. cap. cõquerente. Et de hac, et de quarta decimarum dicitur in titulo de canonica portione, et de omnibus superioribus iuribus habetur late in cap. conquerẽte de offic odin.
q Diæcesana ista nomina, & diuisio non reperitur explicite in aliquo textu, sed ad faciliorẽ traditionem ex mente et intentione iurium fuit ad doctoribus inuenta, et usu reccepta, et uidetur vel de commoda, et de ea uide late per Abb. in cap. dilectus. de offi. ord. ex quo etiã poteris mutuari quia quid ratione dicatur pertinere ad episcopum tam lege iurisdictionis, quam lege diæcesana, quam iure ordinis.

DE

census, & cathedraticam exigendi, decimam percipiendi, ius hospicij indicendi, & hissimilia. Sed cum tam de locali, quam de personali subiectione, deque his, quæ ad episcopos tã iure ordinis, quam lege iurisdictionis pertinent, supra locis congruis loquuti fuerimus, transeamus nunc ad eam subiectionem, quę cognoscitur ex solutione census, & rerũ, quæ lege diæcesana ad ordinarium pertinent.

DE CENSIBVS, EXACTIONIbus, & procurationibus. Tit. XXI.

Census generaliter sumptus continet oēm pensionem, specialiter vero tantum cathedraticum. h. d.

Census appellatio generalis est, sumiturq. pro omni pensione, quæ prælatis de ecclesiasticis prouentibus singulis annis in signũ subiectionis, uel alterius iuris [a] penditur. Speciali tamen nomine [b] census, qui episcopo ab ecclesiis in argumentum subiectionis tribuitur cathedraticum [c] appellatur, eo quod ob honorem cathedræ prę soluatur.

Quibus temporibus, & quibus causis possit census constitui in ecclesiis. h. d.

Constituitur [d] aũt census, aut fundationis tempore, aut consecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ.

Fundationis et consecrationis causæ potest imponi census, h. d.

Fundationis aut consecrationis tpe census imponitur, quia velut præter ordinarii cõsensum nec fundari, nec dedicari [e] põt ecclesia: ita eodem tempore certum cẽsum episcopus in subiectionis signum constituere [f] poterit.

Episcopus ecclesiis & pijs locis concessis, uel exēptis potest censum imponere h. d.

Sed nec illud insolitũ [g], aut nouum haberi debet. ut cum episcopi ecclesias piis locis rite concesserint, aut exemptas fecerint [i], aliquid sibi in eis pensiones nomine reseruent.

Sedes apostolica ab ecclesiis sub protectione receptis censum recipit. h d.

Sedes quoq. Apostolica cũ libertatis priuilegiũ, uel ēt quibusdã ecclesiis protectionis indulget præsidiũ, censum gratis oblatũ suscipit, & in literis Apost. ad futurorum pontifi cũ memoriã [K] quantitas census exprimitur.

Patrono fundanti potest census constitui. h. d.

Sed & patrono [l] fũdationis tpe poterit eps m

DE CENSIBVS exactionibus et procurationib.

a Vel alterius iuris, No. ergo ex hac litera, q̃d census præstatio & receptio non denotat de necessitate subiectionem, ca. quanto, & ibi not. Abb. eo. & in cap. quoniam, &c. recipimus, de priuil. & p ea. Fel. in cap. ad audientiam. de rescr. post Ab. in d. ca. in causa, de cau. pos. & propr. ubi plura alleg.
b Nomine. Non est nouum in iure, ut unum & idem nomen deseruiat generi, & speciei, ut in adoptione, l. 1. ff. de adoptio. in iurisdictione, ut in le. Imperium, ff. de iurisd. omn. iud. iuncta rubrica eiusdem tituli cũ ibi traditis, & quidam idem dicũt de testamento, ut ordinarie traditur in rubr. de lega. 1.
c Cathedraticũ De quo in capit. 1. 10. quæst. 1. & in c. conquerente, de offi. ord. & supra ti. proxim. §. penul. & per Host. in sum. eo. §. ex quibus, uersi. cathedraticum autem. Vide Euseb. ecclesiast. historiæ libr. 7. capit. 14. & 16. & Tripar. libr. 5. ca. 39.
d Constituitur. Nota quattuor tempore census constituendi, & de his uide late per Hostien. in sum. eo. §. si quis census,

e Nec dedicari. Vt supra de construcla eccles. §. quamcunque, cũ ibi no.
f Constituere, Habet de hoc 18. q. 2. cap. Eleutherius.
g Insolitum. Nota pręiudiciũ pro his, quæ diu agitata sunt in ecclesia Dei, patienter & toleranter sup e iore. fac. l. fi. C. const. princ. & l. minime, Co. de legibus, & c. constitutus, de relig. domi. unde sumi.
h Concesserint. Vt in c. constitu. de relig. domib.
i Fecerint. Quod potest: sed non quo ad omnia, vt per Abb. in ca. cum uenerabilis. eod. & dicetur infra eo §. & in tantum.
K Memoriam. Nõ ad obligationem, cũ dicatur gratis offerri, fac. l. contrahitur, ff. de pig. act.
l Patrono. C. pręterea, de iur. patr.
m Episcopus. Nota, q̃ episcopi auctoritate est facienda hæc reseruatio, propria. n. auctoritate patronus nõ potest aliquod seruitiũ, uel temporale sibi reseruare in ecclesia, fac. c. cũ dilectus, de cõiu. & per Inno. in cap. qm̃, ne præl. uices suas. Et per hoc infert Ab. in cap. præterea, de iur. patron. q̃ si quis mandauit in testamento ecclesiã construi, & reseruauerit aliquam annuam pẽsionẽ filiis soluendam, quod nisi episcopus illã reseruet

per statutum suum filii non poterunt exigere, licet testator in dispofuerit fac. no. in c. significatũ de preb. & ista reseruatio debet fieri ante consecrationem, non postea, vt no. in d.c. preterea, arg. l. perfecta C de dona, quæ sub mo. etiam extra, vt per Doc in d.c. cũ clerici. licet ibi aliter not.

g Episcopus. Concord. cap. scientes, cap. prohibemus, cap. significauit. cap. grauis, et capit. cum uenerabilis, eod. & cap. constitutus, de relig. domi. capitu. ut nostrum, ut ecclesi. benefi. sine dim. confer.

a Mederatos. Quando .s. aliquid plus contulit ecclesię, quam sit dos necessaria Abb. in cap. 1. eo, & in capi. præterea, de iur. patrona. Necessaria autem illa dos dicetur, sine qua ecclesia in statu debito & conuenienti sustentari non potest: argum. c. 1. tit. de instit. & not. in ca. cum sicut. de consecrat. eccl. uel alt. alioqui si episcopus quando ecclesia nihil haberet ultra necessaria, nõ ualeret reseruatio, & epi auctoritas nihil suffragaretur, ut per Ab. in c. 1. eo. arg. c. vides, dis. 10. Immo si reseruatio esset legitime facta a principio: inciperet añt ex post facto esse immoderata, poterit, & debebit reduci ad moderationẽ: ut per Ab. in d.c. preterea. fa c. ca. 1. de censu.

b Simplices. Id est, qui non hẽnt aliq̃ prælaturam cuius prætextu id possint facere.

moderatos[a] sumptus constituere.

Simplices sacerdotes nõ possunt proprias ecclesias facere censuales, & qui de facto id fecerit, ab ecclesia ipsa remouebitur h d.

Simplicis[b] aũt sacerdotes, vel clerici nõ possũt ecclesias quibus præsunt, propria auctoritate, præsertim[c] post eorũ decessum, cẽsuales efficere. Ideoque qui ab eisdem quadã collusione, pensionẽ annuã de ecclesiis receperint, illis defunctis super pensionis receptione audiẽdi non erunt[d], si Rbm. Pontificis, aut alterius, qui de iure id facere potuerit,[e] auctoritatem super hoc nõ interuenisse cõstiterit. Quin potius si qui per collusionẽ[f] talia facere comperti fuerint, ab ipsis ecclesiis remouendi erunt.

Episcopus non potest nouum censum imponere, vel ueterem augere, præter cathedraticum h. d.

Sed nec episcopus[g] ipse, aut quilibet[h] alius ecclesiis nouos census[i] imponere, aut ueterẽ augere[K], aut partẽ prouẽtuũ[l] suis v sib. vẽdicare poterit, idq; adeo obtinet, ut ẽt iurm[m] de nouo cẽsu persoluẽdo quis susceperit, non ppea soluere, sed absolui ab illicito iureiurando debeat.

Ex eo quod quis facit ex debito officij, non debet præmium consequi. h d

Nec quidquã profuerit, quod eps, uel quilibet de nouo illas de manib. laicorum eripuerint:[n] nam nec eo casu præter cathedraticum, & quæ cęteris imponuntur, aliquid exigi poterit[o].

h Quilibet. Puta Abbas. facit clementi. quia regulares, § 1. desupplenda negligentia prælatorum.

i Nouos census Sed quem dicemus nonum censum? Respondeo, qui non est impositus in fundatione ipsius ecclesię, 18. q. 2. cap. Eleutherius, vel quinõ est præstitus tanto tempore, quod ad legitimam præscript. sufficiat, ut not. in ca. significauit. eodem.

K Augere. Etiam quod augerentur possessiones. quod intellige in censu: secus in procuratione. ca. quanto, eod. Procuratio autem nõ dicitur proprie cẽsus: sed pẽsio, quæ videtur posse augeri ex causa iusta, etiam sine episcopi auctoritate, capitul. præterea eodem, & nota, in capit. prohibemus, ubi Abb. nota. rationem diuersitatis eodem.

c Præsertim. Implicat q̃ nec ẽt in uita, Alii, exponunt pro tãtum, asserentes quod quis põt se obligare ad soluendum censum in uita sua. Sed hoc procedit itademũ, si personaliter se ad soluendũ censum obliget, nõ si ecclesiã quia obligando ecclesiã dicitur alienare quod non potest fieri, nisi seruata iuris solenitate, 1. q. c. fine exceptione.

d Non erunt. Quia illa pensionis constitutio successores non ligat.

e Potuerit. Arg. quod auctoritate prælati potest imponi nouus census, de quod infra. §. pro x. et c. prohibemus, eod.

f Per collusionem. Nota uerbum, quia aliud si non per collusionem quia tunc non militat pœna hic posita, sed arbitraria. Abb. in capitu cum clerici, & in capitu. grauis, eod. uerbum autem, collusio hic late sumitur, non solum pro collusione, quam contingeret fieri in iudicio a. sed

l Prouentuum. Facit capitulum ut nostrum, in fine ut ecclesi. benefi. sine dimi. & clem. quia regulares, §. primo. de supplenda negligentia prælatorum.

m Iuramentum De hoc habes in capitu. significauit, & in capit. grauis, eodem. Et idem dicas de fideiussore præstito, ut habetur in dicto capitu. grauius. Et facit. quia potius periurium, quam iuramentum meretur, hoc appellari, c. sicut nostris, de iureiu.

n Eripuerit. Puta, quia de facto a laicis detinebãtur. & usurpabant istas ecclesias, vel quia laicus episcopo remisit ius patronatus: vel forte consensus debebatur patrono laico, a quo liberauit ecclesiam suo ingenio.

o Poterit. Videri tamen poterat contrarium prima facie, cum quando quis liberat uel eximit ecclesiam

Ex causa & non in propriam vtilitatem potest episcopus nouum censum constituere, vel augere veterem accedente consensu capitali. h. d.

Quod autẽ diximus [a] episcopũ, nec nouum posse cẽsum imponere, nec augere veterẽ, ita intelligi oportet, si in propriã [b] velit vtilitatẽ conuertere. Cæterũ si non in suam, sed in alterius sibi subiectæ Ecclesiæ cõmodũ, ex iusta causa, [c] nouũ cẽsum cõstituere, vel veterẽ augere, vel ẽt minuere [d] uelit. Capituli accedente consensu, [e] id sibi minime interdicitur. [f]

Prouinciæ, & Ecclesia de nouo conuersæ in persoluendis censibus seruabunt consuetudinem prouinciæ vicinæ. h. d.

Sed qs erit modus obsequiorũ Metroplitano exhibẽdorũ, si qua de nouo conuersa prouincia, ad alicuius ecclesiæ iurisdictionẽ accesserit? [g] & ex facto respõsũ est, id obseruari debere, ꝙ in vicinis [h] ꝓuinciis obseruari reperit̃. [i]

Episcopis visitantibus debentur procuratio h. d.

Vlterius prælatis diœcesim visitantibus, ẽt procuratio debet̃. Est autẽ ꝓcuratio necessariorum sumptuũ exhibitio. Nã cũ Apostolico testimonio [K] suffragante congruum sit, vt a quibus spiritualia recipimus, eisdẽ etiã temporalia nostra communicemus. [l] Rectissime constitutum [m] est, vt cum prælati diœcesim peragrando. [n] diuina nobis exibent, illi etiã a

ecclesiam possit nouum censum imponere. c. constitutus, de relig. domib. & sup. §. j. & idem quando fundatur de nouo: quod & hic vr̃ interuenire, cũ capiens ecclesiam de manib. laici videatur eã de nouo adducere in libertatẽ, & quasi fundare. Sed cõtrariũ hic deciditur, & in ca. ecclesiis, vnde sumitur, eo quia Eps tenebatur ad hoc faciendum a necessitate. quo casu faciẽti: aliquid laudabile ex proprio tamen officio non debet aliquod pmium. Vnde præmium promissum capienti banitũ non debetur Barisello & familiæ, qui ad hoc faciendum tenentur ex officio. fac. l. congruit. ff. de off. præsi. & in ca. j. de offic. ordin.

a Diximus. Pro declaratione, & verificatione huius. §. sunt videnda quæ ponit Hostien. in summa. eo. §. quis imponere potest.

b Propriam. cap. prohibemus, & ibi Ab. ĩ j. no. eo.

c Ex iusta causa. Collige hic quæ sint necessaria in impositione noui census. Primo auctoritas episcopi. Secundo causa iusta. Tertio consensus capituli. argum c. pastoralis, & c. tua, de his, quæ fi. a præla. sine cousen. ca. Quarto consensus ecclesiæ cui imponitur census, si est collegiata: arg. c. j. de reb. eccle. non alien. & c. 1. de re permu. Abb. tamen in c. significauit, eod. tenet quod si causa impositionis esset vrgens, & ecclesia collegiata nollet consentire posset Episcopus hoc facere cum consensu capituli: arg clem. fi. de reb. eccle. non alien. & c. 1. eo. tit. in 6.

Reqsita in impositione census noui.

d Minuere. Vt in ca. auaritiæ, cum ibi traditis, de prębend.

e Consensu. Fac. c. pastoralis, & c. tua. de his, quæ fi. præl. sine consen. cap. & c. pen. de cond.

f Interdicitur. Hoc intellige, quãdo detracta pensione ecclesia cui census imponitur, potest congrue viuere; aliàs non debemus discooperire vnũ altare, vt aliud cooperiatur, c. cum causam, & ca. extirpandæ, cum ibi no. de prębend. fac. c. penult. de donat.

g Accesserit? Siue nunc primum, siue quod occupata ab infidelibus fuit a nostris recuperata & sic quodam modo postliminio rediit, secundum Hostien. quod Abb. putat, no. in quadam additione, super cap. super eo, eod.

h Prouincijs. c. super eo, cũ concord. ibi. allegat. Sed cõtra, c. illa, & c. illud, dist. 13. & c. vtinam, dist. 75. & c. de trina. de consecr. distin. 4. Sol. ibi apparebat de propria cõsuetudine loci: q̃ præfertur consuetudini aliorũ locorum, hic quãdo nulla consuetudo apparebat de hoc late p Io. And. & But. in rubri. de consue.

i Reperitur. Hoc tamen non procedit quãdo consuetudo vicini loci esset nimium onerosa: quia negligentia unius loci nõ debet nocere alteri nõ negligenti, secundũ Innoc. in c. fi. de off. ord. & sequit̃ Ab. in c. super eo, eod. Itẽ non procedit in sacramẽtis ecclesiæ, vel articulis fidei, nã in hic debet locis ad fidem veniẽs tenere quod tenet ecclesia. Romana. c. abolendæ, de hęc cum his, quæ alleg. Abb. in d. capit. super eod.

K Testimoni 1. Corin. cap. 9. facit, c. cum secundum, de præbend c. inter cætera. de offi. ordin. ca. si Episcopus, de off. ord. in 6 cap. cum voluntate, de sent. excom.

l Communionem. Cum non sit ferendus qui lucrum amplectitur, & onus recusat. l. vni. §. pro secundo. C. de ca. tol. l. secundum naturam ff. de re iudi. ca. qui sentit, eo. tit. in 6. & in clemen. 1. ubi not. eodem.

m Constitutum est. c. cum Apostolus, & c. cũ venerabilis, per totum, eo. tit. in 6. & clementinis.

n Peragrando. Sed quid si ecclesia adeo sit vicina vt nulla necessaria sit peragrato, an exigatur procuratio? Et nõ videtur, cum esset ratio laboris, & ita quidam tenuerunt; ut no. in cap. cum sit, de simon. Communiter contra per c. venerabili eod. Nec enim procuratio solius laboris intuitu exhibetur, sed etiã in signum superioritatis, & vt facilius pręlati ad visitandum inducantur, vt per Abb. in d. c. cum sit.

nobis exhibeantur. [a]

Episcopus remittens ecclesiæ seruitia, non censetur remittere procurationem, sed illam dare detrectantes pōt excōicare, & procurationi non præscribitur, h.d.

Et adeo visitationi annexa est procuratio, ut si episcopus alicui ecclesiæ omnia seruitia remiserit, [b] eidem visitanti nihilominus moderata debeatur procuratio, [c] quam si visitati exhibere negauerint, si quam in contumaces rite tulerit sententiam, [d] erit inuiolabiliter obseruanda. [e] Cum nec ullam aduersus procurationem, quæ ratione visitationis [f] competit, præscriptionem [g] currere dignoscatur.

Qui visitare possint, & quod Archiepiscopus potest visitare prouinciam, etiam quod suffraganei non sint negligentes. h.d.

Visitandi vero solicitudo non modo incumbit Episcopis, [h] verum etiam Archiepiscopis, Patriarchis, Sedis Apostolicæ Legatis, [i] Nunciis, Archidiaconis, & Diaconis, qui quidem, ne non tam diuina, quam propria [K] quęsisse uideri possint, caute prospicient, ut ea, quæ

a Exhibeantur. Id est alantur. l. periculi, in fina. ff. de nautico fœn. & c. cū Apostolus, eod. Et hæc allusio est quædā, siue agminatio. sicut supra eod. §. sed nec Episcopus.

b Remiserit. Quod cū facere non poterit, nisi faciat ex causa, cum sine cā, & cōsensu capituli non possit Eps alienare iura ecclesiæ suæ. c. pastoralis, de d. n. & 12 q. 2. ca. sine except. & ca. fin. cum ibi no. 12. q. 3

c Procuratio. In generali n. remissione non veniūt ea, quę in speciali non remittuntur. sicut in obligatione generali. l. obligatione. ff. de pign. & huius naturæ sunt etiam alia, quæ non veniunt in remissione generali; s. cathedrati cum. ca. pastoralis, de don quod nec specialiter pt remitti, secundū commun. opin. vt habetur, in capi. cum venerabilis. eo. licet Arc. contra, in cap. j. de pręb. in 6. Itē nō pōt remittere charitatiuū subsidium c. cum apostolus. eo. nec institutionē auctorizabilem quo ad curā populi. arg. c. cū satis, d. offi. Archid. c. 2. de capel. monach. in 6. itē quo ad ea, quæ sunt ordinis Episcopalis; non. n. pot Episcopus eximere subditum, ut nō teneatur ab eo recipere quæ sunt ordinis Episcopalis. Dicas tamen secundū Io. An. quod licet Episcopus non possit a se in totum eximere ecclesiam, tamen per modū cuiusdam perpetuæ vicariæ pōt cōcedere inferiori prælato et recipienti nomine suæ dignitatis omnia pdicta iura, tribus exceptis scilicet cathedratico, reuerentia, & charitatiuo subsidio, ut per Abb. in d. c. cum venerabilis. Per hanc tamen perpetuæ vicariæ constitutionem ex toto iura hæc non abdicantur ab episcopo, quia saltem illo negligente poterit Episcopus exercere arg. c. irrefragabili. § excessus, de offic. ordin.

d Sententiam. Sed an visitator habeat etiam potestatem priuandi beneficiis? Resp. vt per Abb. in c. dilectus filius. de rescrip.

e Obseruanda. Cap. cum nuper eod.

f Visitationis. Ideo dicit visitationis quia in procuratione, quę cōpetit rōne institutionis, sine cōsuetudinis, bene currit pręscriptio. arg. 18. q. 2. c. Eleutherius, & c. seruitium. & no in c. venerabili, eod. Habetur in c. cum ex officii de præscrip.

g Pręscriptionem. Ca. venerabili. & c. cum instantia. eo. & c. cum ex officij, de præscr. etiam longissimi temporis, d. c. cum instantia posset tamē contra procurationē proficere priuilegium Apostolicum. Et sic præscriptio, & priuilegiū Apostolicū non procedunt a pari. Vnde pręscriptio nō reddit laicum capacem iuris spiritualis, sed, priuilegiū Apostolicum, sic Abb. in d. ca. cum instātia, post Io. And. in cap. 2. de præb. in 6. in nouella: arg. contra inf. tit. prox.

h Episcopis. Nota quæ sint personæ quæ visitare possunt subditos. fac. ca. cū Apostolus. & c. pcurationes eo. & in ca. 1. cū seq. eo. in 6. Et q dicit de Archidiaconis, & Decanis, hēt respectū ad consuetudinē quorundam locorum, in quib. Archidiaconi visitant, aut iure pprio, aut vic. Episcopi. Et pōt in hac materia formari regula, qd omnis prælatus habens iurisdictionem potest visitare. pro hoc c. in singulis, de sta. monach. fac. quod habetur per Feder. cons. 145. & consi. 111. & per Cald. consil. 10. & per Oldr. consil. 204. & per Abb. consil. 26. Sed quid si plures ex istis concurrant in visitando? an vnus impediat alium? Resp. ut per Abb. post gl. in c. sicut, de accu.

i Legatis. In c. cum apostolus eod. vnde hæc littera vr sumi, fit mentio non de legatis, sed de Cardinalibus, q in effectu in idem vr recidere, cum Cardinales tm credantur esse de latere legati, ut not. supr. de collat. §. ex legationis de quo. vr hic intelligere, & est text. in ca. procurationis. eo. Sed unum fac. dubium: quia in d. ca. cum Apostolus, habendo respectum ad numerum euectionum, vr facere non solum Archiepiscopos, sed etiam simplices Episcopos maiores Cardinalibus, qui, si fiat Apostolicæ sedis legati, deberent esse multo superiores, & maiore honore digni, immo etiam si sint simplices Cardinales sine ulla legatione, quo casu non satis percipi pōt, quo iure possint uisitare, nisi forte uisitent proprium titulum. An autem Episcopus sit maior, uel minor Cardinali non Episcopo disputari solet, & not. in c. quamquam 2. q 8. & per Host. in c. ecclesia. 2. de elect. & remissiue per Abb. in d. c. cum Apostolus.

K Quam propria. Argu. contra concionatores, & alias religiosas personas, quæ recipiunt munera, qui tametsi indigeant, possunt non modo recipere, sed etiam uit o petere. fac. §, ulterius. cum cō cord. ibi allegat. supra eod.

Gene-

a Generali.c.1.eo.in 6.
b Lateranensi,c.cum Apostolus.eo.
c Innocentiana.ca.1.eo.in 6.
d Non possunt.c.fi.eo.in 6.
e Poterunt. Poterunt etiam, dum visitant audire confessiones subditorum su s suffraganeus, absoluere, & pænitentias iniungere. non obstāte quauis consuetudine, vt in c.fi. eod. in 6.
f Priuatum.ca.fi. eo. & dicit priuatum, quia potest esse ēt Gratoriū publicum, puta si sit cōstructum auctoritate Pontificis, quo casu nō esset priuatū, ut per Ab. in d c. fi. nec posset trās ferri ad vsus ꝓfanos, & priuatos.
g Oratorium. sed qualiter cognoscitur oratorium ab ecclesia? Res. ecclesia est illa, q̄ principaliter deputatur ad celebrādum, & orandum, ac ēt consecratur per epm, & sibi pro ministris dos cōstituitur, & diuino cultu. c. nemo. de cō secr. di. 1. ubi per Arch. & supra de constru. eccles. §. quacumq. oratorium uero non cō secratur, non constituitur sibi dos nec principaliter fit, ut ibi celebretur, sed ut oretur. unde sine licētia Epi non potest ī oratorijs celebrari, ut in c. unicuique, cum sequ. de cōse. d. 1. Nec pñt habere campanam publicam. c. parentibus. & ibi Doct. de priuil. de quibus com. opi. est, quod non gaudeant priuileg. eccle. vide per Dec. consi. 148.
h Extorqueri. potest tamen Episcopus accedere ad videndum, in illud priuatum oratorium honeste tractetur, & an sit rite constructum, & potest facere illud demoliri, secundum Innoc. & Ab. in c. fin. eo.
i Probabilis Nota duo requisita ad causam charitatiui subsidij indicendam? scilicet quod sit manifesta, & quod sit rationabilis. fac. c. cum Apost. §. 1. eod. Et de isto subsidio charitatiuo habes amplum tractatum per Barth. Bellenzinum ad quē erit recurrendum in casibus, & quæstionibus emergentibus.

tam generali,[a] quam Lateranensi[b] cōcilio continentur, & quæ Innocentiana[c] constitutione, atque aliis canonibus salubriter cōstitutα comperiuntur, inuiolabiliter obseruent.

Archiepiscopus uisitat diœcesim suffraganeorum, etiam non negligentium. h d.

Quod autem diximus Archiepiscopis uisitare licere prouinciam, ac procurationes a locis recipere visitatis, tunc etiam sibi locum vendicat, cum eius suffraganei argui negligentiæ nomine nō possunt.[d] Nec enim propterea minus suam libere visitare prouinciam poterunt.[e]

Ob oratorium non est exigenda procuratio, & ob vrgentem necessitatem potest Episcopus exigere charitatiuum subsidium. h d.

Postremo admonendi sumus propter priuatum oratoriū,[f] in quo quis interdum celebrat, procurationes, quæ visitationis ratione debentur, a quoquam exigi, vel extorqueri[h] non posse, sed nec aliis exactionibus subditos suos episcopi grauare debeant, nisi quandoque eisdem multæ superueniant necessitates, quibus casibus si manifesta, ac probabilis[i] causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis postulare subsidium sustinendi erunt.[k]

K Sustinendi. Loquitur de epis, sed idem, & multo magis habebit locum in papa, vt p Hos. in summa, eo. §. ex quibus causis, ver. & breuiter. & per Bellen. in d. suo trac. in prin.

De capellis monachorum.[l] Tit. XXII.

DE CAPELlis monach.

l Monachorū Ad titulum de subiectione ecclesiarū subiecit p̄cedentem de censibus, qui pertinet ad subiectionē, sed quia & monachorum capellæ sunt subiectæ, merito post præcedentes ponit etiā istum titulum.

Omnes Ecclesiæ positæ in diœcesi subsunt Episcopo h.d.

Vsque adeo autem omnes basilicæ[m] p diuersa locæ constructæ, in episcopi, in cuius territorio positæ sunt, potestate consistunt, ut si Ecclesia, ubi monachi habitant,[n] populi curam habeāt, cum per monachū plebs

m Omnes basilicæ, ca. omnes, 96. q. 7. & d. 61. c. obitum, & 10. q 1. c. 3. & 10. q. 7, c. eps & 11. q. 1. c. monasteria, etc. cum venerabilis, & c. cum dilectus, de relig. domib. Nisi tñ ex speciali priuilegio sint exemptæ, ca. cū, et plantare, de priuil. et de hoc uide per Hostie. in summ. eo. § quid iuris habeant.
n Habitant. Secus si monachi ibi non cohabitarent. c. quod Dei timorem, de stat regula. Sed quę est ratio. quod proprio monasterio plebem habēti, non potest præponi, cum magis proprio monasterio obligetur, quam ecclesiæ alienæ, & habeat nedum socium, sed socios & cōcurrat fauor ecclesiæ? Vnde videtur magis idoneus ad explicandam curam imminentem proprio monasterio, quam ecclesię foris sitæ. Hęc est maxima difficultas, & Abbas in cap 1. eod. vnde sumitur pro solutione multum laborat, demum videtur

resídere vt id quod hic dicitur,& in d.c.1. habeat locum quoties esset copia clericorum sæculariũ, alias in necessitate non procedere, sed ratio non procenat, cum semper fuerit copia clericorum, c. legimus d st. 93.

g Orphanotrophia. Vbi orphani, idest, parentib. priuati nutriuntur.
h Bethotrophia. Vbi alũtur infantes pauperum.
i Nosocomia. Vbi ægroti curantur.
K Gerontocomia. Vbi senes aluntur,& sunt ista, secundum Host. in summa eo. religiosa non consecrata,& de horum omnium uocabulorũ significatione habes Hosti. d. loco,& no. in c. in qualibet, 24. q. 8. & in l. oĩa, C. de episc.& cler. & vulgo omnia ista hospitalia appellantur.
l Similia. Puta lepresarium, vel eleemosynariũ cle. 2. eo. est tamen dubium, an leprosorum collegium sit religiosum, ut apparet ex not. in d. cle. 2. §. 1.
m Pertinẽt. Si sint constructa auctoritate epi, & sic religiosa ut in c. quia monasterium, eo. Sed si sint ædificata sine epi auctoritate, Episcopus nõ debet se de his impedire iure decretalium Abb. in c. de Xenodochia, eo. sed patronus ad libitũ disponet secundum Inn. & alios, in c. inter dilectos, de dona. sed hodie per Concil. Trid. sess. 22. capi. 8. videtur hoc immutatũ. Si tamen patronus esse mortuus, tunc procul dubio ad curam Episcopi pertinet, quod pia uoluntas defuncti mandetur executioni, ut in auth. de eccl. titulis, §. si quis autem pro redemptione, facit c. hæc & quod ibi not. eo.

regi, non debeat, Capellanus ad consiliũ [a] monachorum ab Episcopo sit instituendus: ita vt consuetudine, [b] aut quouis statuto contrario non obstante ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio, eius, quam depositio, [c] & vitæ pendeat conuersatio.

Monasteria iure communi subsunt Episcopo, h. d.

Nec id mirum uideri debet, cum monasteria ipsa,& monachorum disciplina, si nec priuilegio, nec legitima præscriptione doceatur exempta, [d] ad eum pertineant Episcopum, in cuius sunt territorio constituta. [e]

DE RELIGIOSIS DOMIBVS. Tit. XXII.

Xenodochia, Orphanotrophia, & loca similia Episcopo subsunt, qui prouidere debet, ne illorum res dissipentur, h d.

XEnodochia [f] quoque, Orphanotrophia, [g] Bethotrophia, [h] Nosocomia, [i] Gerontocomia [K] aliaque similia [l] loca, ad Episcoporum in quorum sunt dioecesi solicitudinem pertinent, [m] per eosdemque ad eas utilitates, quibus constituta sunt ordinanda, ac dirigenda erunt, nec postquam huiusmodi loca ad hospitalitatis usum,& pauperum prouisionem Pontificis ordinatione deputata fuerint, ad profanos usus cõuerti nõ poterunt. [n] Cũ ea, [o] quæ ad certũ vsum largitione fideliũ sunt

a Ad consilium. Quod tamen Eps nõ tenetur sequi, nam hoc est generale, quod quoties qs tenetur quid facere de consilio alterius, tenetur quidem consilium requirere, non sequi vt in c. dilecti, de arbitris,& c. cum in ueteri, de elect. nec ideo minus ab eius arbitrio adpendere vr̃, de quo per Legistas in l. si conuenerit, ff. de re iud.
b Consuetudine. Hoc verbũ respicit inferiora, s. qđ non ualet consuetudo, quod alius ab Epõ ordinet, uel destituat, & est sũptum, de c. 1. eo in 6. non aũt respicit dictum superius, videlicet, qđ non valeat consuetudo quod monachus possit in ecclesia & monasterio, ĩ quo ĩn habitat, curam habere, nam contrarium videmus seruari de consuetudine, quæ est valida, secundũ Ab. in c. 1. eod. in anti quis, post Io. And. Lau.& Io. de Lig. per text. a contrario sensu, in cle. ne in agro. §. cæterũ, de stat. regul. quidquid, ibi sentiat glo.
c Depositio. Monachi enim si iste delinqueret non possent remouere, sed dẽt remoueri per Episcopum ordine iudiciario: immo plures Episcopi sunt necessarii ad veram depositionem, 15. q. 7. c. fœlix,& ca. si quis tumidus, licet hodie secus per Concil. Trid.
d Exempta, c. cum uenerabilis, cum c. seq.& cap. constitutus, de relig. dom. c. auditis de præscr.
e Constituta, c. monasteria, 18. q. 2.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

f XEnodochia. Loca in quibus pauperes peregrini recipiuntur.

n Poterũt, c. nulli licet, 12.& c. mancipia, de rer. permut. c. ligna. & c. vestimenta de consec. di. 1. & 19 q. 3. c. quæ semel,& ff. de relig.& sump. fun. l. si quis sepulchrum, Arg. contra, ca. ex antiquis, et c. frequens distin. 54. Sol. ut not. in d. capit. ad hæc, eod.
o Cum ea, etc. q. d. si deputata ad certum vsum pium, sacrũm, aut religiosum, non possunt transferri ad alium vsum eiusdem, qualitatis & naturæ sine licentia sedis Apostolicæ, licet sit facilis transitus in habentibus symbolum, quanto minus ad usum penitus profanum,

Ad

a Ad alium. Etiam pium, fac. 22. q. 2. c. is autem, & d. 41. c. licet 2. & c. inter corporalia, de transl. & c. ad nostram, ubi not. & c. suggestum, de app. arg. contra, c. quamuis, de pœn. in 6.
b Sedis Apostolicæ. Not. casum reseruatum sedi Apostolicæ de quibus omnib. in c. quod translationem de off leg. Hodie tamen per Conc. Trid. hæc ptās vī cōiūcta ēt ordinariis ut sess. 22. in decretis reformationum, c. 6. quod est factum ipsis tanquam sedis Apostol. legatis.

destinata, ad alium [a] salua sedis Apostolicæ [b] auctoritate conuerti non ualeant.

Ordinarij loca pia, & religiosa possunt reformare auctoritate Apostolica si opus sit reformatione, hoc dicit.

Quinimo si talium locorum Rectores exēpti sint, si tamen illorum cura postposita, bona, & iura ipsorum ab vsurpatorum manibus vendicare [c] negligant, aut quoquo modo res illorum collabi sinant, poterūt ordinarii auctoritate Apostolica [d] sibi prestita, loca ipsa salubriter reformare, & occupata, alienata, deperdita, ut in statum pristinum redigantur, procurare contradictores, [d] quoscunque per cēsuram Ecclesiasticā & aliis iuris remedijs [e] compescere, licet nullum per hoc exemptionibus, seu priuilegiis, quo ad alia, [f] preiudicium generari debeat.

c Vendicare. Etiā in iudicio, & coram iudice ecclesiastico, quod possūt t. cum sit, de for. compet.
d Apostolica. Cō cor. cle. 2 eo. c. irrefragabili, de off. ordi. & cap. ad abolēdam, de hære. & c. uni. de cleri. ęgro. in 6. cum allegatis in cle. 1. de supplen. negligen. prælato. Et uide quæ in hac materia statuunt per Conc. Tri. in decretis reformationum, sess. 7. c. 15. & sess. 22. c. 6. & ca. 8. et cap. 4. et ca. 8.
e Remedijs. Etiā inuocando brachium sæculare si expedierit, c. r. c. qm̄, de off. ord.
f Alia. Sic cle. 2. de stat. mona

Xenodochia, & loca similia non possunt in beneficium conferri, nisi certis casibus. h. d.

Eodem cauetur concilio, [g] vt nullus ex huiusmodi locis sęcularibus clericis in beneficiū [h] conferatur, etiam si consuetudine id fuerit alias obseruatum, siue per electionem [i] sit de Rectore huiusmodi locis prouidendum. Sed quod eorum gubernatio uiris prouidis, ac boni testimonii committatur, quos bona prædicta in alios vsus conuertere, præsumptio uerisimilis non existat.

g Cōcilio. Vt cle. 2. §. 1. eod. et pro plenissima cognitione eius quod hic dicitur, uidēdus est Pet. de Perus. in tractat. de canonica Epali, et parochiali, §. 2. principaliter.
h Beneficiū. Fac. cle. per literas, de præb.
i Electionē. A superiore cōfirmandam.

Administratores hospitalium æquiparantur tutoribus. h. d.

Vt autem hi demandatæ sibi curę diligentius insistant, instar tutorum [K] & curatorū debent iuramentum præstare, [l] ac de bonis inuētaria conficere, & ordinariis, seu aliis, quibus loca huiusmodi subsunt, uel deputandis ab eis, singulis annis [m] de administratione sua rationem reddere quod si secus a quoquam fuerit attentatum, [n] prouisio, seu ordinatio minime valebit.

Supra dicta non habent locum in hospitalibus militarium ordinum, aut religiosorum. h. d.

Prædicta vero ad hospitalia milita-

K Tutorū iurā do utilia facere, & prętermittere, inuentarium faciēdo, & administrationis suę rationem tpe debito reddere, & residua reddere promittendo, & cætera, de quibus in l. de creationib. C. de episc. audi. & in l fi. C. de curat. furi. & per Spec. in tit. de tutoribus, ut not. in cle. 2. §. 1. eo.
l Prestare. Sed an & satisdare ēt teneantur instar tutorum? Resp. negatiue, cum dent ex inquisitione, fa. le. orphanotrophos in princ. C. de episc. & cler. et ita no. in cle. 2. §. 1. eod. nisi tamen hi suspecti essēt, propter uxorem, et filios, vt in ca. de Siracusanę. di. 28. sed tali suspecto committi nō deberet, uidi tamē seruari, quod huiusmodi personæ satisdent.
m singulis annis. Per huius temporis designationē uidetur quod etiam non petitam administrationis rationem teneantur reddere de quo not. in cleme. 2. eodem. Sed contra leg. orphanotrophos, C. de Episcopus, et cleric. et in authen de eccles. titulis §. penul. Solu. Aut quæris, an teneantur reddere rationem pauperibus ipsis et orphanis, et non teneatur, et ita procedunt contraria. Aut de ratione reddenda Episcopo, uel aliis superioribus, et procedit quod hic dicitur, et in § œconomos, au thent. de sanctiss. Episc. Alii quod contraria corriguntur, sed prima uerior, vt not. in cle. 2 §. 1. eo.
n Attentatum. Respicit etiā præcedentē §. nedum istum.

Mili-

a Militariū. Vt S. Io. Hierosolymitani, & S. Mariæ Calastrensium, & Cruciferorum, & similiū vt in cle. 1. §. præmissa. eod.
b Habentia. Sic cle. 2. §. fi. eod. vnd sumitur.
c Prædicta. Conco. 24. q. c. 1. pudenda, & de elec. c. nihil est, in fi. & in cleme. 1. de priuile. in fi.

rium a ordinum, uel aliorum religiosorū minime extenduntur. hi. n. suorum ordinum institutiones, & cōsuetudines obseruare cogēdi erūt.

Hospitalibus circa sacramentorum exhibitionem seruanda est antiqua consuetudo. h. d.

Sed & si quæ sint hospitalia, altaria, & cæmiterium ab antiquo habentia b, & presbyteros celebrantes, & sacramenta Ecclesiastica pauperib. ministrantes, quo ad exercēda, & ministrāda spiritualia prædicta c antiquam consuetudinem Viennense Concilium obseruari uoluit.

DE SEPVLTVRIS d. Tit. XXIV.

Cur in ecclesiis & locis sacris sepulturæ constituantur. h. d.

TRactemus nunc de sepulturis, quæ quidem per fideles nō nisi in sacris & religiosis locis, ideo constituuntur e, & quod minus ibi spiritib. vexentur immundis, & quod sanctorum illorum commendantur patrociniis, quorum nomini Ecclesia, in qua corpora conquiescunt, est consecrata.

Probandum est quod dat occasionem benefaciendi. h. d.

Accedit quod defunctorū proximi ad sacra loca uenientes, sepulturamq. conspicientes suorum recordantur, & pro eis pias preces fundunt. Vnde mortuorum sepultura, & cæmiteria apud illas Ecclesias, & monasteria f ex antiquo disposita esset comperiuntur, in quib. religiosorum conuentus sunt constituti, ubi orationes, & missarum solemnia, tam pro uiuis, quā pro defunctis frequentius g celebrantur.

Vnusquisque habet liberam facultatem sepulturā, eligendi, & si quis non eligat in parochiali Ecclesia, aut maiorum sepulchris est sepeliendus. h. d.

Regulariter h igitur in parochiali Ecclesia, aut ibi quis sepeliendis erit, ubi maiorum i suorum sepulchra cōstituta reperiūtur, nulli tamē

DE SEPVLTVRIS. d

i Nō habentē. Exemplū erit in canonicis. Canonici. n. nec prælationē habent, nec adminiſtrationē in eccleſia, unde relinquendo canonico, in dubio nō vr teſtator habuiſſe reſpectū ad eccleſiam nec. n. eſt veriſimile, q reliquiſſet intuitu eccleſiæ ei, qui nō habet adminiſtrationē, eccleſiæ niſi aliquo modo appareat contrarium, q no caſu nō conſtat de prælatione, vel adminiſtratione, ut in c. requiſiſti. §. fi. de teſta. Qui autē in hac materia veniāt prælatorū appellationē, no. inf. eo. in prin.

legatur eius præcipuum eſt, cum eccleſia cathedrali, & de illis, quæ aliis locis legantur, portionē canonicam nihilominus obtinebit.[a] Et hæc ideo tā variè, quia non tanta [b] inter monaſteria aut capellas eſt cōio, quanta [c] inter eccleſiam cathedralem & epiſcopum, qui cathedrali ſpūali copulatus eſt coniugio, vnde & quę acquirit epiſcopus, non illi, ſed iſti tantum adquirit.[d]

Si teſtator aliquid epiſcopo, aliquid eccleſiis reliquit, & iuſſit epiſcopum eſſe contentum ſuo relicto, poſt habita detractione quartæ, ſeruanda eſt teſtatoris uoluntas, h d.

Hoc aūt tunc obtinere oportet, ſi ſimpliciter [e] epō legatū factū fuerit, cęterū ſi eā adiecerit condónē [f] teſtator, ut eps ſuo ſit legato cōtentus, & ipſe legatū agnouit, quia per hoc aliis renūciaſſe vr, de cæteris portionē [g] exigere non poterit.

Dolus & fraus patrocinari non debet, h. d.

Sed ſi conſtiterit, qood eadem adiecta condōne in faudē modicum conſtituit mortuariū, ut eps portione debita fraudetur in cæteris, q a dolus, cuiq̃ patrocinari non dēt, poterit is ēt aliis relictis exigere portionem a canone conſtitutā, ſaluis tamen indulgentiis [h] quæ a Roman. Pontifice quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

Relictum ei, qui poteſt proprium poſſidere, non habenti prælationem, uel adminiſtrationem a quocunq. præſumitur relictum intuitu propriæ perſonæ, non eccleſiæ. h. d.

Illud etiam generaliter obſeruandum eſt, circa eum quę propriū poſſidere poteſt, prælationum, uel adminiſtrationem eccleſię non habētem,[i] quod ſi ei aliquid relinquatur ſpecialiter, ter, non ſolum a propinquo, uerum etiam

a Intelligitur, siue habeat beneficium ecclesiasticum, siue non.
b In vita. Secus post mortem si intestatus decedat arg. c. cum dilectus de successi. ab intesta. ita tamen quod nõ habeat propinquos 12. q. vlt. c. fi. & in authe. de ecclesiasti. titu. §. si quis autem. cum allegatis in ca. requisisti, de testamen. in fi.
c Erit, ista æquiparatio probatur in c. fi. de testam. ibi, vt ea epus seu parochialis ecclesia. & q̃ sint ea res. habetur in d. c. fi. & sub. eod. §. sunt tñ quædam.

d. canonicã est spũale & res perceptæ sunt tpales.
m Ad parochiales ecclesias, q. d. cum non solum canonicæ portionis, sed etiam decimarum perceptio pertineat ad parochiales ecclesias, merito iftarum coniungendus est tractatus.


ab extraneo, non intuitu ecclesiæ sed personæ esse relictum intelligitur,[a] nisi probatio in contrariũ apparreet, & idcirco de illo nec episcopus, nec ecclesia potest in uita[b] eius sibi aliquid vendicare.

Epalis, & parochialis pari passu ambulant. h. d.

Item de quib. relictis parochialis portio non detrahitur, nec episcopalis detrahenda erit.[c]

DE DECIMIS. Tit. XXVI.

Ponit subordinationem tituli ad precedentia, & sequentia, h. d.



Explicito tractatu rerũ, quæ spũalitate quadã[d] continẽtur & censentur,[e] superest nũc, ut de reb. ecclesiasticis quidem, sed temporalib. illarumque administratione dicamus. Sed cum decimę mediam quãdam inter spirituales res, & temporales naturã obtineant quippe[f] quod ipsum decimandi ius spirituale sit[g]: fructus[h] vero ipsi decimarum temporales & profani, merito de his quasi in cõfinio[i] quodam tractatus habendus erit, & tam præcedentib. qua sub sequentib. annectendus. Quod eo ẽt congruentius posse fieri vr̃, q̃ & proxime de iis, quæ sacerdotib. & ecclesiis[k] parochialibus debẽt, & similẽ naturã habere uidentur[l], loquuti fuimus, et ipsarũ quoq. decimarũ ad parochiales ecclesias[m] iure cõi spectat perceptio[n].

Quid sit decima. h. d.

Decima[o] est quota p[p] bonorum mobiliũ portio, Deo tam diuina[q] quam humana[r] constitutione debita.

Decimarum alię personales, aliæ prædiales. h. d.

Decimarũ duæ sunt species,[s] p̃sonales, & p̃-

DE DECIMIS

d Quadã. propterea dicit, quadã, q̃d verbũ vr̃ importare impropietatẽ, q. are uera multæ sunt res, de quibus supra tractatũ fuit quæ quidẽ quãrũ ad sui essentiã nõ sunt spirituales, sed solum certis respectibus, puta religiosæ domus sepulturæ, & si qua sunt similia: mere vero spiritualia, de quibus supra tractatum fuit, solum uidẽtur esse sacramenta, & illorũ efficacia, & consecrationes.

Verbum quadam.

e Censentur. Numerantur, reputãtur, sũt in honore sim. instit. de iur. nat. gent. & ciui.
f Quippe quod. Declarat, cur naturam mediam teneant decimæ.
g Spirituale sit. Cõcor. c. 2. de iur. calũ. vbi Ab. c. cum olim. de p̃scrip. c. fi. de re permut. & intelligẽ de illo iure decimã respectu. Dei & ecclesijs eiusdẽ i signũ vniuersalis dñij c. tua. e. & §. i. inf. e.
h Fructus vero. c. nostra, de loca. cap. vt super. de reb. eccles. non alie. & per Abb. in c. 1. de iu. cal.
i Cõfinio. Sic l. 2 §. quod cælesti. C. de in. ver. enu.
k Ecclesijs parochialibus. Vt est canonica parochialis. de qua dictum est sup. tit. prox.
l Habere videntur. Quia & ipsum ius percipiẽdi

n Perceptio, cap. cum in tua. cap. cum sint. & cap. cõtingat, eodem.
o Decima est. Hosti. in sum. eo. aliter definit, videlicet. Decima est omniũ bonorũ mobiliũ licite quæsitorum pars decima Deo data, cõstõne diuine debita. & in idem recidit cũ ea q̃ hic ponit, licet sit aliqua diuersitas in verbis.
p Quota. Not. exprimit istã quotã ut facit Host. Vel quia ipsũ nomen decimæ satis id p se ostendit. nec idem verbũ dẽt sæpius in definitione inculcari. Vel quia cum hodie cõsuetudo attendatr̃ in cognoscende quotã istã c. ad Apostolicæ, & c. in aliquibus eo. non potuit id exprimi, cum cõsuetudo sit uaria & quid facti.
q Diuina. Vt 16. q. 1. c. 1. et cap. parochianos, & in c. aliquib. & cap. tua nobis, eo. licet autẽ decimæ diuina cõstitutione debeantur, põt tamen super eis fieri compositio ut minus, uel certo mõ soluantur: sed hoc non nisi tum auctoritate episcopi. vt per Abb. & alios. in c. 2. de transa.
r Humana. Cõtra. c. parochianos. eo. R̃n. originaliter ab hoĩe nõ sunt institutæ sed sunt approbatę Sed vr̃ inconueniens, q̃ approbatio exeat a minore: nisi dicat sunt approbatæ. i. acceptatæ. Vel. humana constitutio hẽt se circa decimas, declarãdo & interpretãdo ius diuinũ. Vel dic, q̃d hoc verbũ. hũana, respicit p̃sonales decimas q̃ vñr iducę iure positiuo, vt p Do. ĩc. cã, q̃ p̃c. & ĩ c. q̃ terris. eo.
s Species. Habes de his in c. ad Apostolicæ. eod. & in c. fi. de paroch. & alie. paroch.

diales. Personales [a] sunt, quæ ex ijs prouentibus deducuntur, qui ex propria cuique solertia & industria obueniunt, vtputa de negotiatione, artificio, & militia. Prædiales [b] sunt, quę ex fructibus prędiorum soluuntur, vt de vino, tritico & his similibus [c] quas in signũ uniuersalis sibi retenti dominii [d] reddi Deus præcipere voluit.

Decimæ animaliũ

Personales decimę debentur ecclesiæ, in qua quis sacramenta percipit, prædiales uero ecclesiæ in cuius finibus sunt constituta prædia, nisi aliud inducat consuetudo, h.d.

Inter personales aũt, & prædiales decimas hoc interest, quod personales illi solũ parochię debentur, in qua quis ecclesiastica sacramenta [e] recipit, tametsi lucrum alibi [f] contigerit. Prædiales uero si ex prædiis in aliena parochia cõstitutis fructus collecti fuerint, ei debentur ecclesiæ regulariter, in cuius territorio prędia sũt constituta, [g] quamquam si consuetudo aliud introduxerit, seruanda [h] erit.

Personales decimæ, quæ soluuntur ex rebus uenditis & paratis pecunia decimata soluuntur deductis impensis: secus uero prædiales, & fructus non nisi cũ onere decimarum alienari possunt, h.d.

Item si personales, quæ de rebus adquisitis, vel factis ex pecunia decimata, [i] si vendantur, soluendæ sint, vt puta si vendatur domus, [k] ager, vinea, molẽdinum, grex, aut merces, q̃libet expensæ prius quas quis in rebus parandis fecerit, deduci debent, [l] & de residuo, quasi

a Personales sunt. De his habes in ca pastoralis, & 16. q. 1. c. decimæ.
b Prædiales sunt. De his habes in c. in aliquib. & c. ad Apostolicæ eo. & in c. fi. de paroch. & alie. paroch. Et nota, quod & reges debent illas decimas, vt per Ab. in cap. omnes, de maior. & obed.
c Similibus. Decimæ animalium, personalib. an pdialib. annumerari dẽant quærit? Et videntur pdialib. annumerãdæ cum semper pascantur in pdiis, & hoc tenet gl. in c. ad Apostolicæ, eo. Host. in sũma eo. § q̃ sint eius spes, puta mixtas esse, quia partim captũt a prædiis, l. pascuis, c. commissum eo. l. pecoris pascendi ff. de serui. rusti. pdiorum partim a psonis ob curam & custodiã, quę si deficiat, disperdũtur aĩalia, ex hoc dubitabile vr̃ eẽ qđ no. in d. c. ad Apostolicæ, s. q̃ vbi cõtinue pascuntur animalia ibi ex his decimæ solui dẽnt, arg. cõmissum, eo. & d. l. pecoris, & l. 2. C. de ver. sig. cum secũdum hoc nulla custodiæ rõ hẽatur & personalitatis.
d Dominij, c. tua eo. & §. inf. eo.
e Sacramenta recipit. Addo & diuina audit, secundum Ab in c. ad Apostolicę, eo. quia hoc duplici respectu soluuntur personales decimæ: fac. ca. 2. de sepul. in 6. & habetur c. fi. de paroch.
f Alibi, c. ad Apostolicæ, eo. quem ita intelligit ibi Abb. & Inn. in c. 2.
g Constituta, c. de paroch. & alie. paroch. & in ca. ad Apostolicæ, eo. & vtrobique no.
h Seruanda, erit Concor. c. ad Apostolicæ, & c. in aliquib. & c. cum sint homines, eo. & in c. fi. de parochi. maxime si sit cõsuetudo præscripta, ut no. in locis supra allegatis, cum alias non deroget iuri cõi, c. cum dilectus, de consue. & intellige q̃ ualet ista consuetudo respectu ipsarum. valet. n. consuetudo uni ecclesię adimens, & alteri non ferẽs: quia non magna est uis quæ ecclesia decimas habeat. Sed quoad retẽtionem laicorum consuetudo non ualeret, ut per Ab. & alios, in c. in aliquib. & in c. ad Apostolicæ.
i Decimata. Quid si empta res esset de pecunia non decimata? v. g. aduocatus de suo patrocinio lucratus est decem, de quib. postea emit domum, quã deinde uendẽt solui decima de toto pretio: q2 pecunia ex qua domus fuit empta, non fuit decimata, si aũt de pecunia añ emptionẽ soluisset decimã, & de nouo emerit domum, q̃ postea vẽdidit p̃ viginti, soluet decimã de lucro tm̃ & sic de vndecim. Si aũt quis sibi retinet rem. q̃ emit de pecunia nõ dicimata, ecclesia hẽbit decimã partẽ illius domus: quia pro decima parte fuit empta de pecunia ecclesiæ, & sic nota, q̃ res efficitur ecclesiæ, non solum qñ tota emitur ex pecunia ecclesiæ, ut in ca. 2. de pecul. cler. verũ ẽt qñ solum pro parte emitur de pecunia ecclesiæ. Et idem dici põt in pecunia militis, vel minoris. Sunt. n. in hoc istæ personæ priuilegiatæ, l. si ut proponis, C. de rei uend. l. 3 C. arb. tut. & no. in c. inquirendũ, de pecul. cle. & est quotidianum in practica, secundũ Abb. in d. c. pastoralis.
K Domus, ager. No. q̃ negotiatio potest consistere ẽt circa bona immobilia. an aũt ista negotiatio sit licita cũ emitur res integra, & integra venditur pro maiori pretio? vide in c. eijciens, di. 48.
l Deduci debent. Sed quæ est ratio, q̃ expensæ deducuntur de mercimoniis, & non de fructibus & redditio aliarũ rerum? Rñ. in negotiatione operatur manus hominis: sed in aliis præcipue operantur manus Dei, arg. c. nasci, dist. 56. & c. non est, & c. cum non sit eo. aliam rõnem ponit gl̃n. in c. pastoralis, in uer. deducuntur in fi. quæ vr̃ innuere q̃ hæ decimæ non sunt personales, quod nõ vr̃ verũ, cum soluantur ex negotiatione, cap. in aliquibus eo. nisi forte gloss. habuit alium intellectum. Vel dic de ratione, ut per Abb, in cap. pastoralis, eod.

Quasi

a Quasi de lucro. Ex hoc. vř ꝙ de omni eo, quod peruenit ad aliquẽ gratuito titulo decima sit soluenda, & sic hæres, legatarius & donatarius de hæreditate, legato, & donato, soluẽt decimam, quod intellige de hęrede extraneo, vt late no. in c. pastoralis, eod.

ad partem quotam, nõ deducuntur expensę. & ita est, in solutione decimæ, & ita procedit d. c. tua: secus si agatur de omnibus fructibus restituẽdis, & hanc tenet Abb. in d. ca. pastoralis, reprobando Bart. in dicta l. fructus.

de lucro [a] decimæ præstabuntur.

De prædialibus decimis impensæ non deducuntur & fructus non nisi cum onere decimarum alienantur, h. d.

Expensæ uero ẽt seminis,[b] quæ fiunt pro pcipiendis fructib. ex illis, de quib. fructus perueniunt, ẽt si decimatę fuerint, non deducuntur: quoniã salua decima, fructus efficiuntur eorũ, qui expensas ipsas faciũt, sed nec fructus ipsi, nisi cum onere [c] decimarum, alienari poterunt.

Non deduci debent impensæ factę pro instaurandis rebus de quibus soluendę sunt decimæ, tam personales, quam reales, h. d.

Illud cõe tamẽ est tã personalib. q̃ pdialib. ꝙ expensæ, quæ factæ fuerint pro restaurando, detrimento rerũ, ex quib. decimæ persoluũtur, ut si pars aliqua moriatur armẽti, uinea fiat deterior, merces deperiat, portio de prouentib. decimãdis, minime deduci dẽt,[d] cuius rei illa est rõ, quod penes dominum res instauratæ remanẽt.

Census & tributa de fructibus quibus decimæ soluendæ sunt, non debent deduci, h. d.

Sed census, nec tributa de fructib. de quib. decimæ soluendę fuerint, primitus deduci poterunt, [e] cũ. n. insignũ uniuersalis dominii quasi quodã spãli titulo decimas sibi dominus reseruauerit, consequens est, ut ꝓgatiuã [f] dicti generalis dominii decimarũ solutio censuum & tributorum præcedat exactionem, uel saltẽ hi, ad quos census, uel tributa peruenerint, quoniã res cum suo transit onere, decimas soluere per censuram ecclesiasticam compellantur.

De omnib. prouentib decimæ solui debent. h. d.

Eadem ratione constitutum [g] est, vt non solum de vino, & grano, fructib. arborum, & hortorum decimę persolui dẽant, sed ẽt de pecoribus, [h] de venationib. [i] negotiationibus, de ipsa ẽt militia, [k] & denique de omnib. bonis, & ꝓuentibus omnibus, [l] ita ut qui de his eas cũ integritate soluere neglexerit, ecclesiastica distri-

Rusticite nẽtur ponere semẽ de suo, nec educunt antequã partiantur.

b Seminis. No. contra rusticos qui fundos excolendos cõducunt pro certa quota: quia tenẽtur ponere semen de suo, nec possunt deducere antequam partiantur cum domino, nisi sit conuentum in contrarium, vt per Innoc. & Abb. in cap. tua 2. eod fac. cap. cum homines, eo.

c Cum onere. Regulariter enim res transit cum suo onere, 16. q. 1. c. si quis laicus, c. cum non sit, & c. pastoralis. eod. ead. ex literis, de pign. l. alienatio, ff de contr. emp.

L. fruct⁹, ff. so. ma.

d Debet. Sed contra l. fructus, ff. Sol. matrim. vbi fructus intelliguntur deductis expẽsis. Quidam, quod hoc speciale in decimis: sed hoc non placet Ab. per c. tua, eod. Inno. dicebat, qđ l. fructus, & omnia iura, quæ dicunt, fructum esse quod superest deductis expensis, intelliguntur ex interpretatione ciuili, non naturali: quia naturaliter quid q d percipimus ex re in fructu est & reditu: & ita accipimus in solutione decimæ, & hoc notãdum est pro contrahentibus, inter quos si fiat mentio fructuum. intelligetur expensis non deductis: quia contrahentes & rustici capiunt verb. naturaliter, l. librorum. §. quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. & per Ab. in cap. pastoralis, eod. Host. dicebat aliter, quod vbi verbum, fructus, refertur

Fructus vnde itelligantur deductis expẽsis.

e Poterunt capit. cum non sit, eod. vnde sumitur.

f Prærogatiuam. Quando ergo concurrunt duæ causæ, quarum altera est potentior, illa præponenda est minus potenti: nam decima soluitur in signũ vniuersalis dominij, tributum specialis? cum autem causa solutionis decimarũ sit potentior, merito præponitur solutioni tributorum. Ita not. Ab. in ca. cum non sit eod.

Cã potẽtior ꝑponenda.

g Cõstitutum est c. peruenit. c. nuntios, capitul. tua, 2. cap. ex parte, c. non est, & cap. ex transmissa, eo. & 16. quæst. 1. c. omnes.

h Pecoribus. De his dic vt not. supra eo. §. decimarum & per Do. in. c. ad Apostolicæ, eo.

i Venationibus. An autem ista decima venationis, & auspicij sit prędialis, vel personalis? Ab & alij, in c. non est eod.

K Militia. Iusta tamen: nã si quis stipendium acciperet in bello iniusto, cum illicite recipiat, ecclesia non debet recipere decimas taliũ, de quo habes in c. ex transmissa, eod. Rex, quoque de eo. qđ iustè a d quireret in militia, soluet decimã. Abb in c. omnes, de ma io. & obe.

l Omnibus. Licitè tamen quæsitis, vt habetur in c. ex transmissa. eo. concor. 16. q. 1. c. decimæ, & q. 7. c. quicunque, & c. omnes.

a Percelli. Et etiam ecclesiastica sepultura priuari, qui decimas non restituit c. prohibemur, eo. & no. in c. non est eo. unde sumitur.
b Quemlibet. Etiã reges, ut per Ab. in c. oẽs, de maio. & obe. nulla obstante tẽpis præscr. c. cũ, quæ de præscr. clerici vero ut dr̃ in ca. nouum. eo. fic. c. nobis unde sumitur.
c Exemptus. Sed cũ decimæ tributum sint egentiũ animarũ, & eas in signum uniuer salis dñi sibi De⁹ retinuerit 16. q. 1. cap. decimæ, & c. tua nobis, eo, & q̃ dẽntur diuina cõstit. §. 1. sup. eo. & c. tua. eo. q̃ũo põt papa cõcedere priuilegium de non soluẽdis decimis contra præceptũ diuinæ legis, contra quã dispẽsare non põt: immo, usque ad animã & sanguinem dẽt defendere, 25. q. 1. c. sunt quidem, & d. §. in prin. & di. 4. ca. quę contra. So. Papa non dat alicui priuilegiũ de non dandis dicimis: sed concedit alicui administrationẽ decimarum, ut inde suscipiat sustentationẽ, & residuũ conuertat ĩ usus pauperum, & tali mõ concedit monachis, & possetetiã laicis cedere. Vel dic, ꝙ papa cõtra jus naturale dispẽsare põt remittendo decimas alicui spãliter, non tñ posset facere constõnem quæ oĩno tolleret illud præceptum: q̃a ius natura immutabile permanet, dist. 5. in prin. Verum est vniuersaliter, sed non in indiuiduis, ut no. in c. a nobis. unde sumitur.
d Tantũ. c. de terris ubi traditur, eo. Idem intellige de aliis infidelib. Dicunt tñ cõiter Doct. quod q̃uis Iudæi non teneant̃ soluere has decimas, astringuntur tamen ad satis factionẽ eius, quod ecclesia fuisset ꝑceptura ab alio Christiano, qui inhabitasset eius parochia. c. quanto, de usu. et no. in ca. tua eo, ut bene põderauit Ab. in d. c. de terris. Immo supposito ꝙ personales decimæ sint de iure diuino, quod tñ nõ tenetur, defendit Ab. ẽt iudæos ad eas esse obligatos, ut ibi per eũ late. Et no. ex hac littera, quod iure cõi possunt infideles inter Chrĩanos hẽre bona immobilia, de quo pulchre ꝑ Inn. 1 c. q̃d sup eo de voto, sed nouissimorũ pontificũ constitutionibus non possunt.
e Renunciandas. No. ergo, q̃d obligat⁹ rõne oneris pt se exonerare rẽ onoratã relinquẽdo vt ꝑ Ab. ĩ c. de terris, eod. et ob hãc realitatẽ tollunt̃ contraria q̃ possẽt fieri. Et ꝙ iudęi ñ percipiũt sacra ñn ñ arctãdi ad decimas. Et q̃d q̃ extra nos nihil ad nos c. gaudemus, de diuor. Et quod ecclesia a facinorosis, et usurariis ñ recipi eleemosinas, ut hr̃ ĩ c. plerique de immu. eccl. et ĩ c. de sen. exc. §. mercatores rubi no.
f Cõiter uiuẽtib. Habent erg. clerici conuer. uiuentes priuilegiũ q̃d non hẽrent separati, et singuli habẽt ẽt in absolutiune petenda aliud priuilegium cõe cũ monachis c. q̃m in fi. de ui. et ho. cl. et c. 1. q̃. cl. uel uou. et no. 16 q. 1 c. decimes vñ sumitur, concor. c. commissũ. et c. pen. eo. et c. cõctis, §. . 16. q. 1.
g Laborib. De q̃bus q̃ viuunt dñr pauperes, Ab. ĩ c. quod super. per illũ tex. de voto, et per Legistas in l. si constãnte in prin ff. sol. ma. Viuentes da labori bos pauperes.
h Decimæ soluebãtur. Alias monachi essent immunes, c. commissum. et c. pe. eo. fac c. 1 et c. q̃d per nouale, de verb. sig. et in c. fi. de de priu.
i Nouale. Aliq̃ñ sumit̃ ꝑ quolibet agro. vnde Poeta: Impius hæc tã culta noualia miles habebit? aliàs ager nũc primũ proscissus. c. 1. de verb. sig.
k Fundandis. Concor. c. pen. eo. vnde sumitur, vbi

ctione percelli [a] debeant.

Omnes tenentur soluere decimas, tam Christiani, quam Iudæi. h. d.

Illud ẽt nullam recipit dubitationem ad solutionem eorum quemlibet [b] teneri, nisi quis speciali priuilegio ab ipsarum præstatione doceatur exemptus. [c] Vnde non solum Christiani, sed etiam Iudęi tenebuntur.

Iudæi tantum prædiales decimas tenentur soluere, Christiani & prædiales & personales, h. d.

Inter eos tamen illa est dña, ꝙ fideles ad personales, & prędiales præstandas indistincte tenentur, iudæi uero ad prædiales tantũ, [d] quas si recusent soluere, ad ipsas possessiones renunciandas [e] compellendi erunt, ne forte hac occasione ecclesię suo iure fraudari ualeant.

Monachi, regulares, & clerici communiter uiuentes soluunt prædiales decimas, h. d.

De monachis & regularib. seu clericis cõiter viuentibus [f] videamus, & sane nulla finit ratio, ut his de laboribus, [g] ac nutrimentis propriis decimę extorqueantur, ad prædiales tamen, etiam de noualibus, de quibus antea decimę soluebantur, [h] tenebuntur.

Nouale quid sit, h. d.

Est autem nouale [i] ager nũc primum præcisus & nuper ad culturã redactus, de quo quod aliquando cultus fuerit, memoria non extat.

Decimas soluere tenentur monachi, & alijs cõiter viuentes, ẽt de prædijs de nouo adquisitis, & proprij manib. excultis, nisi obstet aliquod priuilegium. h d.

Sed & si iisdem possesiones pia fidelium deuotione collatæ fuerint, aut pro monasteriis de nouo fundandis [k] comparatæ, vel quoquo modo recenter adquisitę, ẽt si eas propriis manib. aut sumptibus excolant, nihilominus decimas persoluent ecclesiis, quibus ratione talium prędiorũ antea soluebantur, nisi super hoc spe

vbi Abb. dicit esse tex. fere apertū, q etiā de pdijs dotalibus ecclesiæ debet solui decima illis ecclesijs quibus prius soluebant, fac. p hoc q no. in c. 1. de censib. & no. per Abb. in c. nouum genus, eo.

a Speciali iure. Concor. c. 1. §. cæterum, & §. fi. eo. in 6. fa. cle. 1. eod.

fuet. ita nec contra priuilegia indulta ecclesię, ca. accidentibus, de priuil. Nec etiam contra alia bona cōpetentia ecclesijs, in c. de quarta, de præscr. auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl.

f Inter aliquos. Scilicet clericos, c. ex multiplici. eo vbi Abb.

Valet sētētia lata cōtra priuilegium principis.

b Obsistit. Et sic valet snīa lata cō tra priuilegium principis, ēt si priuilegiū fuerit in iudicio exhibitū. c. suborta. vbi scribentes. de re iudic. licet de illius iuribus nō fuerit disputatum præsumit. n. iudex ex eā ratione abli reiecisse, vt per Ab. in d. c. suborta.

c Quadraginta annorum. Ca. accedētibus: de priuil. immo etiam triginta. ca. si de terra. eod. tit. sed dic secundū Abb. in d. c. accidentibus. qđ ille text. corrigitur, licet quidam hoc non admittāt. o. cum expediat. de ele. in 6. potest etiā dicere, quod licet hic dicatur de quadraginta, fac. quod in maiori summa minor inest, non sufficit erg. vna contrafactio vel controuentio, vt priuilegium etiā concessum ad non faciendū tollat. De quo tamen dic, vt plene per Cano. in cap. cum accessissent, de const. & per Legist. in l. fi. ff. de const. prin. & intelligūt Io. An. & Host. hoc procedere, quando solutio est facta sponte, non p ignorantiā, q nō placet Ab. & miratur q doctores sequant hoc dictum, quod putāt falsum, per c. vigilanti. cum ibi not. per eū. de præscr. & per l. fi. in fi. de præscr. longi tempor.

cialı iure,[a] vel priuilegio muniti esse probetur.

Priuilegium tollitur re præiudicata & præscriptione, h.d.

Sed nec semper eis priuilegiū suffragabitur: nam si res iudicata obsistit,[b] vel priuilegio muniti decimas per quadraginta [c] annorum spatium soluerint, cum liberum sit unicuique iuri proprio renunciare,[d] præstatione tanti temporis [e] proprio priuilegio detrahere uoluisse præsumuntur, & ea propter ad decimarum præstationem compelli poterunt.

Priuilegia sunt interpretanda, ut nemini indebitè damnum inferant. h.d.

Item si post initam inter aliquos [f] super decimis conuentionem, [g] certi tenoris priuilegia obtenta fuerint, nisi conuentioni per ea derogetur [h] expresse, illis non obstantibus erit inuiolabiliter obseruanda. Ita enim huiusmodi priuilegia sunt accipienda, ut nemini læsionē, prę cipue enormem, inferre debeant. [k]

Ordinarius cognoscit de priuilegijs exemptorū, h.d.

Vnde si per hmōi concessiones parochiales ecclesias adeo grauari contingat, ut rectores de reditibus earum congrue sustentari, & episcopo debita persoluere non possint, per locorum ordinarios, ita prouidendum erit, ut

g Conuentionē. Not. ergo, q licet solutio decimarū sit de iure diuino, sup eis tamen potest pactum & transactio fieri, maxime cum superioris auctoritate. c. statuim⁹ vbi Abb. de transact. immo & citra superioris auctoritatem, si non excedat vitam componētium, ca. veniens, de trāsact. ca. ex multiplici. eo, & hoc in clericis, quid autem sit in laicis, no. in c. 2. de transact. & in ca. cum homines. eod.

Licet pacisci et transigere super decimis.

h Derogetur. Potest ergo Papa derogare pacto, & conuentioni priuatorum cap. ex multiplici. eod. Sed contra ex cō uentione oritur obligatio, quæ est de iure natura li. l. hoc iure, ff. de iust. & iure. ergo non potest tolli, etiam per principem. clem. pastoralis, de re iudi. & per Inn. in c. quę in ecclesiarum de const. Sol. aut cōuentio fit inter personas ecclesiasticas super iuribus ecclesiarum, & tunc Papa potest tali conuentioni derogare: quia sup talibus habet plenitudinem potestatis & sua potestas in omnibus intelligit excepta c. veniens. de iureiu. no. in c. cōstitutus, de rescr. fac. cle. dudum §. nos. de sepul. Aut conuentio fit super iure priuato, & tunc procedunt contraria. Abb. in d. cap. ex multiplici, & per Lano. in c. Inquisitioni, de sent. excom.

Papa quādo possit derogare cōuentioni.

Propriō priuilegio quādo qs appellat.

d Renunciare. Intellige quando non tangitur ius superioris vel tertij. Vñ priuilegio exemptionis non potest priuilegiatus expresse renunciare sine licentia Papæ, c. cū tempore, de arbit. & per Abb. in c. de terra. de priuil. tacendo tamen & patiendo præscriptionem currere, præiudicat ecclesiæ: is tñ qui cū posset impedire, passus est cōtra ecclesiā, præscriptionem currere, potest per clericum cōueniri ad satisfactionem de omni dano. Ita no. in c. peccauit, 18 q. 3. fac. quia prælatus tenetur de suo, si cut tutor, si quid ecclesiæ potuit adquirere, & neglexit. c. monemus. 12. q. 1. quidquid. C. arb tutel. fac. l. non ignorum. C. de admi. tuto. sequitur Ab. in d. c. de terra.

e Tanti temporis. Sicut ergo cōtra ius commune non currit præscriptio, nisi 40. anno. c. fi. de cō

i Obseruāda. Quia priuilegium numquam refertur ad specialem prouisionem, vel dispositionem nisi de ea fit mētio expresse, c. veniens. de præscr. & c. ex multiplici. eod.

K Inferre debeāt. De quo dic vt in c. de monachi de præb. & 21. quæst. 1. cap. 1. & fac. ca. 1. §. vbi autem. eod. in 6. vnde sumitur. Et de pluribus casibus in quibus non obstāte priuilegio debent solui decimæ, vide per Hostien. in summa eod. §. è quibus.

l Ordinarios. No. casum in quo episcopus cognoscit super rebus exemptorum: alios vide notatos in cle. 1. de sentent. excom.

a Aliàque

a Aliaque onera. Puta procurationes legatorũ & nunciorũ sedis Apostolicæ, collectarũ, & similiũ ad idem, c. 1. de præb. in 6. fac. c. sicut, de sup. neg. præl. & cap. de monachis, & c. auaritiæ, de præb.
b Prædijs. Sed contra dist. 86. c. peruenit, & c. 1. c. 2. & ca. 3. ne cler. vel mon. Solu. religiosi possunt cõducere prædia, quando propria non sufficiunt, vt hic, & in c. dilectio, eo. alias secus vt in contrarijs.

Religiosi prædia aliqñ cõducunt.

c Persoluent. cap. dilecti eod. Nam priuilegiũ specialiter concessum non est ita accipiendũ vt alteri infligat enorme dãnum, immo tali casu priuilegium nõ solum redigitur ad modificationẽ: sed tollitur etiam in totũ, ca. suggestum eo. vbi late traditur, & in ca. licet eo. tit.
d Locauerit. No. quod in hac materia priuilegij qui per alium facit, videtur facere per se ipsum. Quid autem in delectis plene per Abb. in cap. mulieres, de sen. excom. & in cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. & in cap. licet, eo.
e Efficaciã. Concor. c. tua, 1. ca. dudum, & ca. prohibemus, eo. & cap. cum & plantaret de priuileg. & c. 1. de reb. ecclesię nõ alienandis.
f Laicis. Nota quod Imperator & Rex etiam post incoronationem & vnctionẽ sunt meri laici, nec vllum ecclesiasticum ordinem recipiunt, & non solum non dant immunitatem: sed etiam ipsi debent decimas soluere. Abbas, in capitulo omnes, de maior. & obedien.

Imperator, & rex meri laici licet) vngãtur.

g Facultas. Capitulo secundo, de reb. eccle. non alienand.
h Incurrit. Cap. dudum, eodem, non excusatur iste. qui de manu laici ecclesiasticas res & decimas accipit, ex eo, quod habeat titulum, quia pro non dato habetur quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. c. quod autem, de iur. patro. c Daibertum, 1. quæst. 7. & per Abb. in dicto c. dudum.
i Ex contrario. Ideo ex contrario: quia in superiori, §. dictum erat de laicis dãtibus decimas, vel priuilegia super decimis nõ soluendis: nunc de laicis accipientibus.

Casus, quo titulus non excusat.

eisdem rectorib. tantum relinquatur, quod & competentem sustentationem habere, aliaque[a] onera debita supportare valeant.

Priuilegiati super decimis tenentur illa soluere de prædijs conductis, & priuilegiatus super laborib propriis, soluet decimas super prædijs locatis, h. d.

Super decimis quoque non soluendis priuilegiati si aliena prædia conduxerint, priuilegio minime obstante de conductis prędiis[b] solitas decimas parochiis suis integras persoluent.[c] Idemque erit de locatis prædiis, si priuilegiatus super laborib. quos propriis, uel manibus, vel sumptib. excoleret terras suas aliis locauerit.[d]

Laici & etiam Imperator non possint concedere priuilegium super decimis non soluendis. h. d.

Generaliter autem nisi huiusmodi immunitatum priuilegia ab Apostolica potestate obtẽta fuerint, nullam habebunt efficaciam[e]: ideoq. etiam Imperialis concessio quantumcunque cõcepta generaliter, cum nulla sit laicis[f] de spiritualib. disponendi facultas,[g] a solutione decimarum neminem poterit eximere, immo sacrilegii crimen incurrit[h] qui de manu laicorum rem ecclesiasticam recipiet.

Laicus etiam de manu clericorum non potest decimas recipere sub pæna excõicationis, & priuationis sepulturę, & clericus concedens deponetur, h. d.

Ex contrario[i] quoque laicus[k] etiam a clericali potestate[l] decimas recipere, & in alium velut hæreditario iure transmittere non poterit, & si secus actum fuerit, & qui concesserit, a statu suo deiicietur,[m] & qui receperit, & ecclesiæ non reddiderit, uiuens[n] quidem excommunicationis uinculo innodabitur, & mortuus ecclesiastica sepultura carebit,[o]

K Laicus. Intellige de laicis in sæculo remanentibus, vt in c. quamuis, eod. ex quo sm̃ Ab. ibi potest inferri nõ existẽtibus in sæculo, ueluti conuersis, & religiosis p̃t ecclesiã vel decima vel oblatio cõferri, & si laicus est conuersus est capax iuris spiritualis, facit, quod no tat, in c. ex. eo. de. lectio. in 6. & quod no. p Doct. in cap. 2. de insti. Si tamen hi habeant ecclesias, nõ deben regere per seipsos, sed p clericos, iuxt. no. in c. 2. de ætat. & qual. remanentibus autem in sæculo in tantum locũ habet quod hic dicit vt non possit episcopus domino domus in qua est pictura alicuius sancti, cõcedere, vt de oblationibus sancto actis disponat ad libitum, secundũ Doct. in d. c. quãuis.

Laicus cõuersus capax iuris spiritualis.

l A clericali potestate. Ex cepto Papa, q. solus potest laicũ reddere capacem iuris spiritualis, c. 2. & qđ ibi no. de iud. & d. 30. §. verum vbi not. & hr̃ per aliquos in c. ecclesia S. Mariæ. de const.
m Deijcietur. Id est, suspenditur, secũdũ aliquos. Alij dicunt intelligendum esse de depositione, & excommunicatione, vt p gl. Ab. & alios, in c. quãuis, eo. vnde sumitur.
n Viuens. Cap. ad hæc, eo.
o Sepultura. Cap. prohibemus, eo. sic & vsurarijs, c. quia in omnib us, de vsu.

a Prouen-

Reditus decimarum locari possunt, dummodo locatio non sapiat alienationem. h.d.

Si quis tamen cum ecclesię conditionem meliorem facere possit, decimarum suarũ prouentus [a] alicui locare velit, dummodo huiusmodi locatio ad feudum [b], vel alienationem non uideatur extendi, id facere minime impedietur.


Episcopo debetur a rectoribus quarta decimarum quas exigunt, nisi præscripta fuerit, h.d.

Postremo sciẽdũ est, quod veluti parochialibus ecclesiis, secundũ ea, quæ proxime exposuimus [c] decime debentur, ita ẽt decimarum ipsarum quarta [d] episcopo a rectorib. ecclesiarũ, ni legitima obstet prescriptio [e], persoluenda erit.

De rebus ecclesiæ alienandis, vel non.

Tit. xxvij.

Regulariter episcopus non potest aliquid agere, sine consensu, vel consilio capituli. h.d.



Ractemus nunc [f] de reb. tẽporalib. ecclesiarũ, illarumq. administratione & alienatione, sine quib. spiritualiũ dignitas haud facile cõsistere potest [g]. Et quidem illud in primis firmare nos oportet, nihil epum regulariter [h] sine consensu sui Capituli, uel consilio [i] posse super his statuere. Cum uelut caput ad membra, ita sese prælatus habeat ad capitulum, in eo aũt totius uidetur esse consensus Capituli, cui & maior & sanior [l] fratrum accesserit sententia.

Alienatio rei ecclesiasticæ facta sine utilitate ecclesiæ & clericorum consensu non valet. h.d.

Ex his consequens est, ut rerum ecclesiasticarum absque clericorum [m] subscriptio-

a Prouentus c. 2. de loca. & bene dicit prouentus: qa ius ipsum pcipiẽdi nõ trãfert in laicos, vt per Ab. in c. 2. de iu. cal. & ĩ c. cũ olim, de pb. & su. eo. in pri. & in c. Messana, de ele. & c. puenit, de arbi.

b Ad feudũ. De hoc diffuse no. in c. quãuis, eo per gl. s. q̃ ibi Abb. dicit ab oib. approbatã, & p eũdẽ ĩ c. ad hæc, eo. & p Fel. in ca. q̃ in ecclesiarum, versic. quinta declaratio, de consti.

c Exposuimus. supra eo. §. in ter personales.

d Quarta. Capit. conquerente, vbi traditur, de offic. ordi. & supra. de immu. ecc. §. pen. licet quidam cõtra, & male, vt p Ab. in c. cum contigat, ec. vbi late disputat ad quẽ iure cõi pertineant decimæ.

e Præscriptio. Ca. de quarta, de præscrip.

DE REBVS eccl. alienan. uel non.



Ractemus nũc. vidimus hucusque de reb. ecclesiasticis mere spiritualib. vt sunt sacramenta. Item de rebus ecclesiasticis, quæ quodam respectu sunt spirituales; quodã alio respectu sunt tẽporales ut est canonica portio, vt sunt decimæ, vt sub. ti. prox. in princ. restat videre de reb. ecclesiasticis mere temporalib.

g Consistere potest 1. q. 3. c. si quis obiecerit, & dist. 93. c. legimus.

h Regulariter. Ideo regulariter, quia quædã põt epus explicare absq. consilio capituli. ut sunt minuta negotia, ut per Ab. in c. nouit. de his quæ fi. a præl. sin. con. Cap. fac. no. per Inn. in c. fi. de maio. & obed. fac. c. edoceri de resc. Item existente rationabili causa etiam ardua, poterit sine consensu capituli explicare, puta. si vellet procedere contra aliquem consanguineum & valde amicũ collegii. Item in notoriis non requiretur consilium capituli. & multo minus consensus. Ab. in d. c. nouit.

i Vel consilio. Per hanc alternatiuã reiicitur opi. gl. in c. cum vos, de his q̃ fi. à præl. sine cõ. c. q̃ dicebat, ꝙ in oibus negotijs ecclesiæ est necessarius cõsensus capituli, qđ est cõtra ca. quãto, & c. nouit eo. ti. & illã reprehẽdit Abb. in c. cum nos. eo. ti. in quo ẽt elegãter considerat dr̃iam inter iussum, auctoritatem, consilium, & consensum, dic vt per eum ibi.

K Ad capitulum Sũt ergo epus & capitulum vnum corpus fictum & representatum in singulis de corpore, ex quo, secundum Ab. in c. nouit de his q̃ fin. a præl. sin. con. c. H dispositio concepta per verba, Si q̃s, & p verba, Si qua fecerit, & c. cõprehendat etiã vniuersitatem cũ sit quoddam corpus fictum, vt hic & d. c. nouit quod procederet in fauorabilibus, non autem in odiosis vt ibi per Ab.

l Sanior. Quod tñ præsumitur si constet de maioritate, de quo in cap. ecclesia. 2. de ele. Sed si minor pars vei ẽt vnus tãrum afferret alĩ quod motiuũ rationabile. & probaret, posset impedire ordinatio nẽ vniuersalitatis facit. Nicæna, di. 31. & leg. 1. §. sed neque. Co. de iur. ver. enuc. & per Abbat. in ca. 1. de his quę fin. a ma. pra. c.

m Clericorũ. Sed de quib. clericis est hoc intelligendum? Resp. secundum Abb. & Doct. in ca. 1. de his quæ fiunt a præl. sin. cõsen. capituli. Si agit de alienatione rei ecclesiæ cathedralis, intelligas de clericis q̃ sunt de capitulo dictæ ecclesiæ. ad hoc c. 1. de reb. eccl. non alienen. in 6. Et intellige de præsentibus, absentes. n. non sunt vocandi necessario. 10. q. 2. c. hoc ius, & Abb. in d. c. 1. Si agitur de alienatione rerum inferioris ecclesiæ, magna varietas est opinionũ. Quidã. n. dicunt. quod sufficit clericorum consensus dictæ inferioris ecclesiæ quidam quod exigatur consilium canonicorum cathedralis ecclesiæ alii aliter. ut habetur in d. c. 1. Sed quid si epus non habet capitulum, quia ꝓpter bella ecclesia est destructa. Responde. loco canonicorum

nonicorum adhibebit alios clericos honestos argu.c.si forte,dist 64 fac.c.nullus res.17.q 5.fac.l. vai absunt.ff.de tut.& curat.dat.ab his.

a Subscriptione.Not.vnum ex casibus,qui indigent subscriptione nec.n.necessaria est nisi in casib.a iure expressis,regulariter.n. consensus sufficit l.pact.C.de pact. nisi in casib.not. in c.1.de cēsibus, in 6. Immo hoc qđ hic de subscript. dr,hodie ī plurib.locis non seruatur, secundum Ab.in c.1.de his, quæ fi.a prel.fine cō.c.quamquam multi teneant cō suetudinē p quā tollitur solēnitas requisita in alienatione rei ecclesiasticæ non tenere, de quo in c.nulli. eo.

b Vtilitate. Sed an sufficiet utiliter alienationis negotium esse cæptum, licet effectus secutus non fuerit.& uř sufficere.le.sed an vltro ff.de neg.ges. contrarium vř verius,quia cum ecclesia comparetur pupillo,non sufficit negotium vtiliter esse ceptum,nisi ecclesia sit facta locupletior.l.si pupilli,ff de neg.gest.eo. ta men ipso,quod non est dānificata,reputatur facta locupletior.l.in pupillo. ff.de sol.& nota,in c.fine.12.q.2.

Presumitur ecclesia facta locupletior.

c In consulto.fac.c.2.eo.in6.et extrau. Pauli.II. Veneti,quæ incipit,ambitiosæ.

d Suppositio.Cap.2.eo.in sexto.

e Non teneat.Etiā si omnes clerici cōsentiunt,c.fine,12.q.2.vbi not.& l.iubemus,C.de sacros.eccles.sed si alienatio fiat seruata forma in casu nō concesso,tenet alienatio, licet ecclesia tamquam læsa restituatur,per ea,quæ not. in c.ad nostram. eo.alienatio rñ a rectore aliquo perperam facta ualet in vita sua,& in sui præiudicium.Ab.in c. veniens de transact.ubi hoc dictum declarat.

f Ratā habeant,c.cum nos,de his,quæ fi.a præla. siue con.c.qđ quidam.ut Inn.tenebant hoc p oc dere in alienatione tēporali tantū,secus in perpetua:sed tu dic id habere locum ēt in perpetua,si ratificatio concernit fauorē ecclesiæ,& sic contractus hoc casu claudicabit,ut per Ab.in c.1.eo.ti.

Procurator ecclesię prelatus dicitur.

g Procurator.12.q.1.ca.fi.& q.2.c.fine.& ca.2.de donat.& dř procurator prælatus ex eo, quod dēt procurare vtilitatem ecclesiæ,nā proprie non est procurator,secundum Abba.in d.cap.2.prælatus enim habet dignitatē,& potest latius & liberius disponere de reb.eccle quam procurator. fac.no. in c.fi.5 q.3.& 12 q.1.c. duo sunt genera.& in c. præsenti.de off.ordin.in 6.patet quia procurator numquam donat.l.procurator tutorum ff.de procurat.prælatus vero aliquando donare potest, secundum ea,quæ habentur in c.3.de donat.& in §.licet,cū seq.sic.if.tit.,px.& §.excipiunt.infr.eo.

ne [a],& ecclesiæ utilitate [b],& Romano incōsulto [c] Pontifice,ab episcopo facta donatio,uel alienatio,uel suppositio [d] non teneat [e],nisi eam post modum ratam habeant [f]. Prælatus.n.ecclesiasticarum rerum procurator [g] est, non dominus, & conditionem ecclesiæ meliorem facere potest,deteriorem [h] non potest.[i] Quod si secus factum fuerit,nec quod gestum [k] est, uires ullas sortietur [l],& canonum temeratores tam sæcularium, quam ecclesiasticarum legū pænis subiacebunt.

Alienationis verbo quid contineatur,h.d.

Alienationis [m] autē uerbum continet hoc loco uēditionem,permutationem,hypothecā,donationem,cōductionē [n],emphyteusim,& oēm cōuentionem,per quam dominiū transfertur.

Ecclesiam suam non potest quis grauare pro alienis debitis,h.d.

Sed nec [o] cōmissā sibi ecclesiā alienis grauare debitis [p],aut litterar [q] alicui,uel sigillar cōcedere,quib.ecclesia possit obligari,aliqs audere

h Deteriorem. sic c.1. de in int. rest. & c.2. de donat.

i Non pōt.In faciēdo,nisi modice.c.11.& c.3.de don.vbi no.secus in omittendo ī 6. q.3. c.placuit, & de materia per Ab.in c.1. de dolo.& contum.

K Gestū.Et inde secutū.c.2.eo.ī 6.

l Sortietur.Ca.1. eo. in 6.c.c.si qui presbyterorum. & c. ad nostram. eo in antiq.ca.2. de rer.perm.& in extrau. Pauli H. incip.ambitiosę.

m Alienationis. Accipiūt aūt largissime ī hac materia verbū alienationis fac.cap. nulli. eo.vbi late re traditž, & extr. Pau.2. inci.ambitiosæ,& p Ab.in c.1.de his,q̄ fi.a pl.sine cō.Cap.

n Conductionem.s.ad lōgum tpus.c.nulli.eod.l. 1. ff.de superfici.& cle.1.eo.alii habent conditionem,dd cuius litteræ intellectū late per Ab.And. Sicul.& Moder.Bononienses.in d.c.nulli.

o Sed nec,& c. Dixit de alienatione rerū,nunc de obligatione.Et dř ecclesia alicui commissa ēt si cui fit cōmendata,uel in administrationē concessa,& oīb.casib. habebit locum quod hic dř & in c.2.de solut. sed quid si intrusit se quis in ecclesiam? Respo. idem cum non debeat,esse melioris cōditionis, quam sit ille,qui canonice ecclesiam obtinuit,ut in c.eum qui de præb.in 6.

p Debitis. Quæ dicantur aliena debita,uide per Inn.in ca.pastoralis,de præb.et quod ibi etiā per alios not.potest in prælatus obligare pro suasustētatione,quia hæc sunt ecclesiæ debita,ut per Ab. in c.1.et in c.2.de solut.ubi de intellectu d.c. 1.et d.c.1.et huius litterę,quæ inde sumitur.

q Litteras.Per quas concedūt prælati,ut quis possit sumere mutuo nomine suo,et ecclesiæ.An autem et quando prælatorum litteræ faciant fidem latè in c.quoniam contra,de prob.

r sigilla comedere. Nisi forsan honestæ personæ, cui posset prælatus committere. Abb.in c.scripta,de fid.instru.et est hic arg.quod sigillum probat procurationem,de quo per Ab. in c.2.de sol. et in c.1.de syndico,& quæ detrahant fidei sigilli.per Ab.et alios.in c.inter dilectos, ubi de materia plene,de fi.instru.

Tenebi-

dét, alioqui nec eccleſia ad taliū debitorū ſolutionem tenebitur[a] & qui id auſus fuerit a ſpālium & ſpalium adminiſtratione ſuſpenſus erit. [b]

Ponit caſus, in quibus clericus obligare poteſt eccleſiam ſuam. h.d.

Debita tamen a prædeceſſore [c] ſuo pro eccleſiæ neceſſitate [d] contracta, ſoluere proculdubio tenebitur. Idem ſi clericus de mandato [e] ſideiuſſerit, aut ſi non de mandato, in ré tamen eccleſiæ mutuum verterit. [f]

Poteſt prælatus rem non magni ualoris in aliquem benemeritum transferre. h.d.

Excipiuntur tamen nonnulli caſus. in quib. donandi, permutandi, locandi libertatem, feudum, & emphyteuſim dandi, aut aliter alienandi iure licentia conceditur. Nam ſi quid prælatus [g] non magni ualoris [h] alicui. forte ob benemerita, [i] donauerit, præſertim [k] ſuadente conſuetudine, [l] iure ſuſtinebitur [m] donatio.

Licet prælato concedere alicui terram gratia fabricandæ eccleſiæ. h.d.

Multo magis idem erit ſtatuendum, ſi quid forte ſoli ad eccleſiæ fabricam erigendā conceſſum fuerit, quo caſu tantum donare licet, quantum eccleſiæ parietes concludere poſſunt. [n]

Prouentus eccleſiaſtici poſſunt uendi ad modicum tempus, & ad precariam concedi, quę renouanda erit de quinquennio in quinquennium h.d.

Idem iuris erit & de redituum fructuum

a Tenebitur. Niſi quatenus in eius vtilitatē erit verſum ca. quod quibuſdam, de fideiuſſ. concor. c. 2. de ſol. & 10. q. 2. c. ea enim. verſ. creditor. quod tñ non præſumitur, niſi probetur. Abb. in c. ſuper hoc. de renunc.

b Suſpenſus erit Ipſo iure, cū verbum ſuſpēſus, ſit verbum pręteriti vel præſētis tpis fac. not. in reg. in pęnis, de reg. iur. in 6. & no. in c. 2. de ſolu. & no. pœnā committi ex actu nullo. ſimi. in ca. nuper. de big.

c A præcedeſſore. Eſt enim quaſi hæres ipſius. 24. q. 8. c. conuenior. & 12. q. 2. c ſi. vnde iſte ſucceſſor, & hæres comparantur. Nam vt hæres ſuccedit in vniuerſū ius ita & ſucceſſor in beneficio ſuccedit in vniuerſum ius eccleſiæ, & ſic eccleſia dicitur habere quid vniuerſum de quo not. in c. cum ad ſedē de reſt. ſpol. Item quo ad ſuſtinendum onera contracta per prædeceſſores, vt hic. Differunt tamen in quibuſdā. Nā hæredis ius cauſatur a defuncto, ſucceſſor vero in beneficio non a defuncto ius habet, ſed a ſuperiore. Item hæres tenetur ſoluere omnia debita defūcti, qualitercumque contracta, vt no. in c. 1. de teſtam. ſucceſſor in beneficio ſolum cōtracta pro neceſſitate eccleſiæ vt hic, & c. 2. de ſolu.

Hæres & ſucceſſor in beneficio in q. bus compatētur.

d Pro eccleſię neceſſitate. Aliàs. n. non teneret. c. quod quibuſdam, de don. c. 2. vbi no. de ſolut. Sed an hoc caſu debeat probare creditor pecuniā in vtilitatē eccleſię verſam? Inn. quod ſic. Hoſtien. Abb. & communis contra, ſufficit enim ſecundū eos probare neceſſitatem obligationis. c. 1. de ſolu. & ita limitabitur quod nōt. idem Abb. in c. ſuper. de renunc. vide per Abb. in c. pen. de fideiuſſ.

e De mandato. Scilicet prælati & capituli. cap. pen. de fideiuſſ.

f Veteris cap. pen. de fideiuſſ. & intellige hoc qñ utile eſt eccleſię illam viſionem eſſe factā, ita qꝫ veriſimiliter eccleſia de ſuo expendiſſe, niſi eſſet facta illa uerſio, l. fundo. ff. de rei vend. aliàs eccleſia teneretur ſolum illud refūdere in quo eſt meliorata: non autem quātum eſſet expenſum, quod intellige, quando particularis, qui cōtraxit, nullā habebat adminiſtrationem, vel peculiū, vt latiſſim e per Abb. in d. c. pen.

g Prælatus Intellige nō ſolo de prælato ſeculari. verū ēt de regulari in regulari enim loquitur ca. cęterum, de don. vñ hic ſumitur, de ſeculari probatur in cap. fin. de pecul. cler.

h valoris. Scilicet mobiles & non ptioſas, aliàs non procederet quod hic dicitur nec ēt conſuetudo, vt ꝑ Abb. in cap. cęterum de dona.

i Ob benemerita. cap. fi. de pec. cler. addit dictionem, forte, quia idē eſſet dicendū ſi donaſſet ob alia rationabilem cauſam. fa. c. r la tū. 2. & qđ ibi no. de teſta. Ab. in c. cæterum. de don.

K Prǫſertim. Ideo additur dictio ꝑſertim, quia non eſt ſemper neceſſaria conſuetudo ſi quid. n. vellet donare de rediti bꝰ eccleſię, quos facit ſuos, pōt ꝑlatus ēt ſine conſenſu capituli, & ſine aliqua cōſuetudine, pro hoc quod not. in c. ꝑſenti. de off. ordi. in 6. Idem eſſet ď alia re minima ſed ſi nō eſſet minima, nō poſſet aliquid donare ſine cōſuetudine, niſi cū cā ꝓbabili, vt ē notatū ſu.

l Conſuetudine Iuri non contraria, diſt. 7. c. ſcit ſancta. & de re iud. c. cum cauſa.

m Suſtinebitur. Sed contra: q̃a nil dat, qui nihil habet. l. ſi vniuerſæ. C. de leg. 1. q. 8. c. Dalbertum, cū alleg. in c. cæterū. de don. & eſt c. 2. eō. tit. & 12. q. 1. c. ſi priuatū. Rñd. hoc intelligit de erogatione in pauperes; ſed. hoc licet ſit in ſe verū, huic tñ lit terę nō cōuenit, nec c. cętera quia hoc caſu nō eſt neceſſaria conſuetudo, & alia de quibus hic, quia ad eleemoſynā tenetur eccleſia de rebus ſuis. 16. q. 1. c. qm 12. q. 2. aurū Vñ intellige etiā de donatione facta nō pauperi, quæ erit valida concurrēte conſuetudine etiam quod res non ſit minima, dummodo non magna. Facit ſimile de tutore, q. quamquam non ſit proprietarius, ratione tamen liberæ adminiſtrationis aliqua donare poteſt. l. cum plures, ff. de admi. tut. fac. l. filius. ff. de dona. & c. nobis. in fi. de elect. & cap. is cui. eo. tit. in 6.

n Poſſunt. 17. q. 4. c. in venditionibus, & c. quæſti.

a Fructuum quæ. Differentia est inter fructus & reditus: quidquid est in fructu; est in reditu, sed non contra. vt no t. in c. generali. in fi. de elect. in 6. & fac. Cle. 1. in fi. eo. vnde sumitur.

Fructus differt a reditu.

b Ad tempus modicum. Sed quod dicet modicum tps? Rñ. relinquendum erit iudicis arbitrio. l. 1. in fi. ff. de iu. deli. l. 1. §. 1. ff. de effrac. cap. de causis, de offi. deleg. ca. inquisitionis. de accu. & no. in l. 1. §. quod ait. ff. de superfi. iudex aũt arbitrabitur sm subiectã materiam & not. de hoc ĩ cl. j. eo in fi.

Tempus modicũ.

c Precarijs Contractus iste precariç, vel præcariũ est iuri ciuili incognitus; & de eius naturas vide Ab. ĩ ca. I. de pca.

Contractus precarie iure ciuili, incognitus.

d Memoria fac. 12. q. ca. longinqtate. & ca. sæpe.

e In quinquennium. Non est de substantia contractus huius quod fiat de quinquennio in quinquenniũ, vt per Ab. in c. 1. de precar.

f Patitur. Nec pactum factum in contrariũ valet. l. cũ pcario. ff. de pcar. Itẽ extinguitur morte eius cui precariũ fuit concessũ: & sic in hæredẽ nõ transfert non tñ cõcedẽtis morte finitur: q̃nã vbi actus validitas dependet ab alicuius volũtate, nõ extinguit ipsius morte. quia præsum t decedere in eadem voluntate. cap. maiores, ext. de bapti. concor c. fi. de prec. vbi Ab. latissime de eius natura differit. Et quo modo a commodato differat, quæ materia cum sit mere iuris ciuilis nõ est hic ponenda Finitur etiã. Precarium cum res est alienata, & nouus adquisitor vult reuocare. d. c. fi. & fac. 10. q. 2. c. precariç. cum duobus seq.

g Reuocandæ. Host. in hac materia ponit hos versus Riæ, ria, rium, tria sunt, quib. caputi unũ Riæ sunt solitæ post singula lustra renasci. Ria fit ad mortẽ, nec circa vult reuocari. Rium finitur tunc quã vult suus actor: Tertiũ tñ versum nõ approbat

versus.

Ab. in c. 1. & de preca. nec differentiam singularis & pluralis numeri.

h Successor. Etiã ex officio, c. qm̃. §. sunt & alij. velit. nõ conte. vbi Ab. & absq; timore pænæ appositę rescissioni a pdecessore. c. 2. de preca. fac. 35. q. 9. cap. quod quis.

que a venditionib. ad tempus [b] modicũ faciendis. & de precariis [c], quę qñq. de ecclesiarũ possessionib. fieri solent, quæ ne tẽporis lõginquitate iuris ecclesiastici pereat memoria [d] de quinquennio, in quinquennium renouandæ erũt.

Precarium soluitur ad beneplacitum concedentis secus precaria, nisi sit irrationabilis. h. d.

Distat autem a precarium a precaria, quia precarium tãdiu conceditur quoad is qui concessit, patitur [f], precariç uero nõ sunt pro uolũtate concedentiũ reuocandę [g], nisi sint irrationabiles, quo casu poterit successor [h] a prędecessore concessã precaria rescindere, & reuocare.

Ruina, prædia inculta, & siluæ extirpatæ, possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim, & si per biennium in solutione census cessatum fuerit, potest emphyteuta expelli, h. d.

Ruinæ [i] quoq. quas ecclesia reficere non valeat, & inculta prędia aut extirpatę siluę in emphyteusim sub annuo cẽsu his cõcedi poterũt a quib. vel suo, uel parentũ suorum labore cõstiterit, extirpatas nisi forte possint aliis ad maiorã ecclesiæ utilitatẽ, cũ eodẽ onere conferri. Qui tũ si p bienniũ [K] in solutione canonis cessauerint, nisi celeri satisfactione [l] postmodũ sibi cõsulere studuerint, iure expelli [m] poterunt.

Dies interpellat pro homine. h. d.

Nec quidquam eis proderit, quod, ut canonẽ soluerent sibi nunciatum non fuit, cũ hoc casu præfixus dies pro dominio interpellet [n].

Terrulas incommodas, & minus utiles, potest prelatus alienare. h. d.

Terrulas quoq. aut uineolas exiguas [o], & ecclesię minus utiles [p], aut lõge positas, vel domus [q]

i Ruinę. 10. q. 2. ca. ea. q̃, §. si quas vero. fac. c. ad aures eo. vñ sumit, & fac. c. cum dilecti, cum ibi no. de emp. & vend.

K Biennium. ca. fi. de loca. 10. q. 2 c. hoc ius § q̃ rẽ. in Priuato vero trienium requiritur, l 2. C. de iure emphy.

l Cæteri satisfactione. Potest ergo emphyteuta purgare morã offerendo, canonẽ post biennium. c. pen. & ca. fi. de loca. quantum autẽ tpis dandum sit ad purgandã hãc moram, sunt opiniones: & dr latissime in d. ca. fi.

m Expelli. Sed iudicis ne auctoritate, an ppria? dic, vt latissime in c. fi. de loca.

n Interpellet. Non est ergo requirẽdus emphyteuta q̃a tempus statutum ipsum admouet, l. magnam. C. de cõtr. & com. stip. & l. 2. C. de inemphy. q tamen non militat in foro pænitentiali, & quo ad, pecatum inducendum, vt p Ab. in c. fi. de præscr. vbi q in foro pænitẽtiali dies non interpellat pro homine.

o Exiguas. Forte appellat exiguas nõ ualẽte vltra 20. solidos ut 12. q. 3. c. si quos, & no. in c. terrulas c. cau. & q. unde sumit, & ĩ c. anteriorũ 2. q. 6. Sed contra d. l. pen. ff. de reb. eor ũ, & l. cum hi. §. in annos. ff. de transac. & 17. q. 4. c. qui cum. Sol. in contrariis erant res utiles, nec uigebat necessitas, hic quando stimulat necessitas, & res sunt inutiles.

p Minus utiles. i. nõ utiles, uel parũ utiles. Facit q̃a nullũ & minus utile ęq̃parant, c. 2. de trãsl. pl. hoc tũ nõ semper c. fi. pponẽte, & ibi Ab. de resc. q Domus Fac. 12. q. 2. c. fine. & c. non liceat.

Nullum & minus utile æquiparatur.

a Habebit.

quæ ecclesiæ pl⁹ cõmodi, q̃ vtilitatis afferũt, si necessitas fuerit, distrahẽdi ptãtẽ ep̃s hẽbit.[a]

Ep̃s põt distrahere seruos fugitiuos ecclesiæ, h.d.

Simili ratione fugitiuos seruos, & qui de fuga reuocati retineri non possunt, si uoluerint,[b] aut illi ex alio meruerint, episcopis distrahẽdi potestas erit.[c]

Feudum a uasallo attentatum, & difficilis recuperationis potest episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere h.d.

Sed & in feudum certis casib. & iureiurãdo de non alienando[d] minime obstante res ecclesiasticas cõcedere poterit, ueluti si feudum per vasallum alienatum[e] fuerit, & per ep̃m id facile recuperari non ualeat, poterit. n. per episcopum illud alicui concedi,[f] qui & ipsum recuperet, & in feudum ab ecclesia recognoscat.

Feudũ deuolutum põt per ep̃m alteri concedi. h.d.

Quinimmo etiam, si talis necessitas nõ immineat, nihilominus alienantis[g] filium,[h] vel consanguineum, vel eiusdem feudi consortem poterit episcopus inuestire:[i] Idem erit si per obitum[K] vasalli feudum ad ecclesiam remeauerit, nam & eo casu inuestire prælatus alium libere poterit, si ecclesiæ viderit expedire.

Qui aliquid contulerunt, uel adquisiuerunt ecclesiis, possunt pro modo collati, uel adquisiti manumittere, dum tamen manumissus cum posteritate, & peculio remaneat in patrocinio ecclesiæ, h.d.

Illud ẽt Toletano concilio[l] definitum reperitur, ꝙ si sacerdotes aliquid ecclesiæ suæ relinquunt, vel nihil habẽtes aliqua ꝑdia, uel familias ecclesiis suis adquirũt,[m] liceat eisdem ali-

a Habebit. Sed nunquid debeat interuenire consensus capituli? & non videt, 12.q.2.c.terrulas. In contrariũ ꝙ interuenire debeat vr̃ probare text. in c. vt super, §.1. eo. Sol. de necessitate non debet sed de honestate. Vel expressus non debet necessario interuenire, sed bene tacitus, vel dic vt not. in d.§.1.

b Si voluerint. episcopi.

c Potestas erit. ca. tertulias. & c. fugitiuos, 12. q. 11. nõ tñ dũ sunt in fuga. l. in fuga. C. de plagi. forte, quia tunc sunt in quadã libertatis specie, l. qs sit fugitiuus, §. idẽ recte, ff. de aedil. edi. nisi forte sub conditione si apprehẽdatur, vt no. in d.c. fugitiuos. Host. tñ putat posse teneri ꝙ seruus ecclesiæ quamq̃ in fuga vendi possit. idq; fauore ecclesiæ, quod tñ non placet Abb. in ca. iustũ, de re. permu.

d Nõ alienando. Pontifice. s. in cõsulto, vt in c.2. de feu. vnde sumiẽ, & not. ꝙ hoc iuramentum referẽ solum ad res, quæ sunt de mẽsa ecclesię, id est ad eas res quarũ dñum directum & vtile est penes ecclesiã non aũt ad bona, in qb. habet tantum directũ; qa ista si reuertãtur ad ecclesiã põt ꝑlatus alicui rursus concedere non obstante tali iuramento, vt per Ab. in d.c.1. & fac. no. per eundẽ, in c. vt super eo.

e Alienatũ. Quod regulariter nõ licet, maxime si sit temporale, sm̃ Host. põt bene in dotem dari ad vitã ipsius feudatarij, c. nuper, de dona. inter vir. & vxo. & habetur per D ct. in c.2. de feudis.

f Cõcedi. Not. casum, in quo licet iura cedere pòtẽtioribus. cõtra tit. C. ne li. potẽt. ꝙ est fauore ecclesiæ & odio eorũ, qui vsurpãt res ecclesiasticas. Sed an idẽ sit in re ecclesiastica occupata & quæ nõ possit fcile recuperari per ep̃m, vt s. possit dari recuperatori, & recuperaturo in feudũ, maxime stãte tali iuramẽto? Resp. sm̃ Io. An. & Ab. ꝙ nõne, s. via fraudibus aperiatẽ, vt ꝑ eos, in c.2. de feu.

g Alienantis. Collige ex eo. quod hic dr̃, ꝙ alienans feudũ in casu non permisso ipso facto cadit a iure suo, nec alia sententia requiritur; quod probatur tã hic, q̃ in d.c.2. de feud. dũ permittiẽ ep̃o feudum alteri concedere sine noua priuatione.

h Filiũ. Not. qd̃ licet delictum patris priuet filium feudo, tamen illũ nõ inhabilitat ad feudum, de quo late per Abb. in c.2. de feudis.

i Inuestire. Quod non videbaẽ quasi delictum Patris noceret filio, & propinquo, vel quasi, sufficeret ꝙ si filius veniret iure successionis vt not. plenius in c.2. de feu. fac. ca. per tuas, de dom.

K Per obitum, intellige quando feudum fuit personale, uel qñ fuit concessum vasallo, & filiis, & moritur sine filiis masculis: nam fœmina, nisi sit expresse dictum de ea, non succedit, c.1. de succes. feu. coll. 10.

l Concilio. Cap. consensus, eo habet ergo conciliũ iurisdictionem & non solus Papa: Nam si non haberet non posset definire uel statuere, l fina. ff. de iurisd. omn. iud. c. 2. de constitut. in 6. An autem constitutio facta in concilio debeat edi sub nomine Papæ, an uero vero sub nomine concilij? vide per Abbatem in c.1. despon.

m Adquirunt. Quidam intelligunt de acquisitis intuitu ecclesię, vt Inno. Hostie. vero & alij quidam inteligunt de acquisitis intuitu personę, & ex propria persona, Pro quibus videtur facere litera hic, & in ca. consensus, eod. vnde sumitur ibi Iuxta collatæ modum rei, secundum quem modum non poterunt isti clerici libertatem dare, si adquisiuerunt primo, sed intuitu ecclesiæ. Opinio tamẽ Inno. videtur magis communis pro qua facit, 12.q.2. cap. episcopus qui mãcipium. cum expediat iura iuribus. & c. ca. cum expediat, de elec. in 6.

a Manu-

a Manumittere. Etiã non bene meritos: bene meritos. n. posset manumitere, ẽt ꝙ nil ecclesiæ contulisset, c. si. quos, de seruis. 12. q. 4. & sup. eo. §. excipiuntur & in vtroque casu requiritur superioris auctoritas, vt not. per Ab. in c. consensus, eo. & in cap. tua. de his q̃ fi. a prælã. sine consen. cap.

nõ requirat ecclesiæ vtilitas, sed ꝙ sufficiat, ꝙ nõ sit in dãno, & ꝙ dr̃ de causa probabili, intel'l gendũ est de cã, ex qua mouetur princeps ad Permutandũ; puta, quia ecclesia prope palatiũ principis habet pdium, & princeps vult ampliare ædificiũ.

b Posteritate. Sed contra l. antepe. C. de oper. liber. Sol. quidã ꝙ ista posteritas fuit manumissa simul cũ parentib. Sed hęc diuinat, immo est contra c. liberti. 12. q. 2. Vnde alij quod speciale in ecclesia, vt proles liberti sit semper ecclesiæ obnoxia, hãc non probat glo. in d. cap. liberti: specialitas enim est cauẽda, not. in l. si liũ. C. fami. erci. Tertij dicunt, qđ filij nati post manumissionẽ sunt ingenui: sunt tamen obnoxij ecclesiæ, quo ad quasdã operas, q̃ consistunt in honore exhibendo; puta assurgendo, salutãdo, vt not. 12. q. 2. c. de liber tis vel dicas quarto ꝙ hæc lex põt dici in ipsa manumission veelut & in traditione rei põt pactũ apponi. l. in traden dis. ff. de pact.

quos iuxta collatæ modum rei de familia eiusdem ecclesię manumittere, [a] ita ut manumissi cum peculio & posteritate [b] sua sub ecclesiæ remaneant patrocinio.

Lucri, & damni eadem disciplina, h. d.

Quod si qui nihil de proprio ecclesiæ contulerunt, libertati seruos ecclesiæ donare ausi fuerint, ex eodem concilio episcopus successor [c] ad ecclesiæ [d] ius reuocare poterit. Impium est. n. ut qui lucrum de rebus suis ecclesiæ non contulit, damnum inferre valeat.

Princeps potest rem suam æqualem, uel maiorem cum ecclesiastica permutare, & serui ecclesiastici, si frugi sint, præterquam ad libertatem commutari non possunt. h. d.

Sed & princeps, [e] si causa probabilis [f] id poposcerit, cum de ecclesiastica, & immobili rem suã maiorẽ, vel æqualẽ permutare poterit, pragmatica super hoc præcedente forma, [g] ecclesiastica tñ mancipia, quæ frugi fuerint, [h] prędterquã ad libertatem commutari non poterunt. [i]

Episcopus potest permutare terras duarum ecclesiarum suæ diœcesis, illarum accedente consensu, & de temporalibus ad spiritualia non potest fieri permutatio. h. d.

Episcopus quoq. [k] duarũ suę diœcesis ecclesiarũ terras inuicẽ, ambarũ partium accedente consensu, [l] pmutare poterit, & si alterius partis prædiũ ualore præponderet, ad æqualitatẽ inducendã ab altera parte pecuniã [m] refundi iubebit

Immo plus dñt Doct. ꝙ si platus nollet consentire posset cõpelli p superiorem suũ.

g Forma. Hæc est quædã annotatio, vel significatio quam facit princeps sup tali permutatione cũ causæ cognitione, & hæc forma nõ ita requiritur ad substantiandã permutationem, q̃ ad excusationẽ ecclesiæ, si diceretur quod res ecclesiastica distrahi non debet.

h Frugi fuerint. Secus si fugitiua, c. mãcipia, de re. permu. & not. ꝙ ecclesia põt habere seruos, etiam Christianos. fac. §. ꝙ si q̃s. sup. qui promo. non poss.

i Non poterunt. Quod enĩ semel Dedicatũ est, ad humanos vsus trãsferri non põt c. mancipia cũ c. seq. de re. pmut.

K Eps quoque. Fac. c. 1. eod. & c. ad quæstiones. de re. permu. & 10. q. 11. c. nocius. §. sed & permut.

c Successor. Ca. 2. de precar. & sup. eo. c. distat. & 35 q. 9 c. quod quis.

d Ad ecclesiæ ius. Not. ꝙ licet alienatio non tenuerit, & sic dominum ab ecclesia non fuerit ablatum, nihilominus dr̃ reuocari res ad ius ecclesiæ. Quod facit ad qõ. si Papa cõmittat delegato, ꝙ ea. quæ repererit alienata de bonis talis ecclesiæ, debeat ab proprietatem dictæ ecclesiæ reuocare, ꝙ talis delegatus habebit iurisdictionem super rebus inuasis, & de quibus possessio tantum transiuit ad alios, de quo vide per Abb. & alios, in c. episcopi. eo. & per Fel. in rubr. de rescr.

e Princeps. Intellige de Imperatore, qui cum muneret ecclesiã multis priuilegijs, nõ fuit magnã sibi hoc quod hic dr̃ rependi, alias hoc vox princeps varie sumitur, vt not. in cle. 1. de baptismo

f Probabilis. Quidã intelligunt, ꝙ in hac pmutatione versari dẽt vtilitas ecclesiæ, & ꝙ alias non dẽt fieri, vt no. in c. 1. de re. pmu. Sed cõi. cõtra, ꝙ

l Consensu. Not. ergo, ꝙ licet eps in ecclesijs sibi subiectus omnimodam habeat potestatem. 10. q. 1. per tot. & sup. de immu. eccles. §. pen. tamen nõ potest prohibitio & sine causa rem earum alienare: ex causa tamen posset, vt not. in ca 1. vbi Abb. eo. Sed econtra possunt ecclesiæ res suas ad inuicem permutare sine superioris licentia, & sic est arg. quod canonici non possunt inuicem permutare domus sibi assignatas, de quo in c. quæsitum de rer. permut.

m Pecuniã. Sed an hoc casu remanebit permutatio hic contractus, an uero trãseat in emptionem ob pecuniã numeratã? In hac qõne varij varia tradiderunt; vr̃ tamen primo cõtrahẽtium animus inspiciendus, l. semper in stipulationibus. ff. de re iu. & ita Io. And. & Abb. in c. ad qõnes, de rer. permut. & Bar. in l. Arist. ff. de dona. si autẽ nõ apparet, est recurrendum ad coniecturas; si. n. maius sit pretiũ, quã res data vna cũ precio, vel pecunia

præ-

præsumetur emptio, cõ riũ si pecunia sit modica et res magna, ar. l. cũ queritur. ff. de stat. hom. et de hoc latissime Tiraq. in tract. de utroq. retrac. in 1. par. §. 30. in gl. 1. super verbo. permutationis.
a ¶ Non potest. e. ad q. et c. exhibita. de re. perm. sed spũalia spũalibus pñt bene permutari, traditur in d. c. ad q.
b Canonib. Cap. ad aures. c. uigilãti, c. cum nobis, c. si diligenti. de præscr. & per tot.
c Alienæ. ca. fi. de præsc. ubi ordinariæ per omnes, & no. hic quæ requirantur ad legitimã præscriptioné
d Prouentus. Sumit ex c. placuit. §. sic etiã. 16. q. 3.
e Decimationũ Imo uſ ꝙ laicus decimas possit ꝑscribere, nam ius hẽc ꝑcipiẽdis eas, ex quo ei cõcedũtur ab epo, puta ĩ feudum uel beneficium ad tẽpus. ad no. in ca. q̃uis, de deci. Ad hoc q. dam quod laicus nullum ius habet in decimis, nechabere põt. 1. q. 3. c. peruenit. & §. ex contrario sup. in tit. proxim. & sm istos plana est res et nullum est contrarium. Alii dñt cum sic concedũtur laicis ab epo, laici habent ius possidendi, sed illud ius nõ est spirituale, nec rõne illius iuris posset præscribere, q. a alieno noĩe, possidet si uero uellet interuertere possessioné iã inciperet esse malæ fidei, c. si diligẽti. de præscr. et ita nõ posset eas præscribere. Sed nõ ne ius spirituale percipiendi decimas habent leprosi qui sunt laici, c. 1. de eccle. ędifi. dic ꝙ non: sed tñ a testatione sunt liberi, ut not. in d. §. si ẽt.

De temporibus ad spiritualia permutatio non procedit. h. d.

De temporibus autem ad spiritualia permutatio consistere non potest.[a]

Res ecclesiastica potest propter præscriptionem legitimam ab ecclesia abduci, & detrahi. h. d.

Præterea & si quis per tempora sacris Canonibus [b] definita rem ecclesiasticã iusto titulo, & bona fide ita possederit, ut nullo tempore rei cõscientiam habeat alienæ [c], completa prçscriptione, res possessa a iurib ecclesiæ dubio procul intelligetur esse uocata.

Decimæ, & oblationes præscribi non possunt. h d.

Prouentus [d] tamen primitiarum & decimationum [e] præscriptione tolli non poterunt, ẽt si a Romano pontifice laicus quilibet super his rescriptum impetrauerit.

DE PECVLIO [f] CLERICORVM [g] *relictis, & successionibus eorum.* *Tit.* XXVIII.

Ecclesiasticę res reputantur etiam illę quas sacerdos adquisiuit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet. h. d.



ERgo [h] res ecclesiastica ab ecclesiæ iuribus abdicare non licet [i]. Ecclesiasticas autem res intelligimus non modo, quas ecclesiæ rationibus sacerdos competit adscriptas, sed etiam

DE PECVLIO CLERICORVM. relictis, et successionibus eorum.

Cum ti. iste sit ultimus id hoc l. propterea nõ uidetur indigere continuatione. cætterum pro meliori cognitione est animaduertum quod cum autor supra locutus sit in genere de rebus Eccles. temporal. sequitur nunc de eisdem in specie per tractare, uel dicas secundo, sup. tit. proxi. autor locutus fuit de rebus temporalib. Ecclesiarum, in præsenti uero loquitur de reb. temporal. clericorũ vnde siue vna, siue altera attendatur continuatio congrue ponit hic tit. iste, qui diuidit in quatuor par. in 1. loquitur de rebus, quas clerici acquirũt per contractũ, in secũda de rebus, quas acquirunt per ultimam uoluntatẽ, in tertia demõstratur in clerici possent testati de rebus Ecclesiast. in quarta tractat de successione ab intestato clericorum, secũda, ibi, sed & si, tertia ibi generaliter quarta ibi, vt si decesserint.

Ergo resca sus Quidã clerici beneficia sæpe emebãt diuersa bona, cũ instrumenta continuo celebrassent nomine proprio, fuerunt apud Epm accusati, vñ fuit dubitatum, anhuiusmodi contractus teneant, & quatenus aliquid interesse Ecclesiæ posset considerari, res uř clara ꝑ l. res. quę. ff. de iure dotium, Sol. tamen ut hic hř, q. a inde tollitur omnis difficultas, quæ in facto circa hãc materiam posset oriri. Non obstat l adducta, quia cum sibi cõtrariet l. ex pecunia. C. eo. non est admodum clara eius intelligentia no. arg ꝙ soluens pecuniã prçsumitẽ soluere suo: No. secundo, ꝙ bona ab aliquo acquisita cuius in dubio præsumantur ex qualitate personæ acquirentis præsumptiue cognoscitur.
f ¶ De peculio Licet peculiũ sui natura supponas habentem in aliena potestate l. fi. C. de bon. quæ lib. & ff. de pecu. per tot. & Inst. qđ cũ eo q. in aliẽ. potestate, et sit quadruplex, ut l. fi. C. de inof. test. & per Ab. in rub. eo. Sic tamen sumitur pro patrimonio ipso clericorum: & dicitur a periculo qua si parua pecunia quia clerici, et plurimum non habent empta patrimonia.
g ¶ Clericorum. Hic accipe stricte & proprie ut nõ cõprehẽdat monachos, sed solũ sæculares ut p Ab. in c. 1. de inst. quorum est hẽre hoc peculiũ.
h ¶ Ergo. Ex hoc principio patet continuatio ad percedentia & est inceptium uerbum, uel coniunctium uel illatium.
i Nõ licet. 1. c. q. 2. per tot. & sup. tit. prox. per tot.

etiam eas [a] quas is emerit cum tempore suę ꝓmotionis nihil [b] haberet.

De emptis ex pecunia ecclesiæ debet instrumentū confici nomine ecclesiæ. h d.

Cum igitur & hæc tanquā de bonis ecclesia [c] quæsi: a eiusdem esse intelligantur [d], ne quando ius ecclesiasticum imminuatur, curabit sacerdos, ut de his, quæ superemit, & ad ipsius ecclesiæ nomē [e] scripturā conficiat, & ecclesiæ relinquat, alioqui ab eius ordinatione discedat. Qui vero præterea proprii, uel alieni nominis fraudē facere voluerit, sacrilegii [f] nomē īcurret.

Relictum sacerdoti pro anima, censetur relictum ecclesiæ: secus est si quid ei sit relictum sub onere fideicommissi h. d.

Sed & si non emerit, sed pro aīa quispiam intuitu ecclesię sacerdoti reliquerit, ad huc idē statuēdū [g] erit. cōgruit. n. vt quēadmodū sacerdos hēt qd̄ ecclesiæ dimissum est, ita & ecclesia id hēat quod relinquetur sacerdoti. Si quid tñ per fideicōmissum aut sacerdoti, aut ecclesię relictū fuerit alteri postmodū profuturum, id inter ecclesiasticas facultates cōputandum non erit [h].

Bona quæsita sacerdotibus intuitus ecclesiæ, debēt remanere apud ecclesiam, nec de his potest quis testari. h d.

Generaliter igitur bona quęlibet ob ecclesiā [i] adquisita sacerdotibus, siue mobilia, siue immobilia post illorum obitum debent apud eādem remanere, nec super his vllum de iure testamentum fieri poterit.

Quid veniat nomine ecclesiæ. h d.

Nomine [k] aūt ecclesiæ, vbi clericorum est collegium, non episcopus [l], vel morientis clerici successor, sed congregatio communis intelligitur. quæ rerū illarum curā, & canonicam debet habere distributionem. Vbi autem in locū

a Sed ēt eas c. 2. eod. unde sumit & 14. q. 3. per tōt.
b Nihil paupertas ergo non obest, quo minus qs promoueri possit. Ita no. 12. q. 3. c. 1. & per Ab. c. 1. eo licet aliud sit in tutore, Inst. de exc. tu. in fi.
c Bonis ecclesiæ. Nō tū hæc est præsumptio iuris & de iure, ut nō admittat ꝓbationem in cōtrariū Nam poterit per hæredem clerici probari, quod licet non habuerit patrimonium lu cratus tñ fuit ex aliquo licet artificio, & ex industria quo casu nō acquirit ecclesiæ, c. quia nos, de testa. & per Abb. in c. 1. eo. & latius in c. 3. Simile est in uxore, quæ licet presumatur in dubio quæsiuisse ex bonis mariti. l. Quintus ff de dona. inter uir, & uxo. l. etiā C. eod. ti. ista tñ præsumptio recipit probationē in cōtrarium. ut per Abb. in d. cap. 1. & per Neuiz. in Sil. nuptiali, li. 4. & per Alcia. de presumptio. reg. 3. Aim. consi. 51. lib. 1.
d ¶ Intelligātur Sed contra. C. de arbit. tute. l. si defunctus Respon. aliud in tutore & curatore, qui est temporalis, & licet negociatur, aliud in clerico, qui non se immiscet negotiis secularibus, ne cler. uel mon. ꝓ tot. & est perpetuus & hēt liberam administrationē nā sic delictū præsumeres cōtra l. merito. ff. pro soc. & l. Quintus. ff. de donat. int. & uir. et uxo.
e Nomen ca. 2. eo. Sed quid si conficit scripturā sub noīe ꝓprio uel alieno? Resp. adhuc res efficitā ipsius ecclesiæ. & hoc speciale est in ea, ut res empta ex pecunia sua, licet sub nomine alieno, fiat ecclesi. nā regulariter cōtra, l. si ex eo. C. d̄ rei uē. l. & si de tut. C. de do. int. uir. & uix l. fi. patrus C. cō. utri. iudi. gl̄ in c. inquirendum, eo. Dicit tñ Host. nō reperi textū expressum ꝓ hac exceptione sed ssi Ab. est text. in c. 1. eod & in c. f. de test. fac. si. l. 3. C. de arb. iure. & C. de rei uen. l. si ut proponis.
f Sacrilegii. c. inquirendum eo. & ibi de hoc eo.

Sed & si. CASVS. quidā clericus beneficiantur diuersos habebat amicos, qua de re sepe sibi aliquid relinquebatur, ut pro animę salutę deberet celebrare, sed cum ipse hmōi legata alienaret uel aliter de eis disponeret fuit quæsitum, an posset, ipse. n. dicebat hoc sibi esse licitum cū legatū nō ecclesiæ. sed sibi fuisset factū: Sol. tñ ut hic dr̄. quia intuitu Ecclesię hmōi legata fuerunt facta, quod cognoscitur quia dn̄r facta intuitu salutis ęterne, qui respectus qn̄ cessat legati ī cēttm clerico acquisitū & si obiectio nō tenet. Not. qd̄ licet in ultimis uoluntatib. mens testatoris sit sequēda, id tñ aliqñ expresse, & aliquando uirtualiter & sic per coniecturas cognoscitur
g Statuendū erit De hoc su. de cano, port. §. sed in hac specie. & hr̄ in c. requisisti de test. fac. 1. q. 3. c. Pontifices.
h Non Poterit tñ detrahi Trebellianica, ut Insti. de fideic. hę re. §. sed quia, nisi forte ecclesia uellet imitari prīcipem, qui licet possit detrahere huiusmodi quartas, coesueuit tamen donare. l. 1. §. ad munic. ff. de ad leg. Flac. no. in l. & de leg. C. eo. ti.
i Ob ecclesiam. Sic in c. relatum. 1. de test.
K Nomine autem. Not. unam significationem istius verbi, ecclesia, de aliis no. in c. querelam, ne præla. ui. suas, fac. su. de constr. eccl. & que ibi not. in prin.
l Non episcopus. Qui tamen est in ecclesia. & ecclesia in episcopo. q. 1. c. scire debet.

a Di-

defuncti vnus tātum sustinendus erit, in ea bona,velut & alia dispensabit. [a]

Clerici possunt maxime accedente iusta causa de bonis ecclesiasticis facere eleemosynam,h.d.

Licet autem clerici,nec de mobilib.ipsi testamento conficere possint, consuetudinis tamen est non improbatæ,ut de his pauperibus,& religiosis locis, & his qui uiuenti seruierint, [b] siue sint consanguinei siue extranei, aliqua [c] iuxta serui in meritum conferantur,non testamēti [d] ratione sed eleemosynæ dumtaxat intuitu.

Potest quis tantum legare de bonis ecclesiasticis, quantum contulerit ecclesiæ,h.d.

Item si tantundem de propriis iuris facultate contulerit ecclesiæ,quantum de ecclesiasticis bonis legauerit,legatum sustinebitur. [e]

clerico ingenuo deficientibus successoribus ab intestato succedit in totum ecclesia,h.d.

De his uero,quę aut paternę successionis,uel cognationis intuitu, [f] seu consanguineorū, vel amicorum munere respectu non habito ad ecclesiam [g] ad clericos peruenerunt, [h] libere [i] testari poterunt.

Clerici possunt testari de his, quæ adquisiuerunt non intuitu ecclesiæ.h.d.

Quod si decesserint intestati,nec aliq fuerint inuenti, qui iure cognationis ipsis succedere valeant,si ingenuis gaudeant natalib. [k] in integrū tunc ecclesia succedet, [l] nec cuiquam ex rebus

a Dispensabit. Sed quæ diuersitatis rō inter hunc casum & superiorē. Rn̄.secundum Ab.in c.relatū, 2 de test.quia primo casu canonico datur pbenda ex bonis cōib.capituli principaliter, vt inde sumat necessaria,non aūt ut sit administrator ecclesiæ. Ideo si aliqua remanent ultra præbendam, dēnt cedere capitulo, cuius sunt bona pbendarū. Nam satis est, ꝙ successor hēat corpus pbendæ,quia datur sibi ut inde viuat, & capitulum administrabit bona adquisita,sicut alia bona cōia. Sed in alio beneficiato per se extra congregationem datur beneficium tamq̄ administratori ipsius ecclesiæ: Vnde quēadmodum est administrator aliorū bonorū ecclesiæ,ita & hæc quęsita intuitu ecclesiæ administrabit,quæ rō satis hic innuitur in illis verbis,uelut & alia, &c.

sed si vult disponere dum viuit,non prohibetur, q̄a est administrator ecclesiæ, licet ergo una uia quid non liceat,licet tamen alia,contra ca. cum quid,de regu.iur.in 6. sed illud est quando quid prohibetur rōne effectus,non modi, ut p Abb.in c. ad hæc, de test.

e Sustinebitur.1.q.2.c.si quis,qualibet.& q.5. si episcopus.

f Intuitu. Not.ꝙ clerici, tam sæculares,quam religiosi retinent iura sanguinis, & ideo succedunt, l. Deo nobis, C. de epis.& cler.& 16.q.1.c.uno hęc tamen est differētia inter religiosos quod sæculares sibi adquirūt ca.quia nos,ubi Abb.de test.religiosi monasterio omnes in d.c. quia nos.

g Ad ecclesiam. Quia tunc aliud esset,c.requisisti, de test.c.1.de succes.ab intest.& §. sed in hac specie, supra de canon. port.

Quid iuris sit de quæsitis per clericum ex artificio.

h Peruerint. Idē si ex aliquo condecenti artificio clericus lucraretur, puta quia assumpsisset lecturam,c. quia nos, de testa. ubi Ab. & alii,fac not.in ca.1.de celebrat. miss. Sed quid erit si clericus lucratus fuit ex illicita aduocatione, uel etiam ex ludo? Respon.ut per Abb.in c. relatum,2.in fi.de testam.

b Seruierint.Ad erogandum pauperib.& piis locis sufficit sola charitas,in aliis requiritur ꝙ p̄ esset seruitium,c. relatū.2. ubi Ab. & c.ad hæc,de testa & non est mirum ꝙ fiat hic remunerō de rebus ecclesiæ,quia seruitium impensū prælato censetur ecclesiæ impensum,fac.c.per tuas,& ꝙ ibi per Abb.de donatio.

c Aliqua. Hoc uerbum denotat moderationem adeo quod non posset omnia mobilia epus erogare.Ab.& doc.in c relatum.2 & c.ad hæc,de test.

d Non testamenti. No.ꝙ q̄nque aliquid conceditur inter uiuos, quod non licet in ultima uoluntate,& sic pōt quis facere per se,quod non potest relinquere alteri faciendum,fac.c. quia Ioan.12. q.5.& no.in c.Apostolicæ,de don.& sup.de constru.eccle.§. episcopo quoque. Ratio differentiæ est,quia testamentum confirmatur & confertur in tempus, in quo non est futurus prælatus,ideo non potest de aliquo disponere, de facultatibus ecclesiæ,argum.l.eum qui,ff.de iurisd.omn.iud.

i Liberè. Etiam si sit filiusfa. quia nihilominus de aduentitiis testabitur,ꝙ intellige, ut per Ab. & alios,in c.quia nos,de test.

K Natalib. Aliud si non sint ingenui,ut in §.seq.

l Succedet.Concor.12.q.5.c.fi.& q.3.c. quicunque,& ca.2.de succes. ab intest.& in §.si quis episcopus,auth.de eccl.ti. quod si quis habuit plura beneficia ur̄ quod hæreditas siue patrimoniū decedētis clerici debeat diuidi, sed tu dic, quod succedit ecclesia in qua ultimo loco clericus inseruiuit,ut per Doc.in c.1.de success.ab intest. quod si tempore mortis habebat duo beneficia,tūc forte facienda est diuisio. Quod si clericus nullam

habet ecclesiam, nec successorem ab intestato? Resp. secundum Ab. in d.c. 1. bona deuenient ad episcopum. Et ipse disponet secundum Deum, uide per eundem in c. 2. de pæn. in c. 2. in præsentia, de prob. Facit auth. omnes peregrini. C. com. de succes. Et quod dicitur de ecclesia intellige large ut comprehēdat oē beneficium, ēt si ne cura, facit ca. relatū 2. de test. tenet Ab. in d.c. 1.

d Episcopus. Et sic nota, q illud quod uenit applicandum fisco de bonis clericorum, non applicatur fisco papæ, sed episcopo loci, ut diligenter distribuat ad usum ecclesiæ, ut hic. Item nota aliud, quod Abb. in c. 2. de successione ab intest. putat mirabile, qđ in d. cap. 2. unde hæc literas sumitur, uidetur probari quod si uni ex hæredibus aufertur sua portio tanquam ab indigno, non applicatur fisco seculari, licet hæres sit secularis, sed potius fisco ecclesiæ, habito respectu ad qualitatem relinquentis: quia fuit clericus.

a Præsumere. Ante sumere, a sumo dictum, q.d. expilare, surripere.

b Seruus. Fac. c. 2. de suc. ab inte.

c Capaces. Puta hæretici, 24. q. 2. c. sane, & c. si quis episcopus.

eorum aliquid præsumere [a] licebit.

Bona serui promoti ad sacros ordines ab intestato decedentis diuiduntur in quattuor partes. vt hic.

Si uero seruus [b] ad sacros ordines promotus libertatem nactus fuerit, idemque postea decesserit intestatus, nihil omnino dominus de bonis eius uendicare poterit. Sed eius peculiū in quatuor partes diuidetur? quarum una episcopo, altera ecclesiæ, tertia pauperibus assignabitur, quarta parentibus, & si non sint capaces [c] parentes, episcopus [d] eam recipiet, & in usum ecclesiæ diligenter distribuet.

FINIS SECVNDI LIBRI.



INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

LIBER TERTIVS.

DE IVDICIIS, ILLORVM DIVISIONE.

Io.Bap. Continuatur hæc materia cum superioribus & seq. per tex. in prin. una cum glo. huius propositi tituli qui meo iudicio diuidi dẽt in tres partes. in quarũ prima ad not. ut dixi continuatio: in secunda describitur iudicium in tertia quotuplex ipsum sit demonstratur: secũda ibi potest autem: tertia ibi, summa diuisio.

R Estat. CASVS, nõ figuratur. No tamen cõtinuationem aliquãdo necessario esse faciendam de materia ad materiam, facit tex. in sti. de rer. diuis. in princ.

a R Estat. Quasi dicat, explicito tractatu personarũ in primo libro. Item rerũ in secundo iuxta partitionem factam sup. de iu. nat. consue. & consti. §. fi. restat tractare solum de iudicijs de quibus quoniam materia est ampla, & admodũ diffusa tractat duobus libris. vno complectatur iudicia ciuilia, q̃ est hic tertius. alio criminalia, qui est vltimus. Et licet hic terminus iudiciũ, uaria significet; ut p Doct. in rub. eo. tamen hic sumitur pro sustantia causa discutiende & partibus eius. l. properandum. C. eo. c. totus. de uerb. sign. 4 q. c. 1.


Potestatem. CASVS. non figuratur, sed not. quod iudicium ut doct. ad not. in rubr. eo. cum sit terminus plura habens significata: nihilominus potest describi, licet primo non ad no. secundum quod significatum accipiatur.

b Iudicium est uariæ traduntur iudicij definitiones in rubr. ec d. hæc tamen non uidetur in, sensu differre ab alijs præsertim ab ea, quæ traditur ibi per Abb. & licet forte aliquæ possint fieri oppositiones si uelimus attẽdere naturã definitionũ prout stricte accipiuntur, et insanas scribentium disputationes sufficit tamen ut sustineatur & uerificetur prout in pluribus, & tanquã describo, ponitur hic, quod apparet ex illo uer. describi.

c Causa uero, & c. cap. forus, de uerb. sign.

DE IVDICIIS, ET ILLORVM DIVISIONE.

Quid sit iudicium, & quid causa h d.



R Estat, [a] ut uideamus de iudiciis, potest autem iudicium ita describi: iudicium [b] est descussio causæ, quæ rite fit in foro coram iudice. Causa vero [c] est origo negotii, & materia iudicii.

Quæ sint iudicia sæcularia, & quæ ecclesiastica, hoc dicit.

Summa diuisio iudiciorum hæc est, quod aut sunt secularia, aut ecclesiastica. Iudicia sæcularia sunt, quæ coram iudice laico inter personas sæculares exercentur. Ecclesiastica uero sunt, q̃ coram iudice ecclesiastico inter personas [d] ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt, [e] quibus principaliter orbis regitur [f] Auctoritas sacra

Sũma. Hæc pars subdiuiditur in 3. par. sicuti tres in ea explicantur iudicij diuisiões, ĩ quarum prima habetur diuisio iudicii desumpta a materia, uel a potestate, in secũda declaratur alia eiusdem diuisio desumpta a qualitate iudicis in tertia demonstratur alia eiusdem diuisio desumpta ab ordine procedendi: secunda ibi, est & alia; tertia ibi rursus iudiciorũ. Io.Bap. quoad primũ adhuc puto ipsa diuidendam esse in duas particulas, ĩ prima hẽtur ista prima iudicii diuisio, in secunda eiusdẽ diuisionis declaratio. secunda ibi, laicus ergo: quoad primũ CASVS aliter nõ figurat. No. tamẽ ꝙ humanum genus nõ tantũ legibus sed etiã & potestate regitur. facit cap. duo distinct. 96. No. secundo argumentum quod ius ciuile, & ius canon originaliter & affectiue dependent. à potestate Cesarea, ac Pontificia.

d Ecclesiasticas ꝑsonas. Vt ĩfra eo. §. parti ratione & in tm̃ clerici sunt ab ecclesiastico iudice iudicãdi, vt neq Papa subijcere possit clericos potestati sæculari Inn. & Ab. in c. 2. de maior. & obe. nisi ex causa. Ab. in c. proposuit de concess. præben.

e Duo enim sunt. Concord d. 96. & auth. quomodo de opor. & c. pulchre. per Archi. in rub. decreti. col. 1.

f Regitur. Et vnum non dependet ab altero, & sic potestas Imperatores veri nõ videtur pẽdere a Papa. sed immediate a Deo, & ita nota. c. duo, & c. si Imperator. dist. 96. de quo tñ dic, vt p eximium doctore, & ꝑceptorẽ meũ dñm Restaturũ Castal.

Q 3 dum

dum in tractatu de Imperator, q.4. qui testatur cõem hodie esse sententiam, quod Imperator & imperium est ab ecclesia, & latius per eundẽ in eod. tractatu, q. 1. fac. quod no. Ab. in c. licet, de fo. cõp. a Administrator. 11. q. 1. ca. sicut, & per tot. & c. nouit. eod. & hoc regulariter. Sunt tñ casus, in quibus iudex clericus cognoscit inter laicos. & econtra, vt diffuse p Stephanũ Auferiũ Tholosanu ĩ tractatu de ptãte sæculariũ sup ecclesijs, & p eũdẽ ĩ tract. de potestate ecclesię sup laicis, & p Bernardũ Laurẽtij, quadã recollecta casuũ, in quibus iudex sæcularis potest in p̃sonas ecclesiasticas manus immitere in tomo 5. tractatuũ & p Doct. in c. 2. de iud. vbi qñ laicus possit esse assessor iudicis ecclesiastici, & in c. licet, & in c. ex tenore, de foro cõp. & in c. ecclesia sãctę Marię de cõst. & dicetur inf. eo. in discursu varijs in locis.

vlt. opi. docent doct. in cap. 1. de mutuis petition. & Maran. in suo Specul. Not. primo iudicis incõpetentiam aliquãdo esse omnino notariam, & aliquando dubiam, & tunc ad superiorem esset deueniendum. Not. secundo, quod iudicis competẽtia cognoscit aliquãdo à reo cõuento aliquando à qualitate negotij.

Pontificum, & Imperialis, ac Regia potestas. Vnde sicut ciuilium legum non nisi ciuilis esse debet executor, ita etiam ecclesiasticarum, ecclesiasticus iudex est administrator.[a]

Laicus a laico coram sæculari iudice conueniri debet, nisi causa sit spiritualis, uel similis, & litteræ impetratæ ad iudicem ecclesiasticum, non tenent h.d.

Laicus ergo a laico coram iudice sæculari, non autem ecclesiastico conueniẽdus erit, quod vsque adeo obtinet, ut etiam si alteruter litigantium ab Apostolica sede litteras ad ecclesiasticum iudicem imperauit, irritę sint & inanes[b] si tamen causa huiusmodi, quæ ad ecclesiasticum forum pertineat, qualis est matrimonii,[c] vsurarum,[d] periurii,[e] & similes,[f] licet inter laicos disceptatio sit iudex ecclesiasticus adeundus erit.

Spiritualis iudex ex causa iudicat inter laicos. hoc dicit.

Idem iuris est, si uel a sæculari iudice iustitia impetrari non potest,[g] vel consuetu-

b Et inanes. Sed quęritur an sint irritę & inanes ipso iure? Quidã qđ tales litteræ sũt ĩ suspenso, & quod euẽtus declarabit an sint nullę scilicet si appareat iudicẽ laicũ esse, vel nõ esse negligentẽ: vt no. in c. licet & in c. ex tenore, de foro cõp. & tenuerunt multi antiq. Ab. in d. c. licet. distinguit, an literæ sint ĩpetratæ a p̃sonis miserabilibus. an vero nõ miserabilibus vt secundo quidẽ casu irritæ sint ipso iure, primo vero nõ rõ ãt diuersitatis est secũdũ eum (reiectis rõnibus Ioan de Ligna. & Anto. de Butrio.) q̃a in p̃sonas miserabiles seu delinquentes cõtra eas habet Papa iurisdictionẽ magis latã, quam in alia, nõ miserabiles; quia miserabiles sunt sub eius protectione, vt hic, & cap. significantibus de offi. de lega. unde commitendo videtur exercere officium protectionis, quasi comminetur sæculari quod si non procedet, ipse per suum delegatum procedet, sicut in simili dat conseruatorem ante iniuriam illatam, ca. 1. de offi. de leg. in 6. sed alios laicos non sic habet in protectione, in ideo nullo modo committiant negligẽtiæ tempus. l. obseruare §. nec pro eo. ff. sic offi. proconf. & cap. quod clericis. de foro comp.

Laicus ergo. Licet hęc pars ĩ plures posset diuidi particulas, CASVS tamẽ ita ĩ cõi figurari commode potest, cum sæpe diuersæ oriãtur inter homines fideles cõtrouersiæ, adeo quod aliquando oriantur inter laicos & laicos, aliquando inter clerico, & clericos, aliquãdo inter laicos & clericos. & aliqñ inter tales fideles. vt dubium sit an sint laici, vel clerici propterea dubitatũ fuit de cõpetentia fiu dicis, enim nos volumus considerare duplicem potestatem supra ad not. in §. 1. ver. duo enim, res videtur clara quod inter laicos dẽt esse laicus inter clericos, clericus, & in dubio sit locus præuentioni, iuxta no. in ca. pen. de foro comp. confirmatur præuentio ista arg. c. 1. §. cuius in agendo. 3. q. 8. Sol. tamen prout in hac parte legimus, & ratio est quia ad cognoscendam hanc iudicis cõpetentiam meriorem regula non habemus nisi obseruare quis gerat personã rei conuentiant qualis sit res quę in iudicio est proponenda, tũc. n. in claris cessat omne dubiũ, at indubio conuenientius esset deuenire ad potestatem superiorem, quæ in casu nostro est Ecclesiastic. solitæ de maior. & obed. vnde cum solum ad obiectionẽ præuẽtionis sit respondendũ, sine contrauersia est dicẽdum, ipsam locum habere quando vterq; iudex esset competens, secus aliter, atq; hoc eodem modo dicendũ est ad reconuentionem sm̃ tamen

c Matrimonij. Cap. causam matrimonij, de offi. de leg. & c. ex literis. de consang. & affi.

d Vsurarum. Cap. quoniam. de vsur. & per tot.

e Periurij. Cap. fin. de foro Comp. in 6. potest tñ de iuramento esse congnitio iudicis sæcularis; puta si agatur de obseruãt a iuramenti, non de ualiditate Abb. in c. cũ sit de fo. comp. sicut & si agatur mero possessorio, licet causa in petitorio sit spiritualis, iuxta doctrinam Ab. in c. literas. vers. vnde multum probabiliter. de iur. calum.

f Et similes. De quibus habetur latissime in cap. licet de foro comp. fac. tuam, de ord. cogni.

g Non potest. Puta, quia uacat imperium, ca. licet, de for, comp. vel ex negligentia iudicis sæcularis, vt in

do [a] loci, vel miserabilitas [b] personarũ ecclesiasticum iudicem compellendum subdeat.

Clerici habent priuilegium, ne coram iudice laico conueniri ualeant, non potest ullo pacto renunciari. hoc dicit.

Pari ratione [c] tam Mileuitanẽsi, [d] quam Carthaginensi [e] concilio constitutum est, nec clerici clericos, relicto suo pontifice, ad publica [f] iudicia sub pæna depositionis, [g] & amissionis, [h] propriorum iurium pertrahant, [i] cui beneficio, cum nõ sit personale: sed collegio [k] ecclesiastico indultũ pactionibus priuatorum, aut iuramento illicito derogari non potest [l].

Qualiter clerici in iudicem non suum consentire possint h.d.

In iudicem tamen non suum, si is persona sit ecclesiastica, & episcopi diœcesani consensus accesserit, clerici consentire poterunt.

Actor sequi debet forum rei. h.d.

Quod si inter clericum & laicum contentio sit, ut cognoscamus, utrum ecclesiasticus, an secularis iudex causam dirimere debeat, dispiciendũ erit, quis rei contenti partes sustineat. Nã si clericus apud ecclesiasticum forum, si laicus apud sæcularem erit agitenda causa. Cum generale, sit ut actor forum rei sequamur [m].

ut in d. c. licet. & c. ex tenore. de for. comp.
a Consuetudo loci. Cap. si duobus. de appe. & ca. si clericus. de for. comp.
b Mirabilitas. Cap. ex tenore. de for. compe. & c. super. de verb. signi. & cap. significationibus, de offi. de leg. & quæ sint hæ. & quando possint immediate iudicẽ ecclesiasticũ adire, p Abb. in c. licet, de foro compet.
c Ratione. Quæ scilicet ponitur in §. 1. sup. eod.
d Mileuitanensi. 11. q. 1. c. nolita. & ca. si diligenti. de for. compet.
e Carthaginensi. 11. q. 1. c. placuit. c. si diligenti, de fo. comp.
f Publica. Sæcularia vt per Doc. in c. si diligenti. de for. comp.
g Depositionis. Hoc quando trahit in criminali causa secundum quosdam.
h Amissionis. In causa ciuili secundum quosdam. Abb. tamen in ca. si diligẽti. §. fi. de for. comp. in vlti. not. aliter declarat, dic. vt per eũ. Dubitatur tamen an ipso iure incurratur hæc pœna, an per sententiam, & communiter tenetur, quod p sententiã, vt traditur in d. c. si diligenti. Quid tamẽ si laicus trahat clericum ad forum sæculare? Respond. perdet causam, auth. statuim us. C. de epis. & cler. quod priuilegium Spec. trahebat etiam ad clericum coniugatum de quo tamen dicas, ut in capi. vni. de cler. coniug. in 6. Sed numquid clerici, qui consentiunt in iudicem ecclesiasticum non suum incurrant pænam de qua hic. Respon. vt plene habetur in c. significasti, de for. cõp. Sed an possit clericus de consensu episcopi consentire in iudicem laicum? Respon. non ex ratione quæ statim subditur in hac littera. ita not. dict. capitu. significasti. Argu. contra, cap. 2. de for. comp. Solut. ut ibi per Abb.
i Pertrahant. Sed quando intelligitur quis ptrahere, vt sit totus pænis de quib. hic, & videt quam primũ quis clericum in iudiciũ vocauit. 11. qu. 1. c. in olita, vnde sumitur hæc littera, & l. in criminali. C. de iuris. omn. iud. Alij quod solum post litis contestationem. l. quamuis, ff. de in ius vocan. l. si conuenerit. ff. de iuris. omn. iud. & arg. 11. q. 1. c. placuit, & l. Papin. §. meminisse. ff. de inoff. test. l. alia. C. de his, qui vt indig. l. si cũ exceptione. §. hæc actio & §. satis. ff. quod met. causa & hæc placet Bart. & Abb. p l. qui cum mino. §. accusasse. ff. de bon. lib. & p l. in seruitutẽ. §. petijsse. ff. eo. tit. & hæc videtur cõmu. opin. quando sumus, in dispositiõe legis: aliud si ĩ dispositione hominis, de hoc plene p Bar. in l. amplius. ff. rem rat. hab. & quod dicitur licere desistere vsq; ad sententiam, intellige secundum Abb. in c. si diligenti. de foro compe. siue illa sit definitiua siue hẽat vim definitiuæ, vbi & de quadruplici mõ practicãdi, quod hic dicit. Sed an vetetur clerici cõpmittere præter conscientiam episcopi? Resp. non sup reb. proprijs. An autem idẽ sit super rebus ecclesiæ? dic vt no. in ca. contingit de transa. & in c. 2. in c. cum tempore. de arb.
K Collegio. Et tñ maior pars collegij potest renũciare fauori introducto ad honorem totius collegii. Ab. in c. cũ inter canonicos de ele. ver. ex hoc nota quod maior pars, &c.
l Non põt. l. ius publicum. ff. de pact. c. fi. diligenti. de fo. cõp. ubi latissime, an & qũo hæc posito pcedat. Sunt & aliæ rones ꝙ clericus corã iudice laico cõueniri nõ possit, de q b. in d. c. si diligenti.
m Sequatur. Cap. experientia cum seq. 11. q. 1. ca. cum sit, & c. si clericus, de for. cõp. l. in criminali. C. de iu. om. iud. hoc tñ non procedit pluribus casibus not. in c. licet & in c. ea tenore, de for. cõpe. de q b. aliquid sup. §. prox. Item non procedit si agatur de exceptionem. l. si contendat. ff. de fideiu. c. 1. de iureiu. de quo diffuse per Ab. in c. si quis contra clericũ tã in lectura, q̃ in rep. de fo. comp. Itẽ non procedit hoc si consuetudo aliter disponat: valet enim consuetudo quod laicus conueniatur coram iudice ecclesiastico per clericum, etiam si non agatur de re ecclesiastica, uel patrimonia-

Iudex laicus non potest condemnare clericos. h. d.

Cauendum erit igitur laico iudici, nequoquo modo clericum [a] condemnet, [b] quod si fecerit ab ecclesia, cui iniuriam [c] irrogasse noscitur, tamdiu sequestrandus [d] erit, quousque reatum suum cognoscens emendet.

Si delinquens captus prætenditur clericus, utrum ita sit, debet cognoscere iudex clericus uocato iudice sæculari. h. d.

Dubitari [e] etiam contingit, si iudex laicus delinquentem captum detineat, & is se clericum asserens ad curiam ecclesiasticam remitti postulet, uel illum curia ipsa ecclesiastica tãquam clericum repetat, [f] si iudex laicus illum esse clericum inficiatur, & propterea minime remittẽdum contendat, quis sit huius dubitationis legitimus futurus iudex? & cum de re ecclesiastica, & spirituali [g] sit controuersia, ad iudicem ecclesiasticum huiusmodi cognitio pertinebit. Iudex tamen sæcularis, uel alius cuius intersit, [h], dũ res huiusmodi cognoscitur, vocandus erit.

Delinquens captus habitus pro clerico, statim debet restitui iudici ecclesiastico. h. d.

Sed si notorium [i] fuerit, vel fama publica extiterit, reũ captum talem esse clericũ, qui huiusmodi priuilegio gaudere debeat [k] aut ipse pro clerico communiter habeatur [l], statim ante vllã de clericatu cognitionem [m] ecclesię curię restituendus erit.

si ipsius clerici. d. c. si clericus, vbi nõ fac. c. nouit. eod. & 2. q. 5. c. si quis presbyter.

a Clericum. C. 2. c. significasti. & cap. pen. de fo. comp. & intellige nõ solũ de eo, qui est in sacris constitutus: sed ẽt in minoribus ordinibus. d. ca. 2. & c. cum nõ ab hoïe. Sed an idem sit in clericis cõiugatis; dic vt no. in c. vni. de cle. cõiu. in 6. & qđ nõ sit idem videtur hodie per Cõc. Tri. statutum respectũ certarum qualitatũ, vt sess. 23. c. 6. in decre. reform. Sed quid dicemus de eremitis? & idem videtur quod de clericis, cum subsint episcopo ĩ cuius sũt territorio vt not. in c. nulla. dist. 93 in ca. quæ vere. 16 q. i. & hoc videtur ꝓbare Inno. & Archid. Cõtra Lauren. & Io. de Lign. Nã a iurisdictione sæculari duplex act⁹ eximit, ordinũ receptio, & cõue si ad aliquam probatã religionẽ. ca. fi. de relig. dõ. c. nõ dubiũ: de sen. excõ. 16. q. 4. c. si qs suadente, quorũ ueutrũ in simplicib. eremitis cõcurrit & hoc videt̃ iure verus, licet primũ forte videri possit æquius, de quo p Abb. in d. ca. vbi quid de rectorib. hospitalium & Iesuatis.

b Condẽnet. Sed cõtra 3. q. c. cuius in agẽdo, & c. at si clerici eo. materia. Resp. hoc non procedit cã re conuentionis, de quo late in d. c. at si clerici. Idẽ dicendum in causa feudali. c. verũ de fo. comp. de quo dic, vt per Ab. in c. certum. eo. tit. & habetur in c. cùm non ab homine, eod.

c Iniuriam. 2 q. 7. accusatio. in fi. & dices de hoc vt per Ab. in c. cum venissent. eod.

d Sequestrandus. i. excommunicandus. 23. q. 3. c. certo, & ex hoc quod loquitur per uerba futuri tẽporis, collige ꝙ talis iudex nõ est excõicatus ipso iure: sed venit excõicãdus per sentẽtiam, vt cõiter per Doct. in c. 2. de fo. comp.

e Dubitari. Cap. si iudex, de sent. exc. in 6, vnde sumitur.

f Repetat. Sic ciuitas repetit suum ciuem. l. 1. 2. ff. de rei vend. & l. de iure, ff. ad muni. Sic & petit ciui. suo iustitiam fieri, & violẽter ablata restitui. 13. q. 2. c. dñs. Sic & pater petit filium. §. quid si impubes, sup. de reg. & c. fi. de conuer. inf. Sic miles armatæ militiæ p magistũ militiũ ĩ ciuilib. & criminalib⁹ iudicatur. l. magisteriæ, C. de iur. om. iud. Vñ & sic clerici corã suo iud. c. at si clerici. eod.

g Spirituali. De qua regulariter, nec principaliter nec incidẽter debet se iudex laic⁹ ĩtromittere c. tuã, de ord. cogn. & c. per venerabile, & qui fil. sint legit. cum simil.

h Intersit. Puta aduersarius qui illũ detineri fecit, & pro aliquo ꝓtẽso maleficio vult puniri facere; si ãt nõ est aduersari⁹, puta qa iudex ꝓcedit ex officio, tũc citabit̃ sęcularis iudex, concor. ca. venerabilib. §. 1. & c. si iudex, de sen. exco. in 6. vbi no. & fac. pro hac littera c. iter quatuor. de maior. & obed. & l. emptor fundi. C. de euic. & l. de vnoquoque ff. de re iud.

i Notorium. Facti. s. quod nulla possit tergiuersatione celari, ca. vestra. de cohab. cle. & mulier. qa notorie cognoscit̃ ꝓ clerico, vt archipresbyter, vel his similes: vel si est notoriũ iuris, ad idem c. cum olim, de verb. sig. & no. in c. si iudex. de sent. exc. in 6.

K Debeat. Hoc ideo dicit: quia si esset clericus bullo, vel goliardus & artem illam per annum exercuisset, vel tertio monitus non destitisset, vel esset clericus vxoratus nõ incedẽs in habitu, vel esset bigamus, vel degradatus, non remittetur. Ita no. in c. si iudex. de sent exc. in 6.

l Habeatur. Sic. ff. ad Maced. l. 3. & ff. de off. pretor l. Barbarius et de iur. patr. c. cõsulationibus, & §. interdum. sup. eod. tit.

m Cognitionẽ. Determinat. qđ dixerat de fama, vl cõi reputatione, quib. casib. adhuc est necessaria

cessaria cognitio super veritate,sed si est notoriū nō est necessaria aliqua cognitio,ad nōt. in c.uestra de coha.mul.& c.e.& no.in c.si iudex, de sen.exc.
a Publice.i.corā populo, alias & qđ fit corā duobus vel trib.dr publice fieri.Ab. ī c.2. de par.Can.
b ¶ Præsumendus. in quo statu enim quis reperitur, in eo pro præsenti iudicandus,licet de alio statu possit inquiri.ff.de iniur.l. cum apud. §.si qs. & multis similib. hoc probatur in c.si iudex.de sente. exc. in 6.de materia uide per Abb. in c.ex parte 3.& ī c.cōtingit,de sent. excom.
c ¶ Clericali. Et sic vltima possessio nil releuat, ut remissio fiat.Arg. contra l.illud, ff. peric.& cō.rei uendit.Sol.quod uehemētior resultat p̄sumptio ex anterior diuturna laicalis habitus delatione,quam ex isto ultimo statu, ut innuitur in hac littera.item sm̄ Io.Monac.plura fatiebāt contra deprehensum, & solus habitus pro deprehenso, unde non mirū si plura vincunt vnum argum authen.itaque, C.commu. de successio. & ita not.in cap.fi.iudex de sent. excommu.in 6.
d ¶ Fecerit.Coram iudice ecclesiastico,secūdum Archid. Io.monac.& Io.An.in c.si iudex. de sent. excom. in 6. & sic continentia causæ diuiditur, contra.cap.1.de sequest.quod est ideo quia natura causæ requirit alium iudicem,c. suam de ordi. cong.c.lator,qui fil.sint legit.Sed detentur in seculari curia,quomodo litigabit coram iudice ecclesiastico? Dic relaxabitur forte datis fideiussoribus,nec enim per hoc remittetur.ca.si clericos, de sent. excom.in 6. vel litigabit per procuratorem. Natura enim facti hoc habet, quod interdū per alium quis prosequitur causam. c. mulieres, de iud.in 6.& cap vni.de stat.regu. in 6.l. diuus. ff.de custo.reo, Sed quomodo faciet hanc fidem? Respon.per publicum instrumentum suæ ordinationis.2.q.1.cap.legum.Per testes etiam poterit hoc probare.ca. suæ.de cler.peregr.fac.not. per Ioan. And.in ca.non licet,de reg.iur.in 6.& in d. c.si iudex.
g Existet. Argu. contra. l. si pæniteat. ff. de diuort. ibi, nisi is q̃ recipit, etc. Sol. in cõtrahendo requiri tui utriusque consensus: secus in diuertẽdo, ut in cõtrario, et l. cõsensu. C. de repud. reuocatũ est ergo mandatum, licet mãdatarius hoc ignoret, quãquã agat. ne sine culpa sua dãno afficiatur. le. si uero nõ remunerandi, et l. si mãdassem. ff. mand.

h Illius. Ideſt cõstituentis.

i Non potuit. ca. 1. et cap. 2. & per tot. 27. q. 2. & ca. cũ locũ. de spo. & c. 1. de desp. ĩpub.

k Præiudiciũ. c. in nostra. eod. & q̃a hæc materia diffusius per Doc. tractat, q̃ ut breuib. notulis possit cõprehẽdi, uidẽda sunt quę ponũtur in c. ex parte decani, de resc. & c. ex insinuatione. & in c. mandato. eod. & in ca. 2. eo. in 6. et p Bar. et Legis. in l. uni. C. de satis. et Hostien. in sum. eo. §. et qualiter mãdatum, et aliis in locis.

l Falsi procuratoris. Quis autem dicatur falsus ꝓcurator habetur in c. ex parte decani. de rescr.

m Exceptio. Triplex est exceptio procuratoria. Prima, quem esse non posse procuratorem, puta ꝙ sit miles, vel simili modo inhabilis. Secunda ꝙ quia non habeat mandatum. Tertia, qđ habuerit, sed sit reuocatum, quod peius, c. ex parte decani de rescr. prima põt opponi solũ ante litẽ contestatam. l. filiusfamil. §. veterani, ff eo. & le. ita demum, C. eo. et not. in c. in nostra, eod. aliæ duæ etiam post sententiam, ut ibidem habetur, vbi Ab ponit rationem diuersitatis.

n Nullũ reddit. Nec est hoc speciale hoc casu, sed idem obtinet in omni exceptione, per quam pro-

officium exercere minime prohibetur.[a]

Acta cum procuratore reuocato, donec ignoratur reuocatio tenent. h. d.

Ad hęc etiam admonendi sumus quod si ignorante iudice, uel aduersario post contestatam [b] litem mandatum reuocatum fuerit, ratum [c] esse debet iudiciũ, in quo quis post ignoratam reuocationem quasi procurator versatus fuerit.

Matrimonium contractum per procuratorem reuocatum, non tenet, licet reuocatio non uenerit ad notitiam partium h. d.

Non sic tamen in matrimonio statuitur, nã si procurator ad contrahendum specialiter [d] constitutus, antequam contrahat, a domino reuocatus [e] fuerit, cõtractum post modum matrimonium licet tam procurator, quam ea, cũ qua contraxit, reuocationem huiusmodi penitus ignorauerint [f] nullius momẽti penitus existet,[g] cum illius [h] consensus defecerit, sine quo firmitatem habere non potuit.[i]

Acta iudicij post reuocationem procuratoris non ignoratam, non tenent, h. d.

Quod si scientibus iudice & parte mandatũ reuocatum fuit, & nihilominus est in iudicio processum per procuratorem reuocatum, tam alia acta, quam ipsa sententia nullum afferet domino præiudicium[k]. Cum falsi procuratoris [l] exceptio [m] non solum ante sententiam, uerum etiam postea possit obiici, qua probata, iudicium prorsus nullum redditur [n].

probatur retro nihil actum esse, vt puta si lata sit sententia a iudice non suo. 11.q.1.c.1.& cap.pen. l.fi. C.si a non compe.iudi.cap.ad probandum de re iudic.c.exceptionem.de except. & not.in ca.in nostra, eod. not.in cle.1.vnde sumitur.

h Protestatione Potest intelligi & de generali & speciali, de prima, puta, quia protestatur, quod recipiendo instrumentum procuratorium, vel literas, intēdit se obligare, sed velle deliberare, fac. de resti.spol.c.olim 1.de scda, vt quia de certa clausula inclusa in pcuratorio protestatur quod illam, vel illius mandatū suscipere non intendit, & sic potestatio iuuat, q͂a nec primo nec secūdo casu est contraria facto. Bene.n.se cōpatiūtur q̄ instrumentum recipere & deliberare vele. Item recipere & acceptare mandatum in quibusdā, & in aliis nō: vbi vero protestatio & factū se nō compatiuntur, ptestatio nō iuuat, habetur in c.cum M.de const.

a Procurator. Tā ad iudicia, quam ad negotia, nec.n. in c.licet, eo.in 6. vnde sumitur, distinguitur, & est vtrobique eadem ratio, ut ibi no.

b Nequaquā obstante, Et sic nota speciale cōtra regulā quod semel placuit.de re.iur. in 6.

c Quandiu. Si ergo mutasset volūtatē, vel causam agēdo, vel alium procuratorem dādo, vel id verbis exprimēdo, secus est, vt no. in ca, si duo, in prin.cum duobus sequ.eod. in 6.

d Ad libitum. Argum.contra ff.de

Refutatio mandati non impedit refutantem acceptare, si mandans perduret in voluntate mandandi, h.d.

Non idem iuris statuetur in eo, qui absens procurator [a] constitutus præsentatū sibi mandatum suscipere nolle dixerit. Is.n. refutatione huiusmodi nequaquam [b] obstante, quamdiu [c] constituens in eadem voluntate perstiterit, ad libitum [d] mandatum acceptare poterit.

Receptio instrumenti, & cautio domini operātur, quibus procurator non possit renunciare mandato, sed teneatur defendere, h.d.

At literis [e], vel instrumento, quibus te aliquis in causis suis procuratorē constituens pro te debito mō [f] cauit[g], simpliciter nulla facta ptestatione [h], a te scienter [i] receptis[k], non potes postea recusare illius defensionē, imo cogi[l] potes.

succes.edic.l.1.§.qua semel, vbi si ille, qui est primi gradus dixerit se nolle acceptare, vel succedere, statim ius deuoluitur ad eum, qui est secundi gradus. Solut. ibi erat ad quem ex renunciatione ius deuoluebatur, hic ad nullum alium quam ad procuratorem constituentem. Vnde satis dici potest quod de quadam perseuerantia voluntatis & æquitate, ille vel non desinit esse procurator, vel desinit, vt tenet Io. Mon. iure permittēte reassumere potest, & forte ita statutum fuit, ne contingat ob procuratoris defectum negotia protelari. Sed per hanc literam c.quādiu, & ea quæ sumitur ex ca.licet eod.in 6.si principalis diceret. Constituo talem, qui si renuerit, talem constituo, non haberet locum quod hic dicitur, & in c.licet eod.in 6. et est hic arg. quod si electus præsentata, sibi electione intra tempus, de quo in c. quam sit de ele. in 6.electoribus adhuc in eadem voluntate manētibus, & lapso tempore poterit consentire, nec id mirum, cum a principio renuentes quasi inuiti trahantur. 8.quæst.1.cap.qui episcopatum, & ca. in scripturis. Idem in delegato, & multo fortius cum ipsius officium sit necessarium, c.sciscitatus de rescrip.l.Legatus, ff.de offic.præsid.l.legatus.l. pen.§ qui autem, ff.de excul.mun.not.in dicto, c. licet.

e Literis. Per quas etiam constituitur procurator l.1, ff.eo.& c.sopitæ, de censib.& est casus quo literæ & sigillum priuati facit fidem, habetur de hoc in l.si procuratorem.ff.eod.

f Debito mo do. Secus si vitiose cautum est.i.quo tres.ff.qui sat.cog.fac.quæ tradūtur in c.fi.de dif.

g Cauit. Scilicet de iudicato soluendo, loquitur. enim hic de procuratore rei, vt designatur per verbum, defensionem, ad idem ff.eo.l.filius.§.fin.&

i Scienter. Secus si ignoraret, quid contineretur in instrumento vel literis, nec.n.ignorans vel errans consentit dist.38.c.quamuis, c.si de beneficio, de præb in 6. l.si per errorem, ff.de iuris.omn.iud.sicut nec cōtemnēs, c.Apostolicæ, de excep.c.si vero aliquis, c.2.de consti.in 6. Requiritur etiam quod sponte receperit, quia officium est voluntarium.l.inuitus.C.eod.& not.in cle.eod.

K Receptis. Etiam si prius recusasset & re integra pœnituit & recipit, ca.licet, eo.in 6.& supra eod.§.non idē & nisi hoc casu interuenisset actus receptionis literarum, tacens fuisset habitus pro contradicente, quod bene declarat. Ab.post alios in c.non iniuste.super glo.1.eo.post hanc aūt receptionem competit huic exercitiū officij, sicut & de iudice dicitur, c.super eo.2.ext.de appella. fac.c.is qui, eod.in 6.& 4.q.5.c.vni, & quod no. de cle.excom.mini.c.pen.

l Cogi. Precise, licet enim regulariter procurator nō rogatur præcise dominū defendere & si satisdedit de iudicato soluendo, & de domino defendendo.l.mutus, §. fin.ff.eo. cum l.seq sed satis est stipulationem committi.ff.eo.l.non cogendū & cum teneri domino ad interesse, inst.mand.§. mandatum. In casibus tamen cogitur, scilicet cū dominus satisdedit pro procuratore præsente, & non cōtradicente, ff.eo.l.filius.§.fi.& hoc ne fallati fidem domino & aduersario, & idem si pro absente, & postea procurator expresse, vel tacite earū hēt, l.si defunctos, 1.respon.ff.eo.vt in cle.in eo.& hic est & alius casus, scilicet, quando agit, cogitur.n.defendere, alias denegatur actio.l.mutus.§.fi. Alius casus est in actione periuraæ: vt cogatur salte līte contestari.ff. eo.l.sed ēt & d.§.fi. Et per hoc soluitur quod obiici posset, procuratorem

torem etiam post susceptum mandatũ re integra pœnitere prius quam intersit aduersarii,§. mandatum,instit.mand.quia illud verum in procuratore,pro quo constituens non cauit, secus in illo pro quo cauit,& ita loquitur hic,& in clem.1.eo. vndesumitur.Sed hoc intellige, nisi iusta cã procuratorem excusaret, d.§.si. cum l.seq. nam in casibus in dictis iuribus enumeratis, & dominus eũ reuocaret, ẽt post litem contestatam ca.2. eo. in 6.

DE PACTIS, ET transactionibus.

Continuatur tit. iste,prout legimus in text.in prin.diuiditur autem in tres partes, in prima habetur ut dixi continuatio:in secunda pacti explicatio:in tertia transactionis declaratio:secunda ibi, & quidem,tertia ibi transactiones quoque.

teris illum defendere in omnib.[a] causis,& negotiis,ad quæ prædicta instrumenta,seu litteræ se extendunt,cũ per hoc [b] ad omnia tuum præstitisse videaris assensum.[c]

Morte constituentis expirat mandatum, interdum etiam re non integra.h.d.

Morte[d] quoque constituentis definit quis esse procurator,quod interdum obtinet,etiam re non integra.Nam si prælatus,vel rector te pro beneficio suo, vel ecclesia [e] procuratorem constituat, & tu uiuente illo litem contestatus fueris,aut negotium aliter attigeris,post mortem tamen illius,etiam quo ad cœpta, procurator esse desinis.[f]

DE PACTIS ET transactionibus.[g]

TIT. III.

Metu iudiciorum interdum deuenitur ad pacta, ad transactiones,& ad compromissa,h.d.

Consequens [h] nunc est , vt uideamus de serie, & actis ipsorum iudiciorum .

a In omnibus. Tacita ergo accepta tio uniuersalis est ad omnia. ẽt futura si sint inclusa ꝙ esse potest,ut in c.iniuste, eo.tit.

b Per hoc.i.per receptionem litterarum & procuratorij.

c Assensum.Cle.1. eo. vbi de hoc habetur.

d Morte, l. inter causas,in prin. ff. mand.& de hoc p Host.in sum.eo.§. qualiter mandatum finiatur. Sed nunquid qñ procurator per mortem constituentis desinit esse procurator sit necessarium , ꝙ iudex & aduersarius certioretur?quemadmodum in termi nis,§.ad hæc ẽt,sup.eo.alias valeat iudiciũ? Resp. Barto.in l.si procuratorem,ff.eo.vr̃ concludere,ꝙ hæc certioratio non sit necessaria,&quod iudiciũ etiam sine ea erit nullum,& placet ẽt Abb.in ca. mandato,eo.per l.pe ff.quæ sen.sine app.re.quod militat singulariter in casu l.si defunctus,ff.eo.

e Ecclesia.Secus si pro causa sua propria & priuata:quia tunc mandatum finiretur morte re integra,secus non integra,l.si defunctus,ff.eod.l.inter causas,ff.mand §.item si adhuc.Inst.mand.& con cor.cle.fi.eo.unde sumitur.

f Desinis.Contrarium uidebatur dicendũ secundum Inn.quia cum ecclesia non moriatur,12.q.2 c.liberti,ca.si gratiose,de rescr.in 6.& procurator sit datus ab eo qui potest,s.a prælato, ẽt sine consen.cap.c.edoceri,de rescri. nihil uidebatur esse ꝙ cum prohiberet agere causam sibi cõmissam,ẽt si res esset integra,ut no.in cle.fin.eo.Sed contrariũ fuit decisum, cum sede uacante nihil debeat innouari,c.1.& c. fi.ne sede uacan.qui loquitur etiam lite contestata.Immo Host.mirabatur de hoc fuisse dubitatum,ut refertur in d.clem.fi.dic ut ibi,& per Docto.præcipue per Archid. in c.si duo in 6.

Consequens . CASVS.non figuratur,sed not. litis euentũ sæpe esse incertum , & ideo partes ueniũt ad concordiam . No.secũdo,ꝙ quæ sunt diuersi generis, ob idẽtitatem rationis sapiunt eãdem naturam.

DE PACTIS ET transactionibus g.

Et transactionĩbus . Copula hic ponitur inter genus & speciem. Pactum.n.nomen est generale, comprehendens in se omnem conuentionem,& generaliter sumptũ definitur,ut in l. 1. ff. eo.& in cap.pactum de verb.sig. Vnde omnis contractus potest generaliter contineri nomen pacti,sed ubi pactum assumit sibi specificum nomẽ, non denominatur a suo genere , sed a specie,tanquam a digniori,l.iurisgentium, ff.eod. Vbi vero conuentio non potest habere nomen specificum , cum plura sint negotia,quam uocabula,l.natura, ff.de præscript. verb. stat in nomine sui generis, & est quandoque nudum, quandoque uestitum, de quo traduntur exempla per Doct.in l.iurisgentium,§.igitur nuda,ff.eo.& in rubr. ff.de uerbor. obl.& in ca.1.eod. Transactio est species pacti, & definitur,ut in l.1.ff.de transac.quę declaratur,ut per Abb.in rub.eodem.Immo etiam arbitria,siue compromissa quandoque dicuntur pacta , siue transactiones,ut habetur in c. Quintauallis,de iureiur.& in auth.si uero contigerit, C.de iud.Vnde autem dicatur pactum,uel transactio,per Abb. in rub.eod.

h Consequens.Quasi dicat,uiso per quos exerceãtur iudicia, uidendum est de actis ipsorum iudiciorum , & sic seruatur in parte quod dicitur in l.si quæramus,ff.de test.quidquid not. supra titu. prox.in prin.

Sed

Sed [a] quia interdum accidunt, ut iudiciorum metu litigaturi ad pacta & transactiones ueniant aut ad arbitros declinent, ideo prius paucis de his dispiciamus.

Pacta sunt obseruanda. h. d.

Et quidem pacta inter quoscunque quacunque de re [b] inita, regulariter suam habere dent firmitatem,[c] neque enim quisquam, vt diuinũ monet oraculum [d] ea, quę de labiis suis procedunt [e], irrita facere debent.

Per pacta potest derogari indultis Apostolicis, hoc dicit.

Quod quidem usq. adeo obtinet, ut Apostolicis etiam indultis pactum deroget [f]. Inde cũ monasterio [g] ab Apostolica sede libera [h] sepultura concessa esset, pactumque esset cum recto re [i] parochialis ecclesiæ, ne parochiani ipsis ad sepulturam reciperentur. Responsum est in dicto monasterio sepeliri eligentes obstante conuentione[k], voti sui fieri non posse compotes.[l]

Pactum per quod filia dotata renunciat hæreditati paternæ, iuramento uallatum tenet. h. d.

Eodẽ ẽt spectat, ꝙ pactũ a filia, dũ nuptui tra

a Sed quia continuatio.

Et quidem. CASVS. Cũ partes timore iudicii sæpe adinuicem ueniant ad pacta. ita tñ ut aliquãdo derogent indultis Apostolicis, aliquãdo uero specialiter derogant legibus humanis, et propterea iuramento cofirmãt, vnde quæsitum fuit q. d iuris & q̃uis pactũ in suo gñe sit seruãdum per dictũ proph. quæ procedunt de ore meo non faciã irrita, tamẽ si a lege fuerit reprobatũ nec etiam iuramentũ insuper adhibitũ debet tenere, q. a materia nõ uidetur licita iuxta c. 2 22. q. 2. & p le. nemo. ff. de le. 3. cæterũ Sol. ut hic legimus, quia ordinatio seruandi pacta cũ sit affirmatiua non obligat ꝓ semp si. n. pactũ esset a iure naturali dãnatũ, tũc nec etiam iuramẽtũ insuper adhibitũ teneret: secus vero si a lege dãnaretur, per iuramentum. n. quod superius est tale pactũ omnino teneret, & valeret. Non obstãt obiecta q. a ad primum respõdetur per rationẽ decidẽdi. ad d vero l. nemo, puto, dicẽdum, ipsam esse ĩtelligẽdum de lege. quæ specialiter prouidet: secus aliter. Not. primo, quod pacta derogant priuilegiis, iuramentum uero iuri humano, not. secundo, pacta illicita esse talia vel vigore iuris naturalis, uel uirtute iuris humani,

b Quacunque de re. Ista generalitas uarie restringitur, vt no. in c. 1. eo. & inf. eo. §. pe. fac. le. ut gradatim. ff. de mu. & bo.

c Firmitatem. Non tamen promittens potest cogi de eo quod promisit facere scripturam, capit. legabatur. & ibi not. Abba. de maiorita. & obedient. Sed an tantam firmitatem habebunt, ut ex eis ẽt actio oriatur, & de iure ciuili expeditum est quod nõ l. iurisgentium §. igitur nuda ff. eo titu. exceptis cãsibus, not. in l. legitima ff. eod. titu. de quibus per Legistas, in rubr. ff. de verbo. oblig. Canonistæ tamen in cap. 1. eo. & in ca. quæ in ecclesiarum, de constit. contrarium tenent, s. quod pactum nudum actionem pariat: licet quidam dicant ius canonicum nõ distare a ciuili, ut Salic. in l. legẽ. C. de pact. Ang. in §. in personam. insti. de actio. & quidam alii in rub. ff. de verb. obliga.

d Oraculum. Psalmus, in quo dicitur, quæ procedunt ex labiis meis, non faciam irrita.

e Procedunt. Ex hac gñalitate inferunt quidam ꝙ quicquid sit de iure ciuili, de iure canonico ẽt ex simplici pollicitatione, quæ est solius offerẽtis ꝓmissio oritur naturalis obligatio, ĩmo & actio, ꝓ qua opi. fac. c. iuramẽtis. 12. q. 5. & licet cõmu. opi. sit ĩcõtrariũ, contra eũ tñ egregie pugnat eximius doctor & præceptor meus Guil. Pon. Per. in rub. ff. de ver. ob. vbi videndum.

f Deroget. Quod intellige, nõ solũ de pacto qđ subsequit̃ priuilegũ, c. cũ olim. de præscr. sed etiam, de pacto antecedẽti, si ĩ indulto de pacto ñ fiat mẽtio, c. ex multiplici đ deci. cle. dudũ, de sepul. & nd. ĩ c. 1. eo. in 6. vñ sumit̃. idẽ si simus in dubio. Peru. ĩ d. c. 1.

g Monasterio. Idẽ de alia ecclesia sęculari, vel parochiali, ut p Peru. in c. 1. eodẽ in 6. post Inn.

h Libera. Hinc dubitatio, ex quo. n. ecclesia hẽt potestatem liberam sepeliendi uidebatur qđ oẽs possent sepeliri, qđ nõ est uerum nã nec eos posset, sepelire, quib. est sepultura interdicta, de quibus in c. ex parte, de sepul. & supr. eo. ti. §. non tñ oẽs. Sicut & ille qui habet liberã administrationẽ, non hẽt potestatem donandi. c. 1. de offi. vic. in 6. fac. l. si qñ. C. de inoffi. testa. operatur tñ liberæ sepulturæ ius ut ecclesiis habentib. talẽ potestatẽ & priuilegium competat ius sepeliendi, vbi alias non haberet, ut per Perus. in c. 1. eo. ĩ 6.

i Cum rectore. Quod pactum erit perpetuũ, nec expirabit rectore mortuo, ut per Peru. in c. 1. eo. in 6. post alios.

K Conuẽtione. Possunt ergo religiosi renũciare proprio priuilegio, fac. c. si de terra, & c. accedentib. de priu. secus si concerneret fauorẽ papæ, iuxta no. in c. cum tempore. de arbi.

l Compotes. Sed contra, quia pactum inter ecclesias

ecclesias non debet nocere alijs nō paciscentibus c.ueniens.de transact.l. si unus.§. ante omnia. ff. de pact.Sol.secundum Peru.in c.1.eo. in 6.quod recipere ad sepulturam est in potestate ecclesię recipientis, si non sit ecclesia parochialis, in qua ꝓcederet cōtrariū: quia ipsa nō posset p̄iudicare, parochianis suis, sed alię ecclesię, bene possunt p̄iudicare, cū nō teneātur queq̃ inuite recipere. immo uere nō dicerēt eligentibus p̄iudicare, cū nullū habeant ius in eis inuitis.

a Traditur. Idem si iā tradita esset uel si esset renuciatū antequā traderet quia respectus iuramēti militat omni tēpore ut per Ioā. An. & Perus.ī c.2. eo. in 6.un sumit Et hęc materia uentilat quotidie inter cōsulētes. Sed q̄d si renūciet ad hibitio iuramēto ea, q̄ est ingressura monasterium? dic ꝙ non ualet, nisi fiat de licētia episcopi uel eius uicarij ītra duos menses ꝓximos ante professionē ut p Cōciliū. Tridēt. Sess.25.sub rubr. de regularibus.& mon.c.16.

gatur tali iuramento, ut per Archid. Ioan. And.& perus.in c.eo.in 6.

g Succedat. Fac.c.accepimus.& c.fi.eo.hoc enim nemo potest facere sine auctoritate Papæ sed cū auctoritate Papę bene poterit hoc fieri, c.petisti. 7.q.1.& per Abb. ī d.c. accepimus. Sed an Papa possit ī uita sibi eligere successorē? Respon. negatiuè, secūdū cōm. opin. ut per Ab. in d.c. accepimus.& per Fel.in c.1.de consu. Ratio: q̄a hæc electio porrigeretur ad tempus in quo q̄s nō est futurus Papa, merito.l.ꝙ sponsæ. C. de don.prop. nupt. cap. uxore.& quod ibi Abb. de sepul.

h Impossibile. No.impossibilitatem iuris, & impossibilitatem facti æq̄parari. fac. l.filius.ff. de cōd. īstitit & l.nepos. ff.de uerb.sign.& ca. faciat homo. 22.q.2.

i Obligationem. Fac.no.in ca.1.& c.fin.eo.ubi Abb. reducit totā materiā ad quatuor regula, dic, ut per eum fac.c.generaliter.ff. de uerbo. obliga.& l.fi.re- munerandi.§.re. turpis, ff.mandati.

ditur,[a] cum patre[b] factum, vt dote contenta, ad bona paterna nullum habeat regressum iuramento[c] vallatum sit licet lege[d] ciuili improbetur, seruari[e] debet, cum tale pactum nō vergat in æternæ salutis dispendium.[f]

Pactum quod tendit ad periculum animæ non ligat, h.d.

Quod si seruatum in animæ tendat detrimētum, quia forte sit pactum de re turpi, ueluti ꝙ post mortē Titii clerici, Seius in beneficio succedat,[g] vel aliter de iure, uel de facto sit, impossibile,[h] nullam inducet obligationem.[i]

Transactio seruari debent, & partium iuribus derogant, h.d.

Transactiones quoque similem iuris firmitatem obtinēt[k] vsque adeo, ut iuribus omnibus, quæ partibus, aut obtentu præscriptionis aut priuilegii seu quocunque modo suffragari poterunt, vires adimant[l].

Transactiones iuri contrariæ non tenent. h.d.

Sed & hoc de aliis transactionib. intelligere nos oportet, q̄ nō sūt iuri cōtrariæ. Alioq̄ si aut

b Cum patre. Idem si cum fratre, uel alijs consanguineis propter identitatem rationis, ut late per Doct.in c.2.eo.in 6.

c Iuramento. Non extorto ui uel dolo.c.2.eo. in 6.ubi late, quando dicatur uis uel dolus interuenisse. Et no.quod ratione, iuramenti, papa statuit etiam inter laicos, de quo in c.fi.de fo.comp.in 6. & in §.laicus.sup.de iud.

d Lege ciuili. l. pactum quod dotali. C. de pac. & l.pactum quod dotali. C.de coll.

e Seruari. Facit authen.sacramenta puberum. C.si aduer.uend.& cap.cum contingat.de iureiuran.in antiq.& c.licet.eo.tit.in 6.& c.2.eo.tit. & liu.& possunt iudices sæculares compelli per censuram ecclesiasticam ad seruandum hoc ius canonicum, ut not.in d.c.2.

f Dispendium. Quo casu non esset seruandum. 22.quæstio.6.per totū, & not.ex hoc verbo, quod non solum non est seruandum iuramentum, quādo uergit in interitum animæ: sed etiam quando uergit in damnum etiam modicum. Vnde iurans facere illud, quod est peccatum ueniale, non obli

Transactiones. CASVS. Quidam litigantes inter se super beneficio, tandem iudicij tædio affecti uenerunt ad transactionem, unde fuit dubitatum, & quæsitū, an talis transactio teneat, argumento enim eorum, quæ dicta sunt de pactis, q. uidetur de indubitabili eoque magis quo lites de republi.tolluntur. Sol.tamē iuxta id quod in præsenti tex legimus, quoniam secundum qualitatē rei supra qua litigatur transactio est iudicanda ualida: & sic etiam obiectio uidetur cessare, si recte fuerit considerata. Not. transactionem super re illa esse iure admittendam, quæ in potestate nostra. Ioā. Bap

K Obtinent. Intellige quando altera pars transactionem impleret, alias transigens posset ut iure suo l.cum proponas. C.de transact.

l Adimantur. Concor.c.1.de trāsa. ergo licet postea reperiantur instrumenta, non tamē lis instaurabitur.l.sub.prætextu. C.de transact.c.inter monasterium, de re iud.cum c. seq. Circa hoc tamen consueuit distingui, utrum petitio super qua transigitur sit specialis, uel generalis, a. . . ūt aliqui uel iu

in definita, vt per Legistas in d.l.sub prætextu, & per cano. in d.c.1.
a Sacra.c.constitutum c. super eo. & c. præterea. eod. possunt tamen litigantes inter se gratis & amicabiliter cõponere. traditur, in d.c.super eod. vbi p Ab. q aliud est trãsactio aliud amicabilis cõpositio de quo p eũdem in c.si quando de offi. dele. & per eundem in c. r.de collu.deteg.
b Matrimonii. Fac.c.fi. de transact. quos.n.Deus cõiunxit, hõ non separet, 33.q.2.c. quos Deus c. iter corporalia, de trãsla. posset ergo fieri trãsactio, & cõpositio ẽt sup matrimonio, quãdo nõ tẽderet ad dissolutionem: quia cessat tũc ratio phibitiua, & ita tenetur communiter in d.c.fi.

ferenter de quolibet genere personarũ ipsum posse eligere, idest iudicem, seruum, monachũ, virum criminosum, laicum etiã, super re spirituali fæmĩnã, & similia, si quidẽ a fine debet cognosci an in iure aliquid liceat; iuxta doctrin. Nauar.li.de finibus huma.actuũ l la. n. quorum finis bonus est, bona erunt, ut ipse dicit, a finis cõpmissi est bon⁹. sup. ti. px. in prin. merito vr̃ dicendum, indifferẽter esse admittendũ; quia veritas aquo cunq; dicatur, sẽp est veritas. Sol. tñ prout in hac parte legimus q̃a arbiter ob similitudinẽ q̃ habet, cũ iudice, debet esse sicut iudex, cui ætas, cõditio, sexus, & pbitas p̃cipue conuenire dẽnt, ut iura docẽt. Nõ obstat obiectio, si quidẽ ad hoc ut aliquid liceat, non solum finis, sed etiam aliq debitæ circunstãtiæ requirunt. argu.c.nõ satis, dis. 86. No. argm̃ q̃d si arbiter non p̃t esse quælib. persona indifferenter, multo magis hoc idem vr̃ dicendũ de iudice cum habeat potestatẽ, a lege. Not. scd̃o aliquẽ prohiberi ne aliquid faciat vel aliq̃d munus suscipiat natura, lege, & suscipiõe.

super re sacra,[a] & litigiosa, aut in causa matrimonii [b] interpositæ sint, nullũ robur obtinent.

DE ARBITRIS, Tit. IV.

Qui sint proprie arbitri. h.d.


Rbitri dicuntur proprie, qui nullam potestatem [c] habentes, consensu litigãtium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sentẽtiæ stetur.


Tam in iudicem ordinarium, quam delegatum potest compromitti. h.d.

Sed etsi qui legitimam in partes potestatem habeant, ab eisdem tamen in arbitros eligi[d] poterunt. Quod non solum de eis intelligendum est, qui ordinariam exercent iurisdictionem, verum etiam de his, qui delegatam [e] tantum obtinent.

Ponit personas, in quas non potest compromitti. hoc dicit.

Sed neque serui,[f] nec, qui seruis similes sunt, monachi [g] & regulares, arbitrium in se recipere possunt. Ad hos enim quies, oratio, & manuum labor, nõ autem causarum spectat cognitio.[h] Hæretici quoque, apostatæ, schismatici infideles, & excommunicationis uinculo ob delictum proprium innodati, arbitrorum in se officium assumere non poterunt [i]:

Io. Bapt. DE ARBITRIS. Continuatur titi. iste iuxta id quod habetur supra tit. proximo in prin. diuiditur autẽ in quinq. partes, in quarũ prima habetur quid sint arbitri: in secunda qui possint esse arbitri in tertia qui possint cõpromittere: i quarta sup qua re fiat compromissum: in quinta qũo finiatur secũda ibi, sed & si: tertia ibi, sicut autẽ, quarta ibi pleræque, quinta ibi, finiunt autem.

Io. Bapt. 
Rbitri dicuntur. CASVS non figuratur, sed not. quod arbitri sunt tã quam iudices cum habeãt authoritatem tantum a cõpromittẽtib. licet aliquando secus contingat vigore statutorum.

c Nullam potestatẽ. Scilicet a lege. fac.c.a iudicibus. 2.q.7. vñ sumitur, reiecta tñ illa distinctione arbitrorum ordinariorum & arbitrariorum; quæ nec est necessaria, nec recepta, ut ibi per glo. ã, & Doc. Sed cõtra infra eo.§ prox ubi & a lege hẽnt potestatem. Sol. quia nec tũc habent aliquam potestatẽ a lege, tãquam arbitri sed tãquã iudices.

Ioã. Bap. Sed & si. CASVS. Quidam litigantes uolentes suam controuersiã compromittere non conueniebãt in eligendis arbitris, taliter.n. putabat indif-

d Elegi. Forte cum potestate et facultate q procedant, ut arbitri, uel arbitratores, & ut iudices prout sibi uidebitur, iuxta ea, quę tradũtur latissime per Io. Bapt. Perus. in tractatu de arbitris. lib.1.
e Delegatam. c. cum olim. & c. innotuit. eo. c. nisi de præb. c. litteras. de præsumpt.
f Serui. l. Pędius, §.1. ff. eo. Liber tamen postea factus posset pronunciare ex nouo cõsensu partium l. sed et si seruum. in prin. ff. eo.
g Monachi. c. monachi. et c. de p̃sentium. 16. qu.1.
h Cognitio c. de præsentium 16. q.1.
i Poterunt. Nota, q̃d de excõicato apostata, et aliis, de quibus hic, non sunt de omnibus in terminis et expresse iura loquentia sed ex mente iuriũ fere indubitata cõiter opinamur nõ posse hos arbitros fieri. ut apparet ex his. quæ diserte et elegãter tradit Perus. in tractatu de arbitris li.4.c.6. et c.9.

c.9. Indigeret forte hoc Pontificali decisione. a Fieri pôt.c.cum contingit.eo.sicut nec iudicare potest.C.de iudi. nec ẽt pôt esse delegatus nisi iussu Papæ, habetur in d. c.2. Sed nec per viam reconuentionis potest cognoscere super spiritualibus, habẽt in c. 1. de mut.peti.immo nec vt arbitrator, & amicabilis compositor, secũdum Ab.in d.c.cũ contingit.vbi, an possit cognoscere de causa vsurarũ. b Prohibebitur.c. per tuas eod. No. ergo duos casus, ĩ quibus potest laicus cognoscere de re spirituali, & amplia primũ casũ ut procedat ẽt ꝙ plures sint laici, q̃ clerici, d.c.ꝑ tuas vbi Ab.fac.c. ꝙ in dubijs, de cõsecr.eccle.vel alta & c.sacris, de sep. tradĩt ꝑ recẽtiores ĩ c.2.de iu. & in l.imperiũ. ff.đ iurisd.om.iu. Sed cõtra videt ꝙ per ministeriũ clericorũ laicus actuũ spiritualiũ capax fieri non possit, c. Messana & ca.sacrosãcta. đ ele.& ꝑ Io.An.in d. c.ꝑ tuas, & ĩ c.nobis, de iure patr. Sol. arbitriũ de re spirituali non est actus spiritualis, vt ꝑ Ab.ĩ c.cõtingit & c.ꝑ tuas, eo.& eius laicus nõ est vere incapax, sed prohibetur solũ ratione honestatis: honestas aute satis seruatur ex mixtura clerici Sed adhuc cõtra d. l.Prædius.ff.eod. Sol. seruus est mere incapax vnde non fit capax ex mixtura habili: sed in terminis nostris laicus nõ est incapax sed solum ratione honestatis est prohibitus super tali re arbitrari, Ab.in d.c.per tuas.

In laicum de re spirituali non potest compromitti, nisi fit, clerico adiũctus, uel in eum sit compromissum auctoritate Apostolica. h d.

Sed nec in eum, cuius licet ex delicto aliquo non sit lęsa existimatio, laicus tamen est, de re spirituali compromissum fieri potest. [a] Si tamẽ is, aut clerico sit adiunctus, aut Apostolica auctoritate compromissum susceperit, arbitri partes exequi minime prohibebitur. [b]

In fœminas non potest compromitti, nisi id permittat regionis consuetudo, & ordinis, h.d.

Fęminę quoque, licet illæ summæ opinionis existant, ab omni iudiciali [c] examine usq. adeo sunt separandæ, [d] ut ex illarum sententiis nulla pœna aduersus illius cõtemptores, nullaque pacti exceptio oriatur, nisi regionis probata cõsuetudo [e] talium munerum participes illas redderet.

Qui non prohibetur potest esse arbiter. h.d.

Cæteri vero, quos neque sacrorum canonũ, nec sæcularium legum statuta specialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi [f] erunt.

Reperiuntur quidam, qui non possunt compromittere, h.d.

Sicuti autem ij, quos supra recensuimus arbitria exercere prohibentur, ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Pontificis, quam Cæsarei

congre.& c.lib. 10. Sed nunquid saltẽ cũ iuramẽto possit compromitti? Rñd. dicitur per Abb. post Specul. in d.c. dilecti vbi etiam, reddit rationem. e Consuetudo. Consuetudo ergo potest dare iurisdictionem mulieri. Ex quo infertur, ꝙ mulier prohibẽt iudicare non ratione incapacitatis: q̃ a tunc cõsuetudo nõ possetꝭ eas habilitare: arg.c quãto. de foro compet. & ca. causam, de ꝑscri. sed ratione honestatis, facit no. in c. sciscitatus, de rescr. Sed tũc cõtra, cõsuetudo nõ debet valere contra honestatẽ, c. cũ decorẽ, & c. cum ab omni, de vit. & hon.cler. Respon. id admittitur in mulieribus solũ præcellẽtibus habentibus dignitatẽ, sicut videmus de Abbatissa, quæ ratione dignitatis, habet iurisdictionẽ ca. delecta, de exc. præl. Et ꝙ hic dicit de cõsuetudine, intellige de mulieribus ꝑcellentibus & nuptis principibus viris, ita ꝙ principatus pertineat ad virũ; nã si mulier haberet principatũ ꝓprio iure, tunc non indigeret consuetudine: sed esset iure communi munita, vt per Abbat. post Inno. in cap. dilecti. eod.

Cõsuetudo potest dare iurisdictionẽ mulieri.

c Iudiciali. Cum igitur arbitria sint redacta ad instar iudiciorum, l.1. ff.eo. merito nec arbitriũ poterunt suscipere, fac.l.fin.C.eod. secus ergo esset si fieret compromissum in mulierem, tanquam in cõem amicã & amicabilẽ compositricẽ, posset.n. tale cõpromissum mulier acceptare: quia coram procuratore non est iudicium, sed extraudicialiter proceditur, vt in c. Quintauallis, de iureiur.& c. dilecti, a contrario sensu eodem vnde sumitur.
d Separandæ. c. dilecti, eod. ca. mulierem. 33. q.5. per Legistas in l.1. ff. de legib. & in l. fœminæ, ff. de re iud. & in l.2. C. de muli. & ĩ quo lo. mu.sex,

f Admittendi erũt. Est ergo edictum de arbitris prohibitorium certarum personarum: vnde omnes admittuntur, qui non sunt expresse prohibiti, vt hic. c. fac.l. 3.§. tam et si.& l. Pædius, cum l. sequen. ff.eod.l.1.ff. de testa.l. cum prætor. ff. de iudi. capitul. inter corporalia. de transatio. Prælat.

Sicut CASVS. non figuratur, sed not. quod in lib. introductorio non omnia, & singula sunt explicanda, sed illa quæ videntur magis vtilia.
g Illorum quidam. Vt est seruus. l. non distinguemus. §. seruus. ff. eod. l. 3. §. si seruus. ff. de pecu. facit. l. seruus, C. de iudi. Item monachi & etiam alij clerici, 16. quæst. c monachi & c. de præsentium. quod tamen intellige secundũ ea, quę latissime traduntur, per Abb. in cap. per tuas, eod. Item excommunicati, secundum Io. An.& Spec. fac. c. dilecti, de exce. Item hęretici, & pro plenissima Ioã.Bap.

informa-

informatione personarũ,quæ cõpromittere non possunt,videndũ est Perus. in suo luculẽto tractatu de arbitris,in 2.lib.per tot.

Plereque etiam causæ.CASVS.Quidam Perusini desiderio euitandi lites compromiserunt oẽs & quasi unq. causas ciuil. criminal. ecclesiasti.& cuiuscunque alterius generis.vnde fuit quęsitũ quid iuris, si.n.volumus cõsiderare finem compromissi qui est supra, tit. prox.in pri affirmatiue est respõdendũ; confirmatur p reg. legistarũ quod una causa respiciẽs plura determinabilia, dẽat æqualiter ipsa determinare. Sol. tñ ut hic hr. qa illa quæ sub cõpromisso continent,dẽnt esse in nostra potestate, arg.c. si diligẽter de foro comp.qđ in nõnulis causis nõ contingit, nõ obstat obiectio,si quidem ad eã respondetur per id qđ dixi supra in §.sed & fili. eo ad confirmationẽ vero dico, quod nõ est eadẽ causa in omnib. ut cõstat in tex.No.primo quod quædã causę quæ in iudicio examinant, licet pertineãt ad nos, nõ tamẽ sunt in potestate nostra. No.secũdo,quod ob hãc causarum diuersitatem vidẽtur necessariũ in iudicio examinare in primis, qua causa sit compromittibilis,qđ facit pro intelligentia statutorum loquentium de compromissis.

b Matrimoniorum.c.causa,in fi.de res.in integ. tamen secundum aliquos posset arbiter cognoscere de tali causa incidenter,& de materia huius §. latissime per Perus.in tract.de arbitris.libr.2.per totum.

iuris commodius cognosci poterunt.

Ponit causas, super quibus non potest compromitti, & quod super matrimonio spirituali potest compromitti, secus super carnali, h.d.

Pleręque etiam causę arbitrorum notiorum effugiunt,nam liberales,[a] matrimoniorum,[b] filiationum,[c] monachationum,[d] conuersionũ in integrum restitutionum,[e] item criminales[f] & quę maiores iudices exigunt,per arbitros cognosci non possunt.

Super matrimonio spirituali potest compromitti, non super carnali, h.d.

Quod autem diximus de matrimoniis compromitti non posse,de carnalibus intelligendũ est, nam quod de spirituali matrimonio compromitti possit,secundũ ea quæ supra diximus[g] nulla est dubitatio.

Arbiter super pluribus, si super uno tantũ pronunciet, non expirat compromissum: nisi habuerit a partibus facultatem ita pronunciandi. h.d.

Finiuntur[h] aũt arbitria pluribus modis, ut puta, sententiæ prolatione,& temporis lapsu. sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cum de omnibus,de quibus compromissum fuerit, arbiter pronunciauit. Nam si de quibusdã tantum sententiam tulerit,nisi talem pronunciãdi potestatem a partibus habuerit, compromissum non expirat[i].

c Filiationũ.Fac. l.abdicatio.C.de parr.pæ test.

d Monachationũ. Per Doct.in l. nõ distinguemus, §. de liberali. ff.eo. & p Perusi.in suo tractatu de arbi. lib.1.c. 3.

e Restitutionum. l.fi. C.vbi &apud quem, c.causa, in prin.de rest.in integ.poterit tamẽ secundũ quosdã, & de hoc incidenter cognoscere, Ab.in d.c.causa, in princ.versic.secundo nota.

f Criminales. c a. causa.in fin.de re stit.in integ.l.nõ distinguemus, §. Iulianus, ff. eodem.

g Supra diximus §. per cõpromissum,de cle.& ca. quia propter. eo. tit.

Finiũtur autem CASVS.Facto vt pręsupponit cõpromisso,fuit quæsitum, an finiat modis diuersis sicut iudiciũ delegatum, præcipue uero sententia,tẽporis lapsu,morte,& simil & cũ depẽdeat a libero cõpromittentiũ contractu,uidebatur rñdendũ quod tantum per sententiam debebat finiri,cum ista fuerit compromittentium intentio.Sol. tamen ut hic legimus,quia compromissum in hoc assimilatur delegationi,& procurę & sic non tenet obiectio, imo propter hanc similitudinem tenee argumẽtum ab uno ad aliud vt alibi dixi,& adno.Not.formam mandati compromittendi esse diuersam ad arbitrium istorum compromittentium, & ideo in hoc nequit certa regula assignari.

Ioã.Bapt.

a Liberales,le. non distinguemus.§.de liberali, eod.l.2. C.de pedaneis iud.c.penul. eo.secundum vnam lecturam,& hoc intellige principaliter,nã si coram arbitro compromitteretur de aliqua causa compromittibili,& incidenter esset necesse cognoscere,supra libertate,posset tunc cognoscere,vt no.in d §.de liberali, pro quo l.cum pr oponas,secundum unam lect.C de reb cred.facit secũdum quosdam l.quoties,C.de iud.& l.2.C.de de ordin.cogni.

h Finiuntur.De materia huius §.latissime p Perus.in tract.de arbit.li.1.per tot.

i Non expirat. Ideoq.sententiam super una tm causa latã mutare poterit, l. quid tamẽ,ff.eo.Sed an

Termini lapsu compromissum expirat. h.d.

Lapsu temporis expirat arbitrium, cum terminus compromisso comprehensus re infecta labitur [a].

Morte tam arbitrorum, quam compromittentium expirat compromissum: nisi specialiter sit dictum de hæredibus compromittentium. h.d.

Mortis quoque interuentu compromissa irritantur, tam arbitrorum [b], quam etiam litigatorum [c]. Compromissum [d] enim in compromittentis hæredis non extenditur [e], nisi de his quoque specialiter caueatur [f]. Sunt & alii modi quibus compromissa finiuntur, quos tamen ut ad cęptum iudiciarii ordinis propositum festinemus, ex aliis iuris libris cognoscendos relinquimus [g].

an idem sit de iudice ordinario, qui de pluribus simul quæstionibus fuerit aditus? Rñ. non, quia licet arbiter fines cōpromissi excedere non deat. l. non distinguemus. §. fi. cum l. sequ. ff. eod. iudiciū tñ. redditur in inuitum. l. inter stipulantem, §. Stichú. ff. de ver. obl. & ideo in quibusdam lata snia tenet, licet de aliis nihil dicat l. fi. autem § fi. ff. de neg. gel. & no. ī d. l. quid tamen.

a Labitur. possent tñ partes terminum prorogare, licet arbiter nō cogatur i se cōpromissum assumere, q̃do per eū non stetit, quo minus pnūciaret ī primo termino. l. si cum dies, ff. eo.

b Arbitrorum. Et si fuerit in plures arbitro. compromissum etiā morte vnius tantum. expirat cōpmissum. c. uno delegatorum, ubi etiā no. de off. dele. & in iudicibus delegatis accidit, nisi expresse cantum fuisset, ꝙ non deberet expirare, quid autem sit in iudicibus ordinariis & aliis officialibus, habetur per Docto. in cap. prudentiam, de off. deleg. Et quod dicitur de morte, extende etiam ad diuturnam absentiam, quia diu absente arbitro vel expirat compromissum, uel certe illo non obstāte potest pars recurrere ad iudicem ordinarium Ab. in c. prǫsentata vers. not. ibi per duodecim, & per eundem in c. si eo.

c Litigatorum. Etiam alterius tñ, ca. ex parte, eo. Sed nūquid erit idem, si moriatur prælatus, q compromisit super rebus ecclesiæ suæ, ut expiret compromissum morte prælati? Respo. distinguendo, ut per Ab. in c. fi. eo.

d Compromissum Sed an quod dicitur hic de ipso compromisso obtineat etiam in actis gestis coram arbitro, s. vt eorum uirtus expiret una cum compromisso? Respondeo, quædam sunt acta litis, ut citatio, litis contestatio, satisdatio, & similia, & ista pereunt una co cōpromisso, sicut qñ perit instantia iudicia, ut plene per Inn. Ab. & cæteros, in c. causam q. de testi. Quædam sunt acta causæ, puta attestationes, partium confessiones, & similia concernentia merita causæ, & ista non expirant, et qđ expiret cōpromissum nō solū morte verum ēt alio quocunq. modo, l. pe. C. eo. vbi Doc. Canonista in cap. eo. De testib. tamen distingue, ut habetur in c. præsentia, de testib. & in l. fi. C. eo titu. idē intelligas de effectibus cōpromissi productis de pterito nam non extinguunt. Vnde si fuerit coram arbitris interrupta pscriptio p cōtestationē litis uel alio modo legit. mo, non expirat ille effectus expirante cōpromisso, ut per Bal. in d. c. cau-sam, & per Abb. in d. c. fi. eod.

c Non extenditur. Etiam si ante mortē esset conclusum in causa, & dies præfixus ad sententiā ferendam, c. ex parte, & ibi Abb. eodem, quamquā si esset sententia lata, executio transit in hæredes. l. q̃uis, & l. diē pferre. §. fi. ff. eo. & habet in dicto c. ex parte, & in ca. fin. eodem, & sic hoc casu sentētia, & cōclusū i causa non æquiparantur, licet aliqñ cōtra, ut p Legistas, in le. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. posses. l. emptore. ff. de actio. empt. Et no. hic casū, i quo obligatio contracta cū defuncto non trāsit ad hæredē, regulariter cōtra, licet de hęrede nō fuerit facta mentio in cōtractu. l. veterib. C. de contra. & cō. stipu. de aliis similib. casibus. no. in l. iuris gentium. §. pactorum, & in l qui in futurum. §. r. ff. de pact. & generaliter. qñ pactum factum cum defuncto cohæret personæ defuncti non transfertur obligatio in hæredem. Legistæ in l eadem. ff. de verb obliga. & in l. si decesserit. ff qui satisd. cogan. in leg. postulante. ff. ad Trebel. Et facit ad quæstionē an si conuenerit ut quis possit personaliter capi, si non impleuerit ex parte sua, possit etiam illo mortuo hæres capi? Et ad statutum disponens debitorem posse personaliter capi, de quo remissiue per Ab. in cap. fi. eo. Sed quæ est ratio quod compromissum non transit in hæredes? Responde. secundum Abb. in d. ca. fi. quia arbitri plerumque eliguntur ratione confidentiæ, & amicitiæ. qua forte non erit ita cum hærede meo ut mecum, merito si morior non debet cogi hæres meus stare compromisso, in quo cessat illa ratio confidentiæ. Aliam rationem reddebat Host. ut per Abb. in d. c. fi.

f Caueatur. Sed pone, quod sit cautum. intelligetur ne de uno tantum hærede, an etiam de pluribus? Et uidetur quod de uno tantum le. antiquitas. C. de vsufr. l. boues. § hoc sermone, ff. de verb. signific. Spec. Abb. & communiter contra l. in annalibus. C. de lega. l. fi C. de hære. instit. facit leg. qui per successionem. ff. de re. iur. Non obstat l. antiquitas, quia illud speciale, ne frustra semper apud proprietarium sit ipsa proprietas. Item numquid quod hic dicitur habeat locum in arbitratoribus & amicabilib. compositoribus. Spec. quod non. contra Abbas in capitulo fin. eodem. & hæc magis placet.

g Relinquimus. De his plenissime per Perusinū in suo tractatu de arbitris, libro decimoteitio, per totum.

DE IN IVS VOCANDO.

Ioa. Bap. Continuatur hæc materia prout legimus in princ. huius tit. vel dicas aliter, prætermittendũ est partes non potuisse venire ad aliquam concordiã per aliquem modum ex supra relatis, & explicatis cũ coactæ fuerunt venire ad iudiciũ & quoniã principiũ iudicii est ipsa citatio, §. oĩum hoc ti. nostro, ideo proponitur hic ti. iste, qui diuiditur in quattuor partes in quarum prima adno. continuatio in secunda qualiter acta iudicij sit in scriptis redigẽda, in tertia demõstrãt qualiter citatio est principium iudicii. in quarta hẽntur casus diuersi nõ comparendi. secunda ibi, illud autem: tertia ibi, omnium autem: quarta ibi, fit tñ.

Ioã. Bap. Ergo si partes. Casus non figuratur not. tamen quod ad iudicium est deueniendum quando aliter partes ad cõcordiã venire nequeunt, unde not. argum. prius esse tentandum remedia ad pacem conducentia.

Ioã. Bap. Illud autem. CASVS. Quidam Episcopus dicebat ius, partes solũ audiendo, non curando ut singula acta scriberentur, qua de re fuit quæsitum, an expediret singula iudicii acta scribere, si enim finis iudicii est attendendus, non uidebatur hmõi scriptura necessaria. si quidem postquam vnicuiq. ꝙ suũ est per iudicium est redditũ, non vř opus aliud addere. Sol. tñ vt hic habetur, quia oportet aliquando demonstrare sententiam esse legitime latam, exactitatis ꝙ sine prouisione præsentis partis fieri non potest. vnde cum prouisio ista sit ordinata, ad alium finem, ideo obiectio non tenet. No. primo, scripturam esse necessariam in quolibet actu, qui fieri debet in iudicio. No. secundo, quod notarius sapit naturam duorum testium.


a Prætermittantur. c. causam. de iudic. c. quoniam contra, de probat.

b Duos viros. Videtur ergo, quod tabellio æquiualeat duobus, ex quo loco eius adhibentur duo idonei, alias uidetur quod æquiualeat tribus, 16 quæstio. 3. §. potest. versic. is autem, & sic uidetur, quod plus credatur scripturæ tabellionis, quã scripturæ episcopi, vel alterius iudicis, nisi habeat testiũ subscriptionem capitulo cũ a nobis, de testib. hoc ideo, quia tabellio cum iuratus sit, credẽdũ est instrumento suo, capitulo ad audiẽtiã, de pscriptionibus, capitulo illud, de præsumption. Sic consuetudo regionis in terdũ habet, qđ credatur instrumento principis, ut ĩ capitulo, cũ dilectus de fide instrumẽtorum. Licet autẽ circa iudicia credatur scripturæ tabellionis circa contractus, tñ ei non creditur, nisi habeat testiũ subscriptionẽ. §. sancimus, authen. de hær. & fal. tutius tñ est quod & in iudiciis adhibeãtur si adhiberi possunt, vt not. in c. quoniam cõtra de proba. vnde sumitur.

c Innocẽtiana, c. quoniam contra de probation.

DE IN IVS VOCANDO. Tit. V.

Iudex debet habere notarium, uel duos uiros idoneos, qui scribant acta iudicij. h. d.



Ergo si partes neque pactionibus, neque transactionibus, neque compromissis concordes reddi poterunt, ad iudicem deueniendum erit. Illud autem in primis prospicere iudicem oportebit, ne scilicet debitæ solennitates in iudicio prætermittantur. [a] Adhibebitque publicam personã, aut duos [b] uiros idoneos, qui uniuersa acta iudicii conscribant, ut Innocentiana [c] cõstitutione, in generali concilio edita, latius continetur.

Initium iudiciorum citatio, sine qua omnes actus regulariter sunt nulli, h. d.

Omnium [d] autem iudicium instituendorum principium, & fundamentum sunt citationes, sine quibus omnia, quæ aduersus absentes in omni negotio, aut loco aguntur, viribus carent. [e] Nam neque natura--

Omnium autẽ CASVS. Quidẽ iudex Mediol. indifferẽter ius reddebat parte nõ citata, idq. putabat sibi licitum, quia diceba t satis esse causam sibi cõstare tanquã iudici, & propterea nil aliud requiri. argum. c. euidẽtia, de accusat. cum simil. Sol. tamen, ut hic habetur quia si secus esset, sępe contingeret aliquem indefensum condemnari, quod repugnat iuri, & rationi. Non obstat obiectio, quia non est satis, ut aliquid sit notum iudici, nisi sit notum legitime & canonice, & sic intelligi debet d. ca. euidentia. No. primo, quod nemo potest in iudicio iudicari, nisi prius fuerit legitime citatus. Not secundo, ꝙ cum citatio sit ordinata ad defensionẽ faciendã, ideo in quolibet indifferentet requiritur, facit le. in ciuile ff. de legib.

d Omnium, &c. Sic Instit. de pęn. tem. liti. §. fi.

e Viribus carent. Facit le. de vnoquoque. ff. de re iud. clem. pastoralis eo. ti. c. interquatuor, vbi no. de maio. & obe. c. caueãt & c. omnia, 3. q. 9. In tantum, ut sententia lata in fauorem absentis non citati non teneat, ut not. in l. ea quæ, C. quomodo, & quando iudex, Abb. in cap. quoniam cõtra, de prob. licet uideatur cõtra l. quod fauore. C. del. & l. nulla ratio, ff. de legib. Non mirum cum sit de iure diuino, ut apparet in princ. libri Gene. In quo habetur ꝙ Deus noluit Adam condẽnare de inobediẽtia, priusquã illũ citasset, Iõ ei nec ꝑ Papam

pam derogari pōt: & de hoc p Legistas præcipuè recentiores, in l. nec quidquã. §. vbi decretũ. ff. de offi. procon. Centũ tñ & quindecim casus, in quib. non est necessaria citatio colligit Ant. Nicel. in opere q p inscribitur, concordat gl. q. 52. in primo tomo tractatuum. si dubitaretur, prętoris. n. est æstimare, an sua sit iurisdictio, l. 2. §. sed & si dubitet, & l. fi. quis aliena, cũ ibi no. ff. de iu. l. contumax. & ibi ēt not. ff. de re iud. & faciunt tradita per Canonistas in c. cum ordinem. de rescr. & in c. cum parati, de appell.

a Naturalis. Immo nõ naturalis vr p mittere si snia lata sit iusta: q a dũ modo finē habeamus, nõ curamus de modo. Sol. hoc verũ, qñ mod⁹ nõ est de substãtia, alias qñ est de substãtia, non sufficit habere solũ effectũ Ab. ĩ c. vniuersitatis, vers. i gl. pen. & sēt. ex c. fac. c. ecclesia, de consti. & vt lit. nõ cõt. per tot.

b Teneatur. Quod tũc erit cũ citatio habebit sua reqsita, de quib. inf. eodem in progressu

Ioã. Bap. Fit rñ. Hæc pars tot partic. habet, quot sunt causæ q bus q̃s excusēt vt ad iudicium cõpareat: in cõmuni tamē CASVS ita cõmode figurari põt Quidã fuit ad iudiciũ citatus, q̃ aliter nõ cõparuit, & cũ iudex voluisset ipsum condemnare, fuit quæsitũ, an posset excusari allegando citationē nõ fuisse legitimè factã vel rõne personæ, vel ratione loci, vel ratione temporis, uel ratione formæ citationis, cum in ea requisita non contineantur, uel alia simili causa, & cum contumacia sit punibilis, ut docto. ad not. in cap 1. de iudic. ideo cum simpliciter non comparuisset, uidebatur puniendus. Cæterum Sol. vt in hac part. legimus, quia citatio cum debeat esse legitima, tūc erit talis quando secundum debitas & ad no. circunstantias fuerit facta. Nõ obstat obiectio, quia de legitima contumacia intelligitur, ut docto. ibi præsupponunt: Not. primo competentiam iudicis simpliciter, uel respectu alicuius actus aliundo nõ cognosci, nisi ex qualitate iurisdict. personarũ in iudicio interuenientium, loci, temporis, formæ, & aliarum circunstantiarum, hinc habemus uarium modum excipiendi. Not. 1. quod causa, propter q̃ citatio est nulla, aliquando est perpetua, & aliquã do temporalis.

c Vt puta. Nota quatuor capita ex quibus oritur inualiditas citationis.

d Manifestũ sit. Hoc ideo dicit, quia aliud esset si iudex procedere ad utilitatem priuatam, aliàs esset nulla, & per consequens non perpetuaret iurisdictionem, c. cũ plures, ubi no. de offi. del in 6. nec ēt præuentionē induceret. Io. And. & Ab. in d. c. p posuisti, ubi, an talis citatio debeat esse per tria edicta, an per unicam citationem peremptoriam.

lis, [a] neque ciuilis ratio quemquam indefensum iudicari permittit. Quicunque igitur cum altero iudicio contendere uoluerit, ante omnia curare debet aduersarium itá moneri, ut sese corã iudice exhibere teneatur. [b]

Ex quatuor capitibus elusoria redditur citatio, & citatus a non suo iudice non tenetur comparere, h.d.

CASVS. De eo quoque Cum sententia super certo negocio præsupponatur lata, nec ab eo fuerit appelatū ille ad cuius fauorem lata fuit, uolebat ea uti aduers⁹ quosdā tertios in processu non nominatos, ea ratione motus, q̄a res iudicata simpliciter, & non respectiue pro ueritate hr. l. res iudicata. ff. de re. iu. Sol. tamē ut hic in tex legimus, quia actiones morales cum a circunstantiis regulātur, secū dum earū quoque ueritatem uariantur et ideo uerificatur regu. in tex. ad not. & obiectio in contrarium facta non obstat. No. iudicium afficere solum res, & personas in processu nominatas, sed limi. iuxta tex & ibi Docto. in c. fi. de probat.

e Sumus. Hic §. & ca. quamuis, eo. vnde sumitur, materiā continent subtilem, & prolixā, & copiosiorem, quam vt per notula tradi possit, ideoque pro eius clariore, & pleniore elucidatione recurrēdum est ad not. per Doct. in d. c. quamuis.

f Sententia. Quid dicemus de alijs actis causæ, vt puta, de attestationibus, & similibus; Dic quod regulanē a sni a. Vnde quibus nocet vel prodest snīa, nocent vel prosunt acta, c. inter dilectos, versi. nec attestationes. de fi. instr. Inn. & Abb. in ca. causam quæ. de testib. per Legistas in l. sæpe. ff. de re iudi. Item de confessione, vt per Doct. in ca. quamuis, eo. quæ ratione publicæ vtilitatis facit fidem & in alio iudicio, Abb. in d. c. causam quæ.

g Regulariter. Bene regulariter, quia hoc habet satis multas exceptiones, de quibus per glo. in ca. quamuis. ca. in verbo res inter alios, & prolixius, & exactius ibidem per Abb.

h Lædet. Respectu pleni prę iudicij, sed quoad præsumptionem inducendam bene præiudicat, quia acta inter alios transferunt onus probandi in eum contra quem faciunt, Abb. in c. cum inter canonicos, de elect. & not. in ca. dilect. 2. de simo. & in cap. interrogatum, 2. quæstio 5. & per Legistas in l. si duo. ff. de iureiura. Immo Bar. in l. admouendi. ff. de iureiur. tenet, quod illa sententia fa

ciet semiplenam probationem. Ab. in c. quãuis, eod. dicit hoc relinquendum iudicis arbitrio. Sed an saltem prosit. Resp. non, l. res inter alios. C. quibus res iud. non no. & fac. illa regula. Contrariorum est eadem disciplina.

Quorũ uersuũ declarõnem hẽs in d. c. cũ apud. c Quatuor mensiũ. Sed an hoc tempus dandum sit & his, qui a principio confitentur debitũ, cum hic non feratur sententia, sed solum fiat pręceptũ de soluendo? iuxta no. in c. dubium, 2. de ele. & 2. q. 1. c. nos in quem quam, & in l. 1. C. de confes. Quidam ꝙ non, ut no. in l. si debitori, ff. de iud. & i §. omnes, inst. de uerb. ob. Sed in contrarĩũ uř tex. ĩ l. certum, §. fi. ff. de cõfes. dic ꝙ primã opi. approbat consuetudo, q̃ dat confesso solum decem dies. Secũda est de iure uerior, ut per Bar. in d. l. si debitori. si ergo cesset consuetudo, tũ §. fin. is aũt cui hæc tpa indulgentur, ut euitet oẽs molestias, dẽt satisdare de soluendo, d. l. si debitori ubi Bart. & per Abb. in d. c. quoad consultatio nem, eo. uersic. sed quæro iuxta prædicta, ꝙ putat uerum Abb. q̃n talis debitor esset de fuga suspectus, uel non esset soluendo.

DE EXECVTIONE rei iudicatæ.

¶ Postquã in præcedẽti. uidimus de sententiis, & re iudicata, sequitur uidere de illarũ executione, ppea ponitur hic ti. iste, qui diuiditur in 3. par. in quarum prima hř qualiter res iudicata sit exequẽda: in secũda, a quo exequenda: in tertia an executor possit de fraude cõtra eam opposita cognoscere: secũda ibi, sed si ordinarius: tertia ibi, ꝙ si princeps.

DE EXECVTIONE REI IVDICATAE. TIT. XVI.

Rem iudicatam sequitur executio, h. d.

SI igitur sententiæ latæ legitima appellatio non occurerit, intra statuta tempora executioni mandanda [a] erit.

Sententia lata in reali actione statim executioni demandatur, in personali post quattuor menses. h. d.

Sed multum intererit, utrum in reali, an uero super personali actione sententia lata fuerit. Primo. n. casu statim. [b] Secundo, non nisi post emensa quattuor mensium [c] spatia executioni mandabitur.

Quadrimestre tempus potest prorogari & breuiari, h. d.

Licet autem quadrimestre tempus in personali actione sit regulariter statutum, ex causa [d] tamen nonnunquam [e] & arctari, & prorogari [f] potest. Sed qui ab initio terminum recepit sponte [g] breuiorem, sibi id imputare [h] debebit, cum ex uoluntate propria

Ioã. Bap. SI igitur. CASVS. Alter litigantiũ uidens ꝙ a sñia ad eius fauorẽ lata non fuit aliter appellatum petebat eã executiõi mãdari, quia si uia eã rescindendi est denegata, sõlũ executio remanebat; sed pars aduersa se opposuit, q̃a uř absurdũ executionẽ cõcedere nisi prius cognito, an sit iusta. So. ut in tex. legimus, q̃a aliter res iudicata nõ haberet pro iudicata, & sic tenet rõ pro altera parte adducta, ꝓ altera vero limitatiuẽ q̃. s. ut dicit tex. executio excederet. No. primo, quod etiam in executione datur certus terminus, idq. uidetur factum vt inde iusta appareat. vnde no. secundo arg. quod creditor non dẽt esse ad exigendũ ita promptus, vt debitor cogatur statim vere soluere.

a Mandanda erit. Quia parum est iura esse in ciuitate, nisi sint, & per quos iura mandentur executioni, l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. & de materia vide per Host. in sum. eo. §. quando & a quibus, & per Spec. in §. videndum, & in c. quoad cõsultationem, eo. vnde sumitur, & alibi sæpe.

b Statim. Vt no. in c. quærẽti, de off. dele. Et idẽ in cã criminali, vt ibidẽ hř, & 11. q. 3. in c. cum apud Et habetur hæc materia clare per hos versus

In personali post menses quattuor in re,
Protinus est omnis sententia perficienda
Sic in criminib. sed casus excipe quinq;
Cõfessus prægnãs iratus, et insula, seru⁹.

d Ex cã. Quis autẽ probare debeat in causa appellationis, an appellans, quod sine iusta cã iudex terminos iuris breuiauerit, an appellatus, ꝙ ex cã fecerit: vide per Ab. in c. quoad consultationem, eo. ver. qui autem probare.

e Non nunquam. Non ergo semper & indistincte sed cum causæ cognitione, iuxta not. in l. a procedente. C. de dilat. & per Ab. in c. quoad consulationem, eo. versi. sed ego, & uersi. & fac. hæc littera, & in c. cum sit, de appel. Bar. in l. 2. ff. de re iu. & in c. quærenti de offi. deli.

f Prorogari. poterit aũt prorogatio fieri ẽt sine cã cum sit fauorabilior coarctatione, ita no. in l. 4. §. si quis. ff. de re iud. ꝙ. intelligit Ab. quãtũ ad hoc q̃d factũ iudicis valeat, nisi appelletur. poterit tñ sm̃ eũ appellari, quia non debet aliam partem sine causa grauare, de quo late per Legistas. in d. §. si quis, & per Nattam in Cle. sæpe, de ver. sig.

g Sponte. Secus si cõtradixit, & inuitus recipit, secundum Host. sed sm̃ Inn. in dubio præsumit q̃s sponte recepisse de quo dic latius per Ab. in c. quoad consultationem, eo.

h Imputare. Sed cõtra, quia immo uidetur, quod lex suppleat factum hominis, l. 4. §. si quis condẽnatus. ff. de re iud. Solu. secundum glo. in c. quoad con-

iuris beneficium conptemsisse uideatur. Vnde postea non audietur appellans, nisi forte aduersus eum modus executionis canonicus excedatur,[a] siue ab ordinario,[b] siue etiam ab arbitratore res iudicata fuerit.

Delegatus a principe potest propriam sententiam intra annum exequi, h.d.

Sed si ordinarius [c] ad mandatum [d] iudicis a Principe [e] delegati nolit, aut quibusdam obsistentib. sententiā ab eo latā suo effectui mācipare nequeat, datus ipse iudex illā executioni mandare poterit,[f] & resistētes ecclesiastica [g] snīa coercere,[h] & nō solū usq. ad quadrimestre tps quod ad soluendum debitum a lege reo cōceditur, sed vsq. ad annum [i] integrū ad

consultationem eo.ꝙ id quod hic dicitur, procedit quando iudex arctat cum causa, ut not. hic in uerbo nonnunquā contrarium quando sine causa, sed hæc non placet Ab. quia si pōderentur uerba uersiculi, & qui ab initio. clare ibi innuitur ꝙ ēt si sine cā iudex decurtauit spatiū, imputandum est sponte recipienti alias uer. ille supflueret, quia ubi iusta causa subest, nō requiritur quod iudicium exerceatur in inuitum, secundum Host. quē sequitur Ant. uis ergo tota uidetur in hoc, s. an pars sponte receperit termi num breuiorē an non sponte, ut per Ab. ibi, uer. & tm circa prima, fac. l. ad solutionē, ff. de re iud.

a Excedatur. Sic 2. q. 6. §. sunt quorū & §. ab executore, & capitulo nouit, de appellat. & c. super quæstionib. §. nos autem, de off. deleg. & l. ab executione, Co. quorum appell. nō reci. Sed videtur quod numquam sit necessaria appellatio, quia aut executor facit quod mandatur, & tunc non excedit, aut facit aliud, & tunc nulla est sententia sua, vnde nō est necesse appellare, ca. 1. de sent. & re iud. quia nō fuit seruata forma mādati, vt ca. cum dilectā. de rescrip. cap. examinata de confirm. vtil. vel inuti. Respon. iudex potest excedere mandatum faciendo quod mandatur plus aggrauando illum contra quem fit executio, nā tunc tenet sententia & necessaria est appellatio. Item si objiciatur excōmunicatio, c. 11. quæst. 3. ca. cum excommunicatio, & c. cum inter, de exec. & ca. pia, eodem titu. in 6. item si inuocatio facta esset post rem iudicatam: nam tunc mutatur ordo executionis l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iud. Item si præuenire velit tempus quadrimestre d. l. 4. §. si quis condemnatus. Item si male interpretetur sententiam. l. ab executore, ff. de ap. Item si objiciatur quæstio falsi, c. de cætero, extra de sen. & re iud. l. iudicati, C. si ex fals. instrum. & ca. super eo, de falsarijs, Item si fiat exceptio, per quam retro. nullum fiat iudicium, vt in c. nostra, de procu. & hæc not. in c. quoad consulationem, de senten. & re iud. super verbo excedatur. Sed adhuc contra d. l. diligenter. ff. man. vbi dicitur, quod q excessit mandatum, aliud quidem facere videtur. Solue, vt per Abb. in d. c. quoad cōsulationem. uer. sed contra præcedens dictum.

b Siue ab ordinario. Vt Per. Host. in summa eo. §. quando, & a quibus, ver. & a quibus, & per Spec. eo. §. nunc dicendum.

Sed si. CASVS, Quidam iudex delegatus volebat ad petitionem alterius partis suam sententiā executioni mandare, ea rōne, quia qui potest circa antecedens vr ēt posse circa consequens, c. trāslato, de const. altera uero pars opposuit exceptiōnē de ptāte, quia iā functus est officio suo. l. iudex ff. de re iudi. & ideo non uī ipse posse se amplius intromittere. Solū tamen ut in tex. legimus, quia si aliter esset executio, sæpe traheretur in longum, ad obiectiones aūt dico ꝙ per unam cōfirmatur solu. altera uero aliqñ uerificatur. Not. casum in quo iurisdictio delegati extēditur ad euitandū absurdum, & sic est īferendum, quædam esse concedēda aliquando pp aliqd bonum, quæ alias prohiberentur.

c Ordinarius. Ad quem regulariter pertinet executio sententiarum, ut infra eodē §. cum igitur.

d Ad mandatum. Nota, quod delegatus Papę pōt mandare ordinario loci quod sententiam suam exequatur, nec mirū, quia quo ad causam sibi commissam maior est omnibus post Papam, capitulo studuisti, de offic. delegat. & repræsentat personam Papæ, vnde honorari debet vt Papa, capitu. sane, de offi. delegat. capita. finali, distin. 93.

e A Principe. Secus in delegato ab inferiore, de quo per Abbatem in cap. si quis contra clericum de foro compet. & aliquid per eundem in c. significasti, de offi. deleg. vnde hic sumitur, & per Legistas, in l. a diuo Pio, ff. de re iu.

f Poterit. Sed an possit delegatus a principe non requisito, vel non detrectante vel impedito ordinario, per se principaliter propriam sententiā executioni mandare? Et nō videtur, cum hæc littera, & ca. significasti, de offic. delegati, videantur late hanc potestatem concedere defectum ordinarij contrariū verius, vt per Ab. in d. c. significasti, ver. sed quæro nunquid.

g Ecclesiastica sententia. Cap. quęsitum, & cap. significasti de off. dele. Sed an possit talis delegatus Principis inuocare brachiū sæculare? Respo. sunt opin. communiter tenetur ꝙ sic, vt per Abb. in d. c. significasti. ver. extra gl. quæro. non tamē potest habere officiales armatos.

h Coercere. Cuiuscunque dignitatis sint resistentes, ratio: quia repræsentat personam Papæ, cui totus orbis subest. 9. q. 3. c. cuncta per mundum, vnde secus in delegato alterius.

i Ad annum. Post annum vero expirat iurisdictio talis delegati, licet sententia non fuerit executioni mandata. quāquam aliud sit in ordinario lege prima. ff. ne vis fiat ei, & no. in c. quærenti. de offi.

offi dele. unde sumitur. & ibi late per Glossatores, & Doct. erit aūt hic annus continuus unde curret omni tpe. Regulariter. n. omne tēpus intelligit continuū, nisi reperiatur contrariū, not. in rub. ff. de diuer. & tēp. præsc. & in cle. vni. de testi. in integ & sic curret et diebus feriatis, & dato impedimēto & habebit iste annus dies 365. sicut annus qlibet, nec est curādum, quod incidat annus bissextilis, nam secundum Abb. in d. ca. quærenti pro regula capiendum est, ꝙ ubi a iure datur annus intelligitur de 365. dieb. continuis. l. 3. §. Stichus ff. de stat. lib.

a Iurisdictionem. Nisi fuisset dies ꝓfixus iurisdictioni quia tunc post terminū non posset delegatus se impedire sc'd'm Io. An. in c. de causis de offi. dele. sequtur Ab. in c. significasti. e. tit. in 3. not.

bet dubium, vt hic, & c. de cætero. eod. vnde sumitur. Sed dubium potest esse de inferioribus & cōmuniter tenetur idem esse saltem de iure canonico, quo iure omnia sunt delegabilia, habetur i c. quod sedes. de offi. ord. ex quo infertur secundum Abb. in d. c. de cætero. ꝙ ordinari⁹, vel delegatus a principe, possunt delegare executionem sententiæ, licet executio requirat maiorem iurisdictionē, quam requirat decisio causæ.

exequendam sentētiam iurisdictionem [a] exercere poterit.

Iudex deputatus super executione sententiæ admittit executionem fraudis, seu nullitatis, non ut super ea pronunciet, sed negotium ad superiorem, qui iudicauit transmittat. h. d.

Quod si Princeps propriam sententiā per aliquem executioni mandari iubeat, [b] & circa negotium fraus interuenisse dicatur, [c] executori de toto negotio cognoscendi facultas non [d] erit, sed ad superiorē quæstiones, si quæ inciderint, deferri oportebit.

Iudex ordinarius tenetur exequi sententiam delegati a Principe etiam iniustam h. d.

Cum igitur, regulariter contingat, ꝙ executio sententiæ ordinario demandetur, quæri poteri, an si ipsam iniustam esse cognouerit, executioni eam mandare debea, tan sit ei subsistendum potius. In qua specie responsum est, quod cum ordinarius delegato teneatur obsequi, licet sententiam non esse [f] iu-

Ioā. Aap.

c Dicatur. Scilicet circa negotiū principale, vt quia fuerit obtenta sententia per faudem, puta, per falsos testes, vel per falsa instrumenta, nam si hæc objiciantur coram executore, ut executio differatur, non est executori facultas hoc cognoscendi, quia sic asstmeret partes iudicis quod esse nō debet. l. si vt proponis C. de exe. rei iudi. sed debet referre superiori, capitu. de cætero, eodem fac. capitu. super eo. de falsis.

d Non erit. Immo contra 25. quæstio. 2. cap. etsi non cognitio C. cōtra ius uel uti. pub. Sol. secundum gl. in cap. de cætero. eodem quod hic sumus in mero excutore, qui nullam habet iurisdictionem annexam, sed nudum tantum ministerium. Contraria uindicāt sibi locū in executore mixto, qui scilicet habet iurisdictionem & cognitionem annexam. Hæc Solutio non placet Ab. quia merus executor nullam admittit exceptionem. l. si ut proponis. C. de execu. rei iudic. sed hic admittitur exceptio, & executor cognoscit non ut pronunciet super principali, sed ut remittat negocium infectū ad superiorem, sed non cognoscit de toto negotio, ut hic, & in d. c. de cætero, superior ergo plene cognoscet & pronunciabit. Nec huic expositioni obstāt contraria, ibi. n. dicitur, quod executor pōt cognoscere de fraude alle gata, ut si fraus interuenerit de toto negotio cognoscatur, non dicit per executorem, quia intelligitur per iudicem. Ita nota. in dicto ca. etsi non cognitio & per Inn. & Abb. in d. c. de certo.

Qđ si princeps. Hæc pars licet habeat plura capitula, quoniā tamē casus potest in omnibus commode figurari, ꝑpea est aduertēdū, quod quidam executores sententiarum cū ab altera parte audiuissent quandam sententiam nō esse exequēdam ꝑꝑ fraudem, vel quia alia de causa erat iniusta, vel ꝑꝑ appellationem a principe admissam nō obstāte clausula, appellatione remota, vel ꝑꝑ restitutio. in integrū, vel ꝑꝑ aliā simil. qua de re volebant vel tale negocium cognoscere, vel ipsū ad superiorem referre, & sic executionem retardare, idque putabāt sibi esset licitū, quia alioqn alīqs iniebite, & iniuste læderet quod repugnat iuri & rōni. Cæterū Sol'u. prout in hac parte cauet. quia regulariter ad executionem est omnino procedendum cum res iudicata pro veritate habeatur, ut sæpe dixit: aliqñ tñ ob qualitatē casus cōtingētis aliter est dicendum, & tūc procederet obiectio in contrariū facta. Not. primo quod executio aliqñ ob diuersas causas suspenditur, ꝙ facit pro illis q cupiunt eum euitare. No. secundo, ꝑ arg. rei iudicatæ et instrumenta deberregulariter executioni mandari; qđ tñ dictum uidetur habese aliquā difficultatem. No. tertio quod executor tenetur sine causæ cognitione mādare executioni sententiam, licet iniustam, sed cum hoc negotiū faciat vide glo. hic in ver. tenebitur.

b Iubeat. Et sic nota, ꝙ executio sententiæ est delegabilis, quod in delegatione principis nō habet dubium, ...

e Cum igitur. Pro intelligentia tam huius §. quā uniuersæ materiæ pręmitte, ꝙ plures sunt species executorum, de quibus per gl. & Doct. in c. pastoralis, § quia uero, de off. deleg. unde hic sumitur.

f Non esse iustā. Secus si executor nouerit sententiam esse nullam, vel præceptū nullum ipso iure, tunc

Nec enim non tenetur quis tali mãdato parere, nec enim põt in tali actu dici iudex, arg. c. forus, de uerb. signif. Immo tali iudici exequi uolẽti resisti potest propria auctoritate, ut per Ab. in c. pastoralis, §. quia uero, et in c. si quando, de offic. de leg. et no. per Ab. ĩ c. super eo. de crimi. falsi. Est tñ differentia, an sit lata p falsas literas delegatorias, vel contra falsum procuratorẽ, an p falsas probationes. Primo. n. casu sine ulla tpis præfinitione non mandatur executioni. Secundo uero tẽpora ad agendum de falsitate sunt limitata, ut per Ioan. And. in c. cum uenerabilis. de exce. et per Abb. in d. c. super eo.
a Tenebitur. Sed an hoc pcedat ẽt in causa criminali ubi snia est corporis afflictiua? Inno. non putat hoc casu sniã iniustã exequẽdã, & approbat Ab. in c. pastoralis, §. quia uero. de off. del. pro quo facit, qđ ẽt tacitur nitas partis ñ purgat sentẽtiã, quia nemo est dñs mẽbrorum suorũ, le. liber homo. ff. ad le. Aquil. & c. contingit, 2. de sen. ex cõ. hinc est, quod condemnato ipso inuito, põt tertius appellare, l. nõ tãtum, ff. de appe. & 2 d. 16. in summa. Item nõ procedit quod hic dr̃ in executore extraiudiciali, qa tũc executor non tenetur exequi mandatum superioris iniustum. De ratione diuersitatis inter executorẽ iudiciarium, & extraiudicialem. per Abb. in c. vniuersitatis, de sent. excom.
b Liberet. Cap. pastoralis, §. quia vero, da off. dele.
c Instare. Quid si institerit non tamẽ impetrauit? Respon. appellet & tenebit appellatio. c. super eo. de offic. dele. c. cum super controuersia, eo. no. in c. pastoralis. §. quia uero. de offic. deleg.
d Inhibita. Est autem huius inhibitionis vis in eo. quod tollit appellationis effectum, vt non habeat impedire executionem sententiæ, nec deuo-

stam nouerit, exequi nihilominus tenebitur[a] cum sibi non cognitio, sed executio tantũ fuerit demandata, nisi a dato iudice impetrare ualeat, ut ab hoc onere ipsum liberet[b], nec. n. debet iudicis delegati mandato uiolenter resistere, sed & apud eundem instare[c] poterit, ut executionem tamdiu differri patiatur, donec principi rei ueritas innotescat.

Si Papa scienter commisit appellationem interpositam a suo delegato, dato cum clausula, appellatione remota, iurisdictio primi delegati est suspẽsa quo ad executionem. h. d.

Sed quid si cum a sententia lata auctoritate literarum Apostolicarum, in quibus inhibita[d] fuerat appellatio, prouocatum fuerit, et literæ post appellationem ad alios iudices emanauerint, an ad mandatum posteriorum iudicum executio sententiæ a prioribus delegata retardari[e] debeat; Et quidem cum Apostolicus aliis iudicibus appellationis causam ex certa scientia[f] committit, & appellationẽ videtur recipere, & simul priorum iudicum reuocare iurisdictionem. Usque eo igitur sententiæ suspendetur executio, donec appellationis merita plenius discussa[g] fuerint.

Postulatio restitutionis in integrum differt executionem. h. d.

Dantur & casus alii, in quibus licet sententia in rem transierit iudicatam, differẽda nihilominus erit executio, ut puta, si non protelan

luere cãm ad superiorem, nisi a tpe, quo superior ex certa scientia admisit appellationẽ, ut hic, & i c. pastoralis. §. præterea, de offic. dele. vñ sumitur.
e Retardari. Ut priores iudices sententiam neque per se, neque per alios exequãtur, ut in c. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. vnde sumitur.
f Scientia. Non intelligas q̃ sit necesse hæc verba ex certa scientia poni in cõmissione causæ appellationis. Sed quod in literis cõmissionis fiat mentio de processu causæ, de appellatione interposita, & de exceptione opposita, scilicet, qđ prius fuerat causa commissa appellatione remota, alias commissio causæ appellationis non valeret, nisi fieret mẽtio de illa clausula, quia si Papa sciuisset, non sic de facile admisisset appellationẽ. vnde Papa dicitur committerre ex certa sciẽtia quã fuit certificat[9] de omnibus, quæ potuissent eũ mouere ad cõmissionem denegandam. Vnde de qualibet clausula apposita in primis literis, quę potest esse impedimentum secundarum, debet fieri mentio in secundis, alias non dicitur concedere ex certa sciẽtia, sed per ignorãtiam & surreptionem, no. in ca. cum dilecta. & ca. ca. cæterum. de rescript. & per Abbat in capit. pastorali, §. præterea de offic. delegat. & in capitu. inter, eod. fac. l. fina., Co. de precibus Imperat. offeren. Et ad hanc materiam referuntur hæc verba, ex certa scientia, non autem ad merita causæ appellationis secundum Abb. in dicto. § præterea, & ita tolluntur quædam obiectiones ibi per eum factæ.
g Discussa. Confirmatione. vel cessatione, sed pone, qđ iudices appellationis pnunciauerũt male appellatum, & sic confirmauerunt sententiam latam. Quis mandabit sententiam executioni? vtrum primi iudices, an secundi? Respon. materia

est prolixior.quam ut breuibus notulis tradi pos sit.ideo uide per Doct.in c.pastoralis,§.praeterea, de offic.deleg.

a In integrum restitutio. Regulariter enim restitutio in integrum impedit executionem sentētię l.unic. C.si sæp.in integ.resti.postul. si tñ est pręsumptio contra petentem, quod hoc petat malitiosè,& cā protelandi executionem,tunc mandatur executioni sententia præstita cautione, de qua in ca.sciscitata,de resti.in integ.& p Bal.in l.falsam.C. si ex fal.instru. uide etiam per Lanfran. in ca quoniā contra, de probat. ver.restitutio autē in integ.

b Plures.De quib. per Docto.in cap. quod ad consultationem,eod.

di causa in integrum [a] restitutio petita fue. rit,& alii plures. [b]

DE APPELLATIONIBVS, [c] TIT. XVII.

Quid sit appellatio,& quare inuenta.h.d.

Appellandi vsus præcipue iudicantium iniquitatem [d] corrigit, & imperitiam detegit. [e] Est autem [f] appellationis iurisdictionis prioris iudicis per superioris inuocationem legitime facta suspensio. Vel appellatio est prouocatio ad maiorem [g] iudicem ratione

DE APPELLATIONIBVS.

Ioā.Bap. Continuatur ti.& materia ista per gl.rub.& iō non occurit aliud adnot.diuidit aut tot.iste contex.in 2.par.principa.in quarum prima tractatur de appella. in secunda de confirma. secunda ibi, post remo.Prima rursus subdiuiditur in tres partes,in prima habetur quid,& cur sit introducta appellatio,in secunda quotuplex ipsa sit adno.in tertia qualis sit declaratur,secunda ibi,appellatio num:tertia ibi,multum autem interest.

Ioā.Bap. Appellandi vsus. CASVS. non figuratur, Not.tamen, quod litigantes possunt in iudicio grauamen recipere aliqñ ob iniquitatem,& aliquando ob imperitiam, iudicum.Not.secundo,quod ex hoc tex pōt inferri limitat ad regul.qua cauetur,quemlibet in dubio præsumi bonum.

DE APPELLATIONIBVS.

c De appellationibus . Hæc rubrica secundum Abb.continuari post duobus modis. Primo , ad totum præcedentem tractatum huius tertij libri. Secundo specialius ad rubricam proxime præcedentem.Primo sic,supra in præcedentibus rubricis visum de his,quæ fiunt in iudicijs, & tandem de ipsius sententijs,merito restabat tractare de remediis,quibus ipsi litigantes releuantur in iudiciis,ideo subiicitur,& c.Vel secundum Ioan.And. extra eo.quoniam si a sententia non appelletur, trāsit in rem iudicatam,& de hoc vidimus supra tit.prox. appellatio autem impedit effectū rei iudicatæ,ideo de illa est videndum.Vel tertio supra visum est sententia & eius effectu,sed quia appellatio est remedium cōtra sententiam,merito subijcitur hæc rubrica.

d Iniquitatem.Sic l.1.ff.de appel.Et dic iniquitatem cum dolo,imperitiam sine dolo.Ad primū,l. præfecti.ff.de minor.Ad secundum, l.1.C.eod.ad vtrumque Insti.de iniu.§.i.& vtrobiq;facit lite m f.iam,vt Inst.de obli. quæ ex quasi delict.in prin.

si autem contra constitutionem iudicet, ipso iure non ualet sententia, & non est opus appellatione,ut l.1.ff.quæ sent.si.ap.rescin.

e Detegit.Isti sunt duo effectus appellationis accidentales,nec enim ob appellationem detegitur imperitia, uel iniquitas iudicis a quo. Immo interdum iudex ad quē sñiam latam a iudice a quo,in peius reformat,l.1.ff.eo. Producit autē appellatio duos effectus naturales , & ordinarios, unū.s. suspensiuum, aliū deuolutiuum. Effectus suspēsiuus est triplex. Nā suspendit pronunciatum vt in c.venientes, de iureiur. c.pastoralis, §. præterea, de offi.del. & licet tex.ī l.2. ff.ad Turpil. dicat, quod appellatio extinguit pronunciatum intelligendum est ꝙ extinguit de præsenti,& tpaliter;sed quoad futurum tps suspendit vt per Ab.in rub.eo d.Item suspendit iurisdictionem iudicis quo ad illā cām de quo in c.super eo.de præsump.& statim dr̄ hic in descriptione. Item suspendit præsumptionem, quæ erat pro sententia,c.cum ad sedem, de resti. spol.& not.in c.in præsentia.eod.tit. Nec tamen appellatio operatur semper oēs istos effectus , nā interdum operatur deuolutiuum tantum, exēplū in appellatione sententiæ censuræ ecclesiasticæ: nam per eam talis sententia non suspenditur,ca. pastoralis,eo cap.is cui,de sent.excom.in 6.deuoluit tamē talis appellatio causam ad superiorem, c.cum contingat,de offi.deleg.c.per tuas. de sent. excom.& tollit præsumptionem sententiæ,vt per Inno.in ca.bonæ.1.de elect.& in ca.qm̄ contra,de proba. fac.no.in ca.ad reprimendam, de offi.ord. Idem est cum appellatur a sententia nulla, talis enim appellatio non suspendit pronunciatū,cum viribus non subsistat,sed operatur effectum deuolutiuum dumtaxat;deuoluit enim causam ad superiorem,& hoc respectu appellari potest a sentētia nulla,vt habetur in c.dilecto, eod.& per Bart. in l.si expressim,ff.de appel.vt per Abb. & Perus. in rubr.eod.

f Est autem .Hæc descriptio est de mente Host. in sum.eo.§.quid sit,& licet Bar.in l.1.ff.eod. aliter definiat,eius tamen definitio non discrepat in sensu ab ista, licet eam Abb.non probet in rubr. eo. Aliam ponit ipse Abb. quæ quamqūm complecti videatur naturam appellationis, prolixior est tamen quam vt definitio conueniat.

g Ad maiorem iudicem . Et hoc est unū de substantialibus appellationis, contra quod non valeret consuetudo,iuxta not.in c.2.de consuet. in 6. fac.l.1.§.si quis in appellatione, ff.eod. quamquā autem non valeat consuetudo, quod appellet ad minorem,vel parem,vel eundem iuris fictione,ut in dicto c.2.Valeret tamen consuetudo appellandi

si omisso medio, c. referente, ubi no. de probat. & c. Romana. §. r. eo. immo etiam cessante cõsuetudine valeret appellatio omisso medio, si nõ fuisset obiect. no. in c. dilecti. eo. & traditur per Ab. Perus. in rub. eo. fac. 2. q. 6. c. anteriorum. §. illo vi de licet. Et hanc secundam definitionem approbāt, & difficile declarant Moder. Venusi. in suo speculo aurro, in tit. de appella.

faceret mentionem appellationis, nõ cõtineretur extraiudicialis. vt p Ab. ĩ c. cũ sit, & ĩ c. bonæ, eo.

h Rursus. Secunda diuisio appellationum iudicialium. Et quomodo differant hæ species inter se, vide per Ab. sua praxi. c. centesimo.

grauamini illati, vel inferendi.[a]

Appellatio alia extraiudicialis, alia iudicialis. Et de iure canonico etiam extraiudicium appellatur, quæ appellatio prouocatio dicitur. h. d.

Appellationũ duæ sunt species,[b] aut. n. extra iudicium appellatur, aut in iudicio. Extra iudicium appellatur, cũ quis ante litis ingressum ab aliquo grauaminē appellat, utputa ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, & quibuslibet extraiudicialibus actibus,[c] ex quibus se grauatum putet, licet enim sæculares leges non nisi in casibus[d] ante sentētiam appellationem admittant; sacri tamen canones etiam extraiudicium[e] passim appellare permittunt, nec solent[f] huiusmodi dici proprie[g] appellationes, sed prouocationes.

Appellatio iudicialis diuiditur in duas species, hoc dicit.

Rursus[h] in iudicio appellatur, aut ante definitiuam sentētiam, aut postea. Antea appellatur, ut cum ab interlocutoria, uel alio grauamine prouocatur.[i] Postea, ut cum ab ipsa definitiua sententia appellatur.

Appellans ab interlocutoria, debet in scriptis appellare, & intra triginta dies apostolos petere, & exhibere continentes causam appellationis, alia causa censebitur deserta, h. d.

a Vel inferēdi. Hoc verbum respicit extraiudiciales appellationes, dic ut habet in ca. bonæ, eo.

Ioã. Bap. Appellationum CASVS nõ figuratur. No. tñ cām dicti. quia sicut quis aliqñ in iudicio & aliqñ extra pt grauari, ita quoq. cõuenit, ut ei duplici appellatione subueniatur.

b Species. Colligũtur hæ duæ species ex c. 1. eo. in 6. & ex c. cum sit, & c. sup eo. tit. ĩ antiq. Sed quõ differunt hæ duæ species quoad effectum? Resp. secundum Inn. in c. dilecti, de maio. & obed. & ibi etiam Panor. & p eundē Inn. in c. quia pro pter. de ele. Appelatio iudicialis suspēdit factũ de præterito, & etiã de futuro, donec expediatur factũ appellationis, nã suspēdit pnunciatũ, & iurisdictionē iudicis a quo, ut in c. si a iudice, eo. in 6. & in l. 1. ff. ad Turp. Sed extraiudicialis non suspendit, quod gestum est, sed summittit in futurum ptectioni superioris, nec quis indebite molestetur, ut no. in c. cũ sit & Romana. eo. & no. Bar. in l. fi. ff. de app. reci. Sunt & aliæ plures differētię, ut p Ab. ĩ c. bonę. eo

c Actib. Siue fiant a iudice siue a priuato, ut in c. cõcertationi. eo. in 6. & ibi no. & in c. 1. e. ti. & li.

d In casibus, 2. q. 6. §. ante sententiam.

e Etiã extraiudiciũ. Nedum post vel ante sñiam. con. eo. c. super eo. 1. eo. & 2. q. 6. c. ad Romanam, cum seq. et c. accedens, vt lit. non contest.

f Nec solent. Quomodo hoc procedat & quõ sit intelligendum no. in c. cum sit, in verbo. nec solet eo. vnde sumitur. & per Abb. in c. super eo. de seq. pos. & fruct. vbi declarat, nu. 7.

g Proprie. Vnde si statutum maxime odiosum

i Prouocat. Quod hodie p Conciliũ Tridentinum, sessione 13. in primo decreto reformationis, non licet indistincte. Nã in causis visitationis, & correctionis, siuē habilitatis & inhabilitatis, nec non criminib. ab epo seu illius ĩn spiritualib. vicario gñali, ante definitiuã sñiam ab interlocutoria, vel alio quocũque grauamine nõ appellat, nec eps, vel eius vicarius huic appellationi tãq̃ friuolæ tenetur deferre, nullo obstante stylo, uel consuetudine, nisi grauamen huiusmodi p definitiuam sñiam reprobari, uel ab ipsa definitiua appellari non possit, vñ ex hoc apparēt correcta multa iura.

Ioã. Bap. Multũ aũt. Hæc pars diuiditur ĩ 7. partes, i quarũ prima habetur quid obseruari debeat appellãdo: in secũda quid sit agendum si appellatio congrua non fuerit: in tertia adno. casus ĩ q̃b. appellatio prohibetur, in quarta habetur qualiter iurisdictio iudicis, a quo, suspendatur: in quinta qualiter tacite appellatur, in sexta q̃d iuris si cã est inter plures, & corã plurib. in septima agitur de prosequēda appellatione, secũda ibi, ꝙ si iudex, el. 2. tertiã ibi, non omnis, quarta ibi, licet ãt, quinta ibi, appellasse aũt, sexta ibi qđ si a plurib. septima ibi, illud tñ iudiciali. Quo ad primum casus ita figurari põt, quidã clericus habens diuersas lites, in una fuit in iudicio grauatus per sñiam definitiuã, in altera uero per sñiam interlocutoriã, qua de re ab utraq. appellauit ita simpliciter, vt nec Apostolos postulauit, nec đ termino ad prosequendũ curauit, nec cãm aliq̃ appellationis assignauit, vñ fuit quæsitũ q̃d iuris de hmõi appellationib. & cũ practici dicãt in secunda istãtia nõ deducta esse deducēda, et non probata probãda, nõ uidebatur ppea esse dubitandũ in

Multum [a] autem intereſt ab interlocutoria quis prouocet, vel alio grauamine, an a definitiua: nam primo caſu, & cauſam appellationis in ſcriptis [b] asſignare, & a iudice infra triginta dies [c] inſtanter [d] petere debet [e] litteras dimiſſorias, & eidem intra dictum temporis ſpatium debent ab eodem iudice exhiberi continentes, & appellationis [f] cauſam, & cur appellatio non ſit admiſſa [g] vel appellationi forſan ex ſuperioris reuerentia ſit delatum. Alioqui ſi eos intra idem tempus appellans petere prætermittat[h], appellationi ſuę renūciaſſe putabitur, [i] etiam ſi uadat, [k] aut mittat ad appellationem huiuſmodi proſequendam.

Ponit tres caſus, in quibus ob non petitos apoſtolos cauſa deſeritur, h. d.

Idem iuris eſt, ſi iudex, a quo appellatur, certum [l] terminum appellant ad recipiendos apoſtolos asſignauerit, & appellans in asſignato ſibi tradi petat. [m] Idem & ſi iudex appellanti reſponderit intra iuris terminum [n] ſe daturum, nec inter dictum ſpatium congruo loco & tempore inſtanter & ſæpius ſaltem uno contextu petierit, uel ſibi oblatos [o] appellans recipere recuſauerit.

iſto propoſito caſu. Ceterū Sol. ut in hac parte legimus, quia queadmodū prima inſtātia hēt certū ordinem procedendi ita etiam & in I ſecunda aliquid ſimile debebat obſeruari, & propterea licet ſit verum quod in obiectione dr̄, tn̄ vr̄ aliquo modo obſtare, cū vtrū que poſſet obſeruari. Not. primo. q̄d obſeruari dēat in appellationib. ut legitime fiāt. Not. ſecundo ꝙ renunciare appellationi aliqn̄ ēt tacite cōtingit, & hīc limitatur regu. quia cauetur quod qui tacet, conſentire dr̄ in iis, quæ ꝓſunt.

Ioā. Bap.

a Multum aūt. Sumitur ex c. 1. eo. in 6. de quo multi dn̄t, ꝙ ſolū hēt locū cū appellat̄ ad Papā, alii, ꝙ ſi ad quemcūque ſuperiorē; de quo pluribus locis diſputat ibi Per. unde quæ de eo c. traduntur, habebunt locum & in hac littera.

b In ſcriptis. Et adeo in ſcriptis, ut ſi ſufficiat ſi quis appellet uiua uoce, & ſtatī ꝑ notariū appellationē redigi faciat ī ſcriptis cū expreſſione cauſæ grauaminis. Na debet offerri libellus, in ſcriptis ſecūdū Ang. in l. a ſententia ff eo. in fin. quem ſequitur Peruſ. in c. 1. eo. in 6. fac. not. in ca. fi. de ſen. & re iu. ī 6. Immo ſecundum eundem non teneret libellus appellatorius, niſi in eo eſſent illa verba, in his ſcriptis, ſed hoc communiter non tenetur. Sed nunquid quælibet ſcriptura ſufficiat etiā priuata? Commu. ꝙ ſic, & approbat conſuetudo, vt no. in d. c. 1. & in c. appellatio eo. in 6. Dicta tn̄ ſcriptura priuata non faceret fidē, nec probaret eſſe appellatū in ſcriptis, niſi id ꝓbaret per teſtes vel niſi notarius ſe ſubſcribere, traditur in d. c. 1. tutius tn̄ eſt vt fiat ſcriptura publica, & hæc de cedula, q̄ datur iudici, a quo in qua continetur appellatio, ſed in cedula, quæ datur parti ad intimandum ſm̄ formam cle. cauſam, de ele. requiritur ſcriptura authentica, vt in d. cle.

c Dies. Numerandos. ſ. a diæ interpoſitæ appellationis, ſm̄ Hoſt. Sep. Io. An. putat currere q̄ primū incipit currere tp̄s appellationis, & ſic a tempore ſcientię, allegat l. 1. C. de tēp. ap. fac. no. in l. quinquaginta. ff. de excuſ. tut. & cle. 2. eo. in 3. gl. q̄dā concor. ut habetur per Peru. in c. ab eod. in 6.

d Inſtanter. Ca. ab. eo. in 6. etiam unico contextu cle. quamuis, eo. & utrobique de hoc not.

e Petere debet. Niſi iudex ipſe ſponte obtuliſſet & & dediſſet, ſm̄ Bal. in l. eos. §. Apoſtolos. Co. eod. nec. n. hoc caſu tenet̄ petere ſpōte oblatos & traditos. ſequit̄ Peru. poſt Rotā, in c. ab eo. eo. in 6.

f Appellatiōis. Admittēdæ, uel non. & hoc ꝙ dr̄ de expreſſione cauſę, limita ſex notabilibus modis de q. b. ꝑ Per. ī c. 1. eo. ī 6.

g Admiſſa. Sub hoc verborum inuolucro īſinuat tres ſpecies apoſtolorum, nēpe dimiſſorios, refutatorios, reuerentiales.

h Prętermittat. Ex negligentia, nō autem ex impotētia, ſm̄ Io. Andr. & Peruſi. in c. ſuper. eo. eo. in 6.

i Putabitur. Et hęc eſt præſumptio iuris & de iure, nec admitteret probationē in cōtrariū, iuxta no. ī c. is q. ꝺ ſpon. & tenet Peruſi. in c. ab eo. in 6.

k Vadat. Sed non iter arreptū habetur pro appellatione c. dilecti filii 1. eo. Rn̄. forte illud correctū eſt per c. ut debit⁹. eo. uel licet habeat̄ pro appellatione, cum tamen appellatum eſt verbo. non habetur pro apoſtolorum petitione, vt hic, & in ca. ab. eod. in 6. & fuit hoc ſtatutū, vt facilius inſtructio per apoſtolos habeat̄. c. vt ſuper eo. in 6. & ſimile eſt vbi non ſufficit factum; quia requiritur verbum c. eccleſia noſtra, de elect. & no. in d. c. ab. eo.

l Certum terminum. Siue ꝑ denominationē diei quia, die Iouis proxima, vel per numerum; puta, hinc ad octo dies, vel octaua die menſis, vt not. in cle. 2. eo unde ſumi.

m Petat. Sola ergo comparatio nō ſufficeret. Arg. cōtra ca. fi. a iudice, eo in 6. Sol. vt no. in cle. 2. c. in verbo, nec petat.

n Terminū. Qui ēt iudicē arctat, vt no. in cle. 2. eo.

o Oblatos. Arg. ꝙ apoſtoli ſunt tradendi appellanti non expēſis propriis, ſed expenſis iudicis cū ipſe debeat offerre; de quo dic, vt not. in cle. 2. eod.

Quod

Taciti, & expressi eadem est virtus, h.d.

Quod si iudex in termino per eum præfixo ipsos petenti non dederit,[a] aut si dum peterẽtur, uel intra iuris [b] terminum, uel nullo[c] certo termino præfixo, se daturum asseruerit, postea per appellantem congruo loco, & tempore sæpius, & instanter unico etiam contextu requisitus eos exhibere non curauerit, perinde propriam appellationem prosequi appellãs poterit, ac si ei expresse fuissent apostoli denegati. Alia quoque[e] agenda erunt, prout ex tenore, tam Innocentianæ,[f] quam aliarũ[g] constitutionum luculenter apparet.

In appellatione a definitiua non est necesse causam inserere. b.d.

In appellationibus aũt a sententia definitiua interponendis, nec causam [h] reddere tenetur appellans, nec etiam supradicta diligens obseruatio per omnia [i] sibi locum uendicat.

In appellatione ab interlocutoria debet talis causa allegari, quæ si esset uera, reputaretur legitima, h.d.

Cum autem ex probabili[k] causa ab interlo

Epũ, Bap. Quod si iudex minus. CASVS. Præsupponitur quod sit facta appellatio, & cum dubitabatur an esset cõgrua, iudex ad quẽ simpliciter uolebat appellantem remittere, nec aliter causam cognoscere uel iudicem a quo, ne amplius se intromittat prohibere, rursus ẽt iudex a quo, vel ipsemet appellãs uolentes appellationẽ reuocare, dubitabãt an possent, & cum proprium appellationis sit trãsferre iurisdictionem in illa causa ad superiorem iuxta no. in rubr. de appe. facit §. archiepiscop⁹, ĩ fi. supra de episcopis videbatur necessario tenendum causam omnino esse cognoscẽdam a iudice superiori. Cæterũ. Sol. ut hic decidıtur, quia cũ appellatio sit inducta ad remouendũ grauamẽ, vt habetur supra eo. ĩ prĩ. sequitur q̃d si non adest, ipsa non cõcedatur: si uero adest, prouideatur etiam prout hic legimus, vñ non obstat obiectio, quia illa iurisdictio trãsfertur in gratiam appellantis. No. 1. quod cessante causa, dẽat cassare effectus, ampli. siue a prin. siue postea. No. 2. quod in secũda instantia solũ illa causa debet cognosci, & examinari, cuius occasione fuit appellatum. Nota. 3. quod aliquid inhibere est non faciendũ nisi cum causa legitima, ac etiam cognita, quod facit cõtra nonnullos iudices. Not. 4. quod in iudicio exteriori causa vera, & probabilis æquiparantur, quia interiora nequeunt iudicari.

a Non dederit. Primus casus in quo non officit appellanti non habere apostolos, fac. cl. 2. eo. §. ꝗ si iudex, unde sumitur.

b Intra iuris. Secundus casus, & per id. ꝙ hic dicitur, & in §. superiori patet, q̃d iudex a quo potest infra terminum iuris tenere impeditũm appellãtem, nec enim cogitur infra terminum illos dare fac. c. commissa. de elect. in 6. licet ergo satis sit appellanti infra terminum illos petere per modum de quo hic, & cle. 2. eo. tenetur tamen finem termini expectare, vt uideat, an iudex offerat, & moram purget.

c Nullo. Tertius casus, per quem patet, ꝙ appellans qui sufficienter petijt apostolos corã iudice qui respondit se illos daturum, nullo certo termino statuto cõparere, ulterius non tenetur, fortius ergo, si iudex non responderit, & adhuc fortius, si negauerit, ut no. in cle. 2. eo.

d Denegari. Nec ꝓcessus super principali factus a iudice a quo tenet. c. ab eo. & c. fi. eo. in 6. Considera igitur in ista materia quatuor casus contra appellantẽ & tres contra iudicem, ut fusius not. in cle. 2. eo. in ver. denegari.

e Alia quoque. Vt puta quod appellatori cogruum tp̃s assignetur ad prosequendum, & q̃d instructe comparéat corã sede Apostolica ita ut possit ꝓcedi super negotio principali. c. 1. eo. in 6.

f Innocẽtianæ. ca. 1. eo. in 6.

g Aliarum. c. cum sit. eo. in Antiq. c. Romana, eo. in 6. cum similib.

h Causam. ca. 1. §. post hoc. eo. in 6. & ibi no. & ĩ c. Romana. §. cũ autem. & ibi quoque not. eo. tit. & libr.

i Per omnia, quia in definitiua non est necesse appellare in scriptis, sed sufficit si appellet uiua uoce dicẽdo, appello, & hoc scribat in actis ꝑ notarium, & hoc si appelletur in continenti, nam si appelletur ex interuallo, & in definitiua appellandum erit in scriptis. l. 1. in fi. cum l. seq. & in l. litigatoribus, ubi omnes Legistæ: C. eo. ti. Spec. in ti. de app. §. qualit. in prin. Quædam tamẽ eorum quæ supra dicuntur bene locum habent, etiam in definitiua, ut suo ea, quæ dicuntur de parte negligente ad petendum, & de iudice terminum præfigente ad petendum, & de iudice dãte, uel dare recusante, ut in superioribus. §§.

K Probabili. ca. ut debitus & c. cum causam eod. ubi de hoc. Sed potest quæri quæ dicatur causa ꝓbabilis, utrum illa, quæ uidetur iudici uel aliis; Et uidetur, quod hoc non sit referendum ad opinionem iudicis, cap. sacrosan. de sentent. excommunica. Sicut nec ad opin. iudicis refertur quid dicatur manifestum: sed ad ipsam rei ueritatem, cap. cum olim, de uerbor. significat. facit ad hoc 3. quæstion. 7. capit. iudices. Sententiabit enim iudex In hoc, ut sibi uidetur, habita tamen collatione sapientium, si non est certus, argum. l. qualem ff. de arbit.

cutoria quis duxerit appellandum talem tene tur proponere,[a] quę si probata fuisset, debe ret legitima reputari, de quo postea superior cognoscet, nec[b] enim sufficit appellāti probare, quod ex causa huiusmodi appellauit, si eā non doceat esse ueram, nisi hoc se offerens[c] probaturum non fuisset admissus.

Is, qui minus rationabiliter appellauit condemnatus in expensis ad inferiorem iudicem remittetur; nec potest quis alias causas prosequi quam expressa, h.d.

Quod si iudex minus probabiliter appellatum esse compererit, appellantem ad inferiorem iudicē remittit, & in expensis[d] alteri par ti condemnabit, alioqui[e] ipse procedet, nec licebit appellanti alias[f] causas prosequi, quam quas in appellatione sua nominatim[g] expres serit.

Si dicitur ex iniusta causa appellatum, iudex ad quem, inhibere non potest, nisi prius recepta appellatione ut probabili, incipiat cognoscere de causæ ueritate. h.d.

Quod si obiiciatur non ex legitima[h] causa ante sententiam appellationem interpositā, & propterea non admittendā esse, nisi prius appellatione recepta, uelut emissa ex causa ꝓbabili, iudex supior cognoscere incipiat, ne procedatur, inferiori prohibere nō poterit[i].

arbi. et in dubio deferat appellationi. c. sacros. de sen. excom. ad fi. & ita no. in c. ut debitus, ubi late per Ab. & Peru.

a Proponere. s. coram iudice a quo, ut in capi. ut debitus. eo. vnde sumitur. Sed quid si non possit il lius haberi copia? Rñ ut no. per Ab. in ca. suggestū eo. et quod h' . dr̃ habet locum etiam si causa esset notoria, quia licet notoriū releuet ab onere probādi, non tamen ab onere proponedi, cle appellanti eo. ubi nota & per Ab. in d. c. ut debitus.

b Nec enim, & c. Concor. c. interposita, eo. unde sumitur. Et not. ex hoc veisic. 1. ꝙ ex reiectione exceptionis legitimæ nō iustificatur appellatio nisi corā iudice ad quē probetur exceptio legitima. Vnde infert Abb. iudicē non grauare partē ex eo solo, ꝙ exceptionem etiā probabilē non admisit, ut per eū latius in dicto ca. interposita. Secūdo no. quod probationis oblatio & repulsio exceptionis propositæ iustificat appellationē a iudice interpositā ita ꝙ sufficit corā iudice ad quē probare exceptionem legitime interpositā, et oblationē probationis, et repulsionē: de rōne diuersitatis vide per Ab. Per. & alios, in d. c. interposita.

c Offerens. Sed qualis esse debet hæc oblatio ꝓbationis ad iustificādum appellationem? Respo. secundum Ioan. Andr. realis vt puta, quod secum habeat testes, & instrumenta, & ea offerat iudici, sed secundum Butr. Panor. & cæteros magis communiter, in c. interposita. eo. sufficit verbalis, vt si dicat pars; ego me offero probaturum hanc exceptionem, & simul puta breuem terminum ad probandum. Item sciendum, quod hæc oblatio non semper iustificat appellationem; sed regulariter, & quatuor casus, in quibus non iustificat, ponit Abb. in d. ca. interposita. Sed contra hanc literam est argumen. in c cum causa, de offi. delegat. & in c. ut debitus, & in c. dilecto. eo. Sol. vt not. in d. ca. cum causa, & per Ab. in d. c. interposita.

d In expensis. Hoc generaliter obtinet, quod qui deficit in appellatione, punitur in expensis, c. significauerunt. de test. fac. ut debitus, eo.

e Alioqui. Hinc patet, quod si iudex appellationis pronunciat appellationem tenere, quod per hoc eius officiū non expirat, sed incipiet postea cognoscere de causa prīcipali l. generaliter. §. fin aū t. C. de reb. cre. & auth. de sanc. episcopis. §. si quis cōtra aliquem, et no. plenius in c. ut debitus. eo. in uer. alioquin.

f Alias causas. etiā notorias, ut no. in clemen. appellati. eo. aliud tamē in appellatione a definitiua habetur ī c. ut debitus. eo.

g Nominatū. Fac. c. constitutionem. de sent. excomm. in 6.

h Legitima. Vt cū causa, nō est in iure expressa, iudex arbitrabit, an causa sit legitima, vel non, et si male arbitrabitur, appelari poterit. le. arbitro, ff. q̄ sat. cog et sm̄ Io. Andr. causa appellatur dubia ueluti cum iudex recusatur ratione confraternitatis, et affinitatis ad cōiugem, et talis exceptio non admittitur, vel quando quæstio esset dubia ꝓpter opiniones, de quibus late in c. cum speciali, & in c. pastoralis, eo.

i Non poterit. Habet, hic practicam, quę seruari debet in appellatione ab interlocutoria per iudicem ad quem, antequam inhibeat. Primo enim citari debet appellatus ad opponendum cōtra appellationem, & sic opponatur quod causa in appellatio. expressa non si legitima, vel vera, tunc si constet iudici, quod per appellationem sit ad eū deuolura causa, vt quia constat esse appellatum intra decem dies, & quod causa sit legitima, debet tunc admittere appellationem ex causa legitima interpositam, & deinde cognoscere de veritate causæ, & his præcedentibus statim potest inhibere, & non ante secundum Domin. & Perusi. in ca. Romana, §. quid si obijciatur, eod. vnde sumitur

post,

post.Rot.Rom.de quo dic,ubi per eum.
a Iudex.Tam ordinarius,ut l. quod iussit,ff.de re iud.c.quam delegatus,c. cum cessante.eod. unde sumitur.
b Consilio. Nota quod dicitur sanum consilium tium hoc enim importat uerbum, liberè,ut not. in c.de multa,de præb.& c.licet episcopus, eo.ti. in 6.& in clem. dudum,de sepul.quod non habet locum secundum quosdam, si dicta sententia trã sisset in rem iudicatam,de quo late in c. cum cessante,eo.

si quis reuocat quod male facit, nec notari debet de incõstantia,sed potius de sapientia laudari,fac.22.q.3. cap. magnæ & c. qualiter, & quando de accus. ubi Feli. & l.nonnunquam,ff. de collat.fac.illud Poetæ.

Qui aspera Iuno.
Qua mora nunc
cœlumque metu,
terrasq. fatigat.

Consilia in melius refert.

Desistere c Destiterit.Tunc aũt dicetur desistere, cum si est processam ad actũ facti, sed solũ ad interlocutoriã, nec .n. sufficeret si iudex diceret separatum reuocare grauamẽ,nam requiritur, quod ipsum de facto reuocet, sm̃ Inno.& Host.pro quo c. si a iudice, eo.in 6.& ibi not. & sequit Per.in c. cum censante. eo. Sed qualiter iudex mutabit cõsilium suũ in alteri⁹ iniuriã,contra l.nemo ff.de re iud. Sol.quod hoc fit lege permittẽte,& ne friuolis,& c.ut in d.c.cũ cessãte.ubi Ab. & alii.

Cessante causa,cessat effectus,h.d.

Sed & si iudex [a] sano usus consilio [b] ab eius executione destiterit[c],quod comminãdo[d] vel interloquendo in grauamen partis protulit,non obstante,quod ab huiusmodi commi natione uel interlocutione prouocatum fuerit,[e] ne processus negotii friuolis occasionib. retardetur,in causæ cognitione libere [f] procedere poterit.

Iudex a quo,compellere non potest appellantẽ a grauamine ipsius ueritatem probare,licet citare possit ad ipsius reuocationem audiendam,h.d.

Sed uideamus,an ius dicenti obtemperare tenearis,a quo propter grauamen, quod tibi illatũ [g] asseris,appellaueris,si tibi is ad docendum de grauamine, & si de ipso liquerit ad eiusdem reuocationem audiendam termi num præfixerit, & sane cum id ipsum a iudice [h] perspiciendum [i] sit, nec coram eo de grauamine docere, nec etiam tamquã coram iudice,cum per appellationem eius suspensa [k] sit iurisdictio,comparere teneberis. [l]

Iudex a quo citata parte ad reuocationem grauaminis potest procedere, eius contumacia non obstante,h.d.

Quod si tantum, ut reuocationem audias, te uocandum duxerit,licet non cõpareas,ipse tamen in termino grauamen reuocauerit, [m]

b Extumulent. Si ossa ipsorum possunt ab ossibus aliorum discerni. c. sacris. de sep. & debent hoc facere si publice tumulauerint, si occulte tumulassent locus esset ca. quidam. 5. q. 1.

c Locus. Nota quod dicitur puniri res inanimata, sic cap. quibusdam. de pen. & in c. ubi periculum. §. ciuitas, de elec. in 6. & capit. fin. eodem in 6. & 15. quæst. 1. capi. mulier.

d Filii. Sed an hoc intelligi possit de filiis etiam illegitimis? Et non uidetur, cum non sint in patria potestate, institut. de nupt. circa fi. fac. l. filium, ff. de his, qui sunt sui, uel alieni iuris cōiter contra, ut not. in c. statutum 2. eodem, in 6. ne plus habeat luxuria, quam castitas auth. de restit. & ea quæ pa. & c. in fin. & hoc intellige, quando illegitimorum pater est certus, secus si nati ex dānato, coitu lex existimaret patrē incertum, quia tunc cessat legis ratio, nec enim dici posset natus ex patre improbato, ut per Perus. in d. capit. statutum.

e Beneficia ecclesiastica. Large hic sumendum uerbum, ut no. in c. 1. de reg. iur.

f Publica. Vt iudicatus, notariatus, & his similia, ad idem capitul. felicis. §. si quis, de pœnit. in 6.

l Grauius. 17. q. 4. c. sicut, qui ecclesiam, & 23. q. 5. capi. si apud, & quod in religionem diuinam cō mittitur in oīum fertur iniuriam. l. Manichæos. C. eo. unde grauius est.

l Reincorporatus Vt in c. statutum in fi. eod. in 6. ubi ponuntur requisita ad canonicam reincorporationem, & dicetur statim in §. sequēti.

Sed videamus. CASVS. Quidam hæretici pænitentia ducti reuersi sunt ad ecclesiam & cum uoluissēt gaudere beneficiis, quibus antea gaudebant, fuit q̄situm, quid iuris, vnde sicut per pœnitentiam restituuntur ad gratiam Dei, ita quoque uidebatur dicendum ipsos esse restituendos ad reliqua bona. Cæterum Sol. prout hic habetur, quia si ita simpliciter essent recipiendi qđ facillime posset ecclesia decipi & ideo ne detur tale inconueniēs procedēdum est, prout hic legimus. Non obstat obiectio, quia ecclesia nō iudicat de occultis capitul. sicut cum sequen. de simon. Nota, quod licet pœnitentia restituat pœnitentem ad gratiam, non tamen ad illum statum in quo antea reperiebatur. Nota. 2. quod ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad eam.

m Insistant. Cap. statutum. in fin. 2. eo. in 6. unde sumitur & fac. c. ex tenore, de tem. or. & capit. fi. de fort.

Para-

a Parati. Ex quo enim non stat per eos non debet eis imputari, de hoc in cap. 1. & c. 2. de eo qui mit. in poss.
b Quod si qui. Sumitur ex c. ad abolendam. eo. & ex c. super eo, eod. in 6.

per glo. adductum.
g Vehementer. Not. ergo quod crimen non dicitur plene probatum, quando de eo constat præsũptione vehementi, vt hic, & in capitul. accusatur. in principio eodem in 6. vnde sumitur, quod Domin. ibi inducit ad statuta requirẽtia plenam probationem, & hoc intellige tu de uehementi suspicione hominis, non iuris, quia ꝓsumptiones iuris dicuntur non solum plenæ, sed liquidissimæ probationes, ut nota in l. si tutor C. de pœn. tuto. & per Perusin. in d. ca. acccusatus.
h In iudicio. Sic dicitur in cap. accusatus. eodem in 6. Sed audiui, quod extat quædam extrauagãs Alexandri vi. quæ moderatur siue corrigit hoc verbum, in iudicio, quidam tamen asserunt, illam non esse in vsu; mihi non liquet nec extrauagans, nec de vsu.
i Ex modica & leui. Ex qua modica, & leui in causa hæresis potest contra aliquem procedi, ut not. per Innoce. in ca. sicut, de simon. per Perusi. in cap. accusatus, eod. in 6.
K Ex hoc. Scilicet, quod post abiurationem ex leui causa reperitur lapsus.

c Audientia. Nota casum, in quo audientia denegatur, de aliis nota. distinctio. 24. cap. 1. & per Bal. in l. postquam liti. C. de pac.
d Petita. Nota sacramenta nõ esse concedenda nisi petenti, vel habenti signa contritionis, secundum Domin. & Perus. in ca. super eo. eod. in 6.
e Eucharistiæ. Sed quid de extrema unctione, & sepultura? Respond. secundum Ioann. Andr. hæc non possunt relapsis adaptari, q. ꝑpe qui comburuntur, de quo dic latius, ut per Perusin. in ca. super eo, eodem in sexto.
f Deneganda. Et sic procedãt illa, ecclesia nunquã claudit gremiũ redeũti, authe. in ter claras. Co. de sum. Trin. & fide cath. & delicti ueniam petentibus non negamus, l. Manichæos, C. e. & c. adhuc instãt de pœn. distin. 3. intelliguntur. n. hæc quoad salutem animæ, non quo ad alia. ca. super eo, & ubi no. eo. in 6.

si pænitentia, nec peracta sit, nec imposita, dum tamen crimini obnoxii ad eam recipiendam parati [a] fuerint.

Relapsi non sunt reintegrandi, sed traduntur curiæ sæculari: eis tamen non negantur sacramenta pænitentiæ. h. d.

Quod [b] si qui post abiurationem erroris, uel postquã se proprii Antistitis examinatione purgauerint, in abiuratam hæresim recidisse deprehensi fuerint, sæculari iudicio sine ulla penitus audientia [c] relinquendi erunt, licet si postmodũ pæniteant, & pænitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sint relapsis humiliter petita [d] sacramenta pænitentiæ & Eucharistiæ [e] deneganda. [f]

Quando quis dicatur relapsus. h. d.

Relapsi autem intelligendi sunt, non solũ ii, quorum ante abiurationem crimen plene probatum fuerit, uerum ẽt ii, qui postquam accusati, uel uehementer [g] suspecti semel hæresim in iudicio [h] abiurauerint, & postmodum in eandẽ iterum reincidunt. Plane, si ex modica [i] & leui suspitione semel quis abiurauerit, reincidens, quamquam ex hoc [k] sit grauius [l] puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pęna puniri.

Qui abiurauerit in uno articulo, si post sit hæreticus in alio, dicitur relapsus. h. d.

Is uero, qui in una hæresis specie, vel secta [m] commisit, aut in uno fidei articulo, [n] seu ecclesiæ sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter, [o] vel generaliter abiurauit...

Relapsi autem. CASVS non figuratur, quia procedit solum declarando. Notatamen, quod crimen relapsi præsupponit antea iure hæresim fuisse commissam, & ideo suspecti abiurati non dicuntur relapsi. Nota. 2. quod in articulo fidei an peccans in uno dicatur in omnibus peccare, quidam scholares dubitauerunt, dicas tamen secundum theologos, quod dicitur peccare in omnibus, quia negat primam ueritatem, quæ est obiectum fidei & ideo abiuratio fit simpliciter, sed nota, locum

tur lapsus.
l Grauius. Quam si nunquam abiurasset.
m Secta. De quibus sectis habetur 24. q. 3. ca. penulti. hodie tamen in tanta nostrorum temporũ calamitate facta est illis accessio non modica.
n Articulo. De quibus habes in symbolo, & in c. firmiter. de sum. Trin. & fide cath.
o Simpliciter. Per hoc uerbum putant quidam quod si quis abiurasset in uno illo capit. in quo reperitur errare, licet postmodum laberet in alio, nihilominus non diceretur relapsus: quod tenet Ioan.

Ioan. And. in c. accusatus, eo. in 6. Quidam contra nec satis liquet quid magis communiter teneatur, ut per Perusi. ibi. Sed nunquid de uno articulo diffamatus teneatur de omnibus se expurgare Respon. ut no. in cap. ego Berengarius, de consecra. distin. 2. & in d. & o capit. accusatus.

a Generaliter. Cui generali, & vniuersali æquipollet indefinita fac. quia circa. de priuil. & leg. Iulianus. ff. de lega. 3.

b Iudicandus. Contra. C. de trāsact. l. si de certa. & ff. de transact. l qui cum tutoribus §. 1. & ubi generalis trāsactio restringitur ad id de quo specialiter erat actum. Solut. illa locum habent in nō connexis, secundum Ioan. Mon. & Io. And. in c. accusatus, §. 1. eod. in 6. arg. 26 q 2. ca. & illud. sed hæreses omnes sunt connexæ. cap. excōicamus. eo 1. & 2.

ter [a] abiurauit, si deinde in aliam etiam hæresis speciem siue sectam, aut alio articulo, seu sacramento committat, ut relapsus in hęresim iudicandus [b] erit.

Suspecti de hæresi nisi se purgent, sunt excommunicandi, & excommunicati si in excommunicatione insorduerint, condemnantur tanquam hęretici h d.

Qui uero [c] inuenti fuerint sola suspicione [d] notabiles ob eam, quantumuis uehementem de tam graui crimine condemnandi non erunt, [e] sed nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ [f] propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio sese feriendos exponunt. Et usque ad satisfactionem ab omnibus euitabuntur, & si per annum in excommunicatione constiterint, uelut hæretici condemnabuntur. [g]

Plura specialiter inducta sunt in causa hęreticorū, & processu contra eos. h. d.

Plura quoq. ad hoc atrocissimū crimē uindicandum specialiter, & præter ordinarias iuris regulas inducta sunt, tā circa iudiciū & processum [h] instituendū & testium depositiones, [i] & carcerum custodiā, & immutationis [k] pænam, quam etiam contra fautores, [l] receptatores, & defen-

Ioā. Bap. Qui uero. CASVS. Quidā iudex imperitus uolebat quosdā de hæresi suspectos tanquā hæreticos punire, qa sicut offensio maiestatis diuinę est delictū magis graue q̄ sit offensio maiestatis humanæ, ita, quoq; maiori culpa, & pœna dēt reputari, & puniri. Sol. tamē vt hic habetur, quia suspectus de crimine nō est proprie criminosus, & ideo tanquam talis non debet puniri, vnde objectio intelligi debet in paribus terminis, alioqn non concludit. Not. quod suspicio delicti aliquādo idem operatur quod ipsum delictum, licet ad inuicem distinguantur. No. 2. quod nō petere absolutionem ab excommunicatione causat concludentem præsumptionem delictum vere esse commissum propter quod fuit lata excomunicatio.

c Qui uero: Sic c. excommunicamus, §. qui uero, & c. ad abolendam, eo.

d Suspicione Id est, præsumptione & quidē probabili, alias non indiceretur purgatio, & sic non obstat, 2. q 1. c. 1. & no. in c. excommunicamus, §. qui autem, eod.

e Non erunt. Capitu. litteras, de præsumptione unde sumitur.

f Personę. Quæ qualitas semper est attendenda. 2. quæstio. 5. capit. omnibus. & cap. inter, de purga. canon.

g Condemnabuntur. Videtur ergo hic, & in capit. excommunicamus, §. qui autem, eo quod aliquis sit de hæresi condemnandus, licet contra ipsum non uideatur uiolenta præsumptio, argum. contra cap. litteras de præsumpt. ubi Papa nō vult illum condemnari aduersus quem stat uiolenta præsumptio? Respōdec præsumptio, de qua in hac littera, & in d. §. qui autem, unde sumitur nō est, uiolenta, sed uiolentissima. Primo quia probabilis fuit ob infamiā. Secūdo, quia noluit se purgare, & ea propter fuit excommunicatus. Tertio, quia cum per annum steterit in excommunicatione pro cōuicto habetur. 11 q. 3. cap. rursus, & ca. quicunque, secus i aliis criminibus: quia si bona alicuius contumacis pp crimē annotata sunt, si infra annum nō venit bona deuoluuntur ad fiscum, sed quoad crimen non obest. quin. post annum probare possit innocentiā suā l. annus, ff. de requir. reis.

Ioā. Bap. Plura. CASVS. nō figuraratur, sed not quod ob grauitatem & enormitatem delicti in eius cognitione, & punitione recedendum est a communibus regul. iuris, & secundum rigorem est procedendum.

h Processum instituendum Species circa processum habes in c. per hoc. & in c. ut inquisitionis, & in c. fi. eo. in 6. & in extrauag. communibus, in prima, quæ incipic. Ex eo.

i Depositiones Specialia circa depositiones testium habes in c. in fide, & in c. accusatus. § licet. & §. q. eo. in 6.

K Immutationis pœnam. De hoc in cle. 1. eod.

l Fautores. De his in c. ad abolédā, & in c. fi. eod. & in c præsidentes, & in c accusatus. § fi. eo. in 6.

Con-

sores eorum, ut clare ex lectione sacrarũ constitutionum [a] apparere potest.

Apostatæ qui sint, & quotuplex apostasia h.d. Et hæc est tertia pars principalis huius tituli.

Apostatæ [b] sunt, qui a statu fidei obedientiæ vel religionis, quam se tenere professi sunt, temerarie recedunt. [c] Apostasiæ triplex [d] est species, alia enim est perfidiæ, alia inobedientię, alia irregularitatis. Apostasię perfidię est, cum qui à fide recedunt. Vt puta cum Christiani effecti in Christi fide preuaricentur, & ad Iudaicos uel alios detestabiles ritus se conuertũt. [e] Apostasia inobedientiæ est, cum quis præceptum superioris sui sponte transgreditur, siue patrum regulis uel constitutionibus non obtemperat. [f] Irregularitatis apostasia est, cum quis ab ordine suo, siue assumptę religionis recedit. [g]

Quæ pæna apostatarum. h.d.

Apostatas autem sacri canones tam inter infames deputant, quam etiam excommunicationis & aliarum pænarum [h] uinculis innodandos esse pręcipiunt.

DE SORTILEGIS, MALEDICIS, & sacrilegis.

TIT. V.

Inquisitor hæreticæ prauitatis non potest procedere contra sortilegos, nisi sortilegium expresse contineat hæresim. h.d.

Sciendum [i] est hæreticę pestis inquisitores de diuinationibus, & sortilegiis (nisi hæresim saperent [k]

a Constitutionum. Scilicet allegatarum in præcedentibus notulis.

Apostatæ. CASVS non est necesse, ut hic aliter figuretur, unde not. causam distinct. apostasiæ, ille enim, qui recedit a religione Christiana, aut simpliciter recedit ab ea relinquendo fidem, & sic datur apostasia fidei, aut recedit ab aliquo actu eius, qui aut respicicit obedientiam, & hinc datur apostasia inobedientiæ, aut respicit officium sui ordinis & inde habetur apostasia irregularitatis.

b Apostatæ sunt. Pertinet hic §. ad tertiam partem rubricæ, & sumitur hæc descriptio, ex his, quæ ponit Hostien. in summa de apostatis. §. quid sit. fac. 3. quæst. 4. c. beatus.

c Recedant. Et inde etiam secundũ Hostien. dicitur apostasia, idest, post status, id est, retro gradus status, & apostata quasi retro stans, uel retro abiens, ut 26. quæstio. 7. cap. non obseruetis, & c. fi. quod forte non admitterent humaniores, & Gręce linguæ periti.

d Triplex est species. Ita per Hostie. in summa, eo. §. quod species, & communiter per glo. & Doct. in c. 1. de apost. vbi Henric. addit quartam speciem generaliorem.

e Conuertũt. Fac. cap. non potest. a. quæst. 7. & ca. quidam. de aposta. & in capit. contra Christianos, de hæret. in 6.

f Non obtemperat. Fac. c. alieni, c. 3. q. 4. & c. alieni. 2. q. 7. & c. si quis, & c. illud. de maio. & obed.

g Recedit. Facit c. fi. d. 50. & 16. q. 1. c. legi.

h Aliarum pœnarum. Et iuxta diuersitatem apostasiæ diuersificabuntur pœnę, ut magistraliter traditur per Abb. in capit. 1. de aposta. & de hoc per Hostien. in summa, de apostatis, §. qualiter puniantur.

DE SORTILEGIS, MALEDICTIS, & sacrilegis.

Cum author supra locutus sit de delictis, quæ immediate respiciũt Deũ, & inter ista connumerentur et illa quæ ĩ pñti rub. pponũtur, ppea couenientí ordine post ti. p ced proponit iste pñs, qui diuidit in 4. par. in prima ad not. an ista delicta pertineãt ad inqsitores, in secunda q sint sortilegi, ĩ tertia demõstrat qũo delicta ista sint puniẽda, ĩ quarta hr qualiter sacrilegiũ cõmittat. secta ibi sunt aũt, tertia ibi diuersa est, quarta ibi, sacrilegiũ aũt. Ioã. Bap.

Sciendum est. CASVS. Orta fuit cõtrouersia inter episcopos & inquisitores fidei circa iudicium delictorũ in hac rub. ppositorũ, inquisitores. n. dicebant ipsos hre in eis iurisdictionẽ, q2 huiusmodi delinquẽtes vel nõ vñr credere Dño, vel si credũt non vñr canonice, credere, epive ro dicebãt opposi tũ, quia cũ sint ordinarii iudices, c. 1. & p tot. de off. ord. ñ dñr sua ptãte priuari, nisi spãliter caueat. Sol. ut hic hr ob rõnẽ. i tex. assignatã. Nõ obstãt obiecta, quia p ea q in tex. hñr, soluũtur. No. 1. quod qdam delicta pñt sapere et hęresim. & ideo unde oriatur esset obseruãdum, Not. 2. potestatem inquisitorum esse stricte intelligendam, ut episcoporum iurisdictio minus lædatur. Ioã. Bap.

i Sciendum. Fac. c. accusatus. §. sane, eo. in 6. unde sumitur, & uide ad id, quod hic dr Ab. in c. cũ sit, uer. item & addo, ultra Doct. de for. com.

k Saperẽt. Sicut est circa aras idolorũ nefarias preces emittere, sacrificia offerre, dæmones cõsulere, eorum responsa accipere. 26 q. 2. ca. hi qui & q. 4. c. igitur. secus si quis nõ adoret dęmones. Sed solũ ad tentandam mulieris pudicitiam inuocet, pro

populum

poculum amatorium misceat, hoc.n. nō sapit aliquod crimen hæresis, sm̄ Domi. Peruſ. & alios in c. accusatus. §. sane de hæreti. in 6. quia hoc est proprium diaboli tentare, sed si associet sibi propter sortes exercendas hæreticos, uel faciunt prædicta cum corpore, uel sanguine Christi, vel si ut in sortib. possint habere responsa puerum rebaptizentur inquisitor procedere poterit, & de hac materia extat tractatus Pauli Ghirlandi.

a Manifeste. In dubio ergo hoc casu non habent iurisdictionem, & licet alias iudex agnoscat an sua sit iurisdictio, & ī dubio dicatur iurisdictionem habere, l. si quis ex aliena, ff. de iudic. quæ in ordinario loquitur: hic tamen nisi ad manifeste appareat, se non intromittit. & est simile. ca. 1. §. notoria. de censi. in 6 & ca. 1. de pæn. eod. libr. & c. fi. de offi. dele. secundum Io. An. Ioa. Monac. de Arch. in c. accusatus, §. sane. de hæret.

b Iudicibus. Puta epis, & legatis, sm̄ Io. And. Immo etiam iudicibus sæcularibus, qui hoc casu procedere poterunt, ut per Abbatē in c. cum sit. ver. item & addo. vltra Doctores, de foro competenti.

c Priuilegiatum. Nota quod magis priuilegiatū anteponitur, c. volentes. de offi. deleg. & dist. 21. c. denique, & l. fi. ff. de offi. procon.

* Sunt autem. CASVS hic commode non figuratur, quia potius declarando proceditur: quidam tamen scholares dubitauerunt de declaratione, dicentes, non omnem diuinationem fieri ob pactum factum cum dæmone, cum detur etiam diuinatio naturalis, præterea non est malum scire futura, neque etiam debet dari illud pactum si non contineat aliquid inhonesti, de iure enim solum pacta inhonesta damnantur, leg. pacta, quæ contra. C. de pac. Sol. tamen vt hic legimus, quia per huiusmodi sortilegia homo reuocaretur a uero cultu Dei, & sic illud pactum est illicitum, & ideo damnatū. Ad primam autem obiectionē dico, quod textus non loquit de diuinatione naturali, de qua quid sit dicēdū, non pertinet ad præsentem locum. Not. quod societas cū dæmone non est homini permissa, cū sit dolosa, & in offensionem Dei. No. 2. quodlibet factū sub prætextu religionis, si non fuerit secundum canones gestum, dicitur de iure damnatum, & est pœna dignum.

d Sunt autem. Sic 26. quæst. 1. ca. sortilegi, & quæst. 5. c. aliquanti, unde sumitur.

e Amicitiæ. Nota amicitiam in malam partem, sic. c. illud sane. in fi. 26. q. 2. vnde sumitur.

f Eliminanda. 26. quæst. 5. §. ex præmissis.

g Degradandi. fac. 26. qū. 5. c. aliquanti. & c. si quis ariolos, & 26. q. 7. c. admoneant. & per Hosti. in summa eod. §. quæ sit pœna.

manifeste[a]) sese intromittere non debere, nec talia exercentes posse punire, sed eos suis debere iudicibus[b] puniendos relinquere. Cū negotium fidei, quod summe priuilegiatum[c] esse conuenit, per occupationes alias non debeat impediri.

Qui sint sortilegi. h. d.

Sunt autem[d] sortilegi, qui prætextu religionis, per quasdam sortes, diuinationis scientiā profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione facta, futura promittunt.

Sortilegi sunt deijciendi ab ecclesia, h. d.

Ariolorum igitur, Aruspicum, Incantatorū & omnium sortilegorum artes, cum sint ex quadam pestifera societate dæmonum, atque hominum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitię[e] constituta, penitus sunt ab ecclesia eliminanda.[f] Et superstitiosi artifices nisi per pęnitentiam resipiscant, perpetuo anathemate feriendi, & si clerici sint, degradandi.[g]

Si blasphemus iniunctam sibi pænitētiam peragere recuset, & uiuens ab ingressu ecclesiæ arcebitur, & mortuus ecclesiastica carebit sepultura. h. d.

Ioā. Bap.

Diuersa est pœna maledicorū:[h] nā si quis in Deū, vel aliquē sanctorū linguā in blasphe

Diuersa est. Licet hæc pars posset diuidi, casus tamen commode potest in ea in cōmuni annotari. Quidā deliquerunt delicto blasphemiæ, & sacrilegii. quidā uero in huiusmodi delictis consenserunt, & cum episcopus post causæ cognitionem voluisset eos punire, fuit quęsitū quam pœnam posset eis indicere, & cum delicta ista immediate offendant Deum, videbatur propterea contra tales delinquentes esse procedendum sicut contra hæreticos. Cæterum Sol. aliter hic data fuit, quia pœna non debet esse grauior ipso delicto, licet autem delicta ista respiciāt Deū sicut reliqua supra in alijs tit. explicāta, nō tamen id faciunt eo modo, & ideo vnum debet reputari grauius altero, & propterea etiam obiectio videtur cessare: grauitas autem delictorum debet demonstrari vbi est proprius loc. Not. 1. qđ dicta & facta etiam in delictis aliquādo æquiparantur, & ideo pari pæna puniuntur. Not. 2 quod delicta diuersi generi aliquando puniuntur eod. genere pænarum, causa aūt illa pōt assignari ob circunstantias iure ipsorum. No. 3. quod cum delictum vnius & eiusdem generis habeat diuersos gradus ob circunstantias eius, ꝑpterea pęna eius non semper eiusdem debet esse grauitatis.

h Maledicorū. Licet plures sint species maledicorum

eorū, & maledicentiæ, ut late per Host. in sum. eo. hic tamen solū tractatur de maledicētia in Deū et sanctos. quod colligitur tū ex contextu ipso tū ꝙ adhuc sumus in tractatu criminum, quæ contineant Dei læsionem.

g Violare. Idem crimen incurreretur, etiam si res ecclesiæ non occuparentur, sed ecclesia in possessione suorum bonorum molestaretur, & turbaretur, ut per Ab. in c. cōquestus, de fo. comp. & fa. ad hunc §. c. super, c. in litteris, de rapto.

a In blasphemiā. Consistit autem blasphemia in attribuendo aliquid Deo, quod illi nō conuenit, uel negando de eo, qui quod ei conuenit, vel attribuendo creaturæ quod conuenit soli Deo & de crimine per S. Thom. 2. 2. q. 13. arti. 1. ubi & Caie. in uerbo, blasphemia.

Publice blasphemare.

b Publice. Sed quando dicetur quis publice blasphemare? vt sit locus ei quod hic dicitur? Respondeo secundum Hostiens. quando blasphemia est notoria de iure, ut est in conuicto, & cōdemnato in iudicio, uel de facto, ut quia publicè palam pluribus astantibus blasphemiam intulit. fac. ca. fin. de cohabit. muli. & cler. Item dicetur publice quādo coram personis blasphemia uit. hoc referentibus postea episcopo, & sic licet non transierit in notorium, satis est, qđ probari potest. argum. l. palam. ff. de ver. sig. sumitur ergo hic publicum pro specie distincta a notorio.

miam[a] publice[b] relaxare ausus fuerit[c] pænæ iuxta Gregorianæ constitutionis[d] tenorē subdendus erit, quam si recipere & pænitentiam peragere recusauerit, & ecclesiæ eidem interdicetur ingressus,[e] & in obitu ecclesiastica carebit sepultura.

Sacrilegi uarijs pænis puniuntur, h. d.

Similibus[f] interdumque acriorib. vrgētur pęnis, qui in sacrilegii crimen incidunt, & ecclesias incendere & uiolare[g] minime verētur: nam pro modo sceleris[h] admissi, facinorisq; perpetrati nisi plene satisfecerint, aut de satisfaciendo plenam securitatē[i] exhibuerint, nūc pænitentię beneficium sacrilegio penitus denegatur,[k] nunc anathemate[l] vincitur, nunc perpetua damnatus infamia carceri[m] tradit̄, aut exilio perpetuæ deportationis, & depositionis[n] animaduersione coercetur, aliquando etiam pecuniaria[o] pæna mulctabitur.

Consentientes sacrilegis, & sacerdotes ipsis pænitentiam dantes, uel sepulturæ eorum interuenientes, uel ab eis eleemosynas recipientes, pari pœna cum eis puniuntur. h. d.

Nec solū talib. pænis illi plectendi erūt, qui sacrilegium admiserint, sed & consentiētes[p] eis. Presbyteri quoque, vel clerici, qui in uita uel morte sacrilegis pænitentias[q] dare, aut

h Modo sceleris, Vt p Hos. in sum. eo. in fi.

i Securitatem. Ca. super eod. de raptu.

K Denegatur. Argu. contra, quia si aliquis pænitentiam petat de aliquibus criminib. & de quibusdam non: pænitentia tamen non est ei de neganda, ca. quod quidam, de pænit. & remis. & 26. q. 6. c. cognouimus & de pęn. distinctio. 3. §. ultimo. Argu. contra 24. q. 2. ca. legatur, & de pœni. distin. 3. c. sunt plures. Quidam dicunt, ꝙ hoc quod dicitur hic penitus fuit statutum ad terrorem, vt denegetur pœnitentia de omnibus, nisi de illo satisfaciat, quia talis pęnitentia non est fructuosa. Alii dicunt, qđ melius videtur quod super illo crimine tantum denegabitur pęnitentia, sed sup alijs imponetur, & licet non sit fructuosa quoad vitam æternā, ualebit ad mitius suppliciu m subeundum de pęni. di. 4. §. vlti. ca. vlt. & no. formaliter in c. 2. de raptoríbus.

c Fuerit. Per hoc verbum quod videtur sonare in calorem & iracundiam animi, tenent quidam, ꝙ & si quis ex nimia iracundia, vel ebrietate inciderit in blasphemiam, sit locus ei quod hic dr̄. Alij contra, tū dic vt per Ab. in c. 2. de maleficis, versi. sed quæro nunquid.

d Constitutionis. Cap. 2. de maledi. Imponitur & alia pœna in Concilio Lateranēsi in nona sessione sub Leone decimo, quæ non videtur vsu cō probata.

e Ingressus. Quia q peccat in Deū, peccat in eius ecclesiam, & econuerso, vnde priuatur eius ingressu, sic 22. q. 2. c. de viro. & 17. q. 4. c. frater, nec dēt eis pœna remitti qui in Deum peccant. dist. 63. c. Salonitanę, & 23. q. 3. c. si is qui.

f Similibus, Ad tertiam partem tituli,

l Anathemare. Cap. conquestus. de foro comper. & 17. quæst. 4. c. quisquis, in fi. & 12. q. 2. nulli. & c. prædia.

m Carceri. Ergo ecclesia habet carcerem, & iniungit pœnam relegationis, vt hic, & in capit. attendendum. 17. quæstio. 4. & 2. quæstio. 1. ca. in primis.

n Depositionis. Capit. si quis deinceps. 17. quæstione 4.

o Pecuniaria. 17. q 4 c. quisquis, in princ. c. in litteris. de rapt.

p Consentientes. Et cooperantes. 17. quæstio. 4. c. omnes, & ibi not. fac. c. nuper. de sent. excommunicat.

q Pœnitentias dare. Hoc referas ad illos, qui nec in vita nec in morte satisfacere volunt & possunt

his

his enim deneganda est pœnitentia in fine, & alia ecclesiastica sacramenta, cum in peccato mortali decedant, ut not. in c. super eo. de rapt.

a Sepulturæ interesse. Etiam si deliquentes pæniteant dum tamen satis facere non possint his. n. non denegatur cæmiterium, sed clerici non posšūt interesse, quod fit ad terrorem uiuentiū vt cum possint satisfaciant timore huiusmodi pænæ, sed eis non docet. Arg. q̄ cui conceditur quod est maius nō conceditur q̄d est minus. de hoc no. in c. super eo. de rapt.

b Eleemosynas. No. quod a publico peccatore non debet sacerdos recipere eleemosinam ne uideatur illum fouere in delicto suo. cō cor. ca. super eo. de rap. vide no. in c. ex transmissa, de decim. 13. q. 1. in summa.

c Irrecuperabiliter ca. super eo. de rap. & c. si quis. 17. q. 4. q. Sed uidetur hoc verbum superflue appositum, cum semel depositus nunquam recuperat ordinem, nam depositio est perpetua, suspensio ad tēpus. vt in c. at si clerici, de iu. Resp. sm̄ Ioa. And. & Ab. in d. c. super eo. quod hoc verbum positū est ad denotādum, quod eps̄ proprius non pōt hunc restituere, requiritur ergo Papæ dispensatio, & beneficio tñ posset eps̄ dispensare, secundum Ab. ibi ut in c. Solanitanæ. dist. 63. fac. c. 2. & quod ibi no. Ab. de clerici. pug. in duello.

contra. Sol. illa corrigitur per hanc, & p̄ c. quisq̄s 17. q. 2. ve. illud de iure ciuili, hoc de iure can.

g Factus. 17. q. 4. c. quisquis. immo & p̄turbationem solum rerum ecclesiasticarum nedū per inuasionē hmōi crimē committitur, c. conquestus, vbi Ab. de fo. cōpe. cōtrahit ēt p̄ inuasionē rerum matrimonialium ipsius clerici, ut per Ab. ī c. cæterum vers. nota ergo ex omnib. de iudic.

h Violentas. Interdum ēt si non uiolentas, ut infra de sent. exc. §. uolentē & c. cōtingit. eo. ti. in antiq. fac. c. si q̄s suadēte, 17. q. 4. unde sumitur.

i Dicatæ c. impudicas. 27. q. 1.

k Suo loco l. infra de adul. §. pe. & ī fr. de sent. exc. §. si q̄s igitur. cum plurib. seq.

l DE FVRTIS. Continuatur ti. iste per glo. rub. & continuationē melius declarando dicas, postq̄ aūt locutus est in superioribus ti. de delictis q̄ īmediate offendūt ipsum Deū, erat rōni coueniens declarare reliqua delicta, q̄ immediate offendunt hoīem. iuxt. §. fi. sup. de duplici pur. hoc aūt īcipit explicare a p̄nti tit. idq. facit, q̄a sup. in prox. §. fin. locutus fuit de quadā spē furti: Diuidit aut̄ tit. iste in 2. partes in 1. demonstratur quid sit furtum, & qūo puniat̄, in 2. vero de quo facto i. l intelligatur. 2. ibi. sed hæc.

sepulturæ interesse,[a] vel eorum eleemosinas[b] accipere ausi fuerint, siue rapinæ participes inuenti fuerint, ecclesiastico beneficio priuari ordinis sui damnū irrecuperabiliter[c] patientur.

Sacrilegium committitur tam intuitu rerum, quā personarum. Et qualiter intuitu rerum. h. d.

Sacrilegium aūt admitti dicitur tam ratione rerum,[d] quam personarum.[e] Rerum, ut cū quis sacrum de sacro, uel sacrum de nō sacro, vel non[f] sacrum de sacro auferr. Sed & si nō de sacro aliquid ablatum fuerit, sed intra certos passus,[g] qui in circuitu ecclesiæ sunt, adhuc sacrilegium committi dicitur.

Ratione personarum committitur sacrilegium, cum quis clericum percutit, uel cum moniali rem habet. h. d.

Personarum ratione sacrilegium perpetratur, cum quis in clericum uel monachum uiolentas,[h] & impias manus iniicit, uel cū personæ Deo dicatæ[i] per coitum apperuntur, de quibus infra suo[k] loco latius dicturi sumus.

DE FVRTIS.[l]

TIT. VI.

Furti nomine omnis illicita usurpatio continetur. hoc dicit.

Furti quidem nomine omnis illicita vsurpa

Ioā. Bap. Sacrilegium. CASVS non figuratur. No. tamē quod delictum trahet ut originem aut a re, aut a loco aut a persona, quia ista tria considerant̄ esse p̄cipue priuilegiata de iure Can. §. i. sup. de imm. eccl. No. 2. quod sacrilegium personale specificat̄ ab illa persona quæ habet rationē obiecti, & hoc facit ad quæst. criminalem qua quæritur an sacerdos debeat puniri pœna sacrilegii si cognouit mulierem laicam.

d Rerum c. quisquis uerisimiliter. 17. q. 4. & quod ibi no. Archid. in prin.

e Personarum. c. si quis deinceps & c. si quis suadēte diabolo. & c. sicut. 17. q. 4.

f Non sacrum. l. diuus. ff. ad l. Iul. pecul. quæ est

Ioā. Bap. Furti quidem. CASVS. quidam vsurpauit rem alienam ad proprium cōmodum, postea p̄nia ductus eam restituit & petebat ab epō suo ordinari, fuit quæsitum quid iuris, qm̄ in furtum damnificat proximū, facta restitutione vī. furti culpa remissa, & cōsequent̄ p̄ot ille ordinari, si quidē si p̄ctm̄ non remittit̄ nisi restituatur ablatū, c. p̄ctm̄. de re. iur. in 6. ergo a cōtrario remittit̄ p̄ctm̄ restitō ablato: Sol. tñ uc bi hr̄, q̄a ex delicto ultra culpā diuersa mala cōtrahunt̄, ut est infamia nō obstat obiectio q̄a restitutio solū nō remittit culpā sed est cā, ut ipsa postea remittat̄. No. 1. q̄d oīs illicita rei alienæ usurpatio cōprendit̄ sub furto simpliciter considerato. No. 2. arg. q̄ libet delictum pōt puniri ab utroque iudice, s. ciuili, & ecclesiastico

l De furtis. Dictū est supra proxime de quadam specie

ipsius furti.s.de sacrilegio,quod est furtum factum de re.vel loco sacro,nunc de furtis generaliter,& incipit tractare de secunda specie criminum,s.de his quæ lædunt homines principaliter,iuxta §.fi.supra de duplic.purgat.

a Continentur. 14.quæst.p §.item obiicitur,& c.pænale.

b Diximus.§. de fure.supra qui ꝓmo.non poss.

c Deiici.Ca.cum nõ ab homine.de iudic.Sed si clericus non solum cõmisit furtum,sed latro ciuium etiã, tunc debet etiam detrudi in carcerẽ ad pœnitentiam peragendam,cap. tuæ. de pœnit. est enim differentia inter furtũ, quod fit sine violentia. & plerũque in obscuro, ac de nocte, & latrociniũ, quod fit cum uiolentia, & aperte, ut faciunt deprędantes in stratis publicis. Vñ non mirum si differentia est etiam in pęnis, nam & ius ciuile acrius punit latrones,quam fures occultos,l. capitalium. §.famosos.ff.de pæ. auth. sed nouo iure.Co. eo.arg. contra, in c.2.eo.

d Minime orandum. Quia cõstat eos decessisse in peccato mortali. 23.quest.5.cap.placuit.

e Confessi fuerint.Non solum sacerdoti,verum, ẽt diacono,imo ẽt laico.de consecr.d.4.c. sanctũ est, de pæ.d.1.c.quẽ pænitet,circa.fi. & d.6.c.1.in prin.licet laicus possi concedere absolutionẽ,quia non habet potestatem clauium,sed,Deus remittit peccatum propter contritionem,vt per Abba. in d.capitu immo nec Papa posset dare talem potestatem non sacerdoti,de quo not. in c.peruenit d.95.

f Communio.Id est,Eucharistia,simil,d 50.c.pęnitentes.Et sepulturam ãt cõcedit ecclesia,ex quo confessi sunt.13. q.vl.c.fi.& not.in c.2.eo.

Sed hæc.CASVS Præsupponitur quendã necessitate astrictum accepisse rem alienam,& in proprium commodum conuertisse, vnde quærebatur an necessitas ipsum excusare valeat, & cum furtum sit iure diuino prohibitum, non vr̃ etiam ob necessitatem esse permittendum, quia quod est essentialiter malum, nullo modo potest fieri bonum, cap.primo.22.quæstio.2.Solu.tamen. ut hic habetur, quia tempore necessitatis omnia sunt communia, ut ad not. Doctor.& tollitur meum, & tuum & sic cessat etiam obiectio No. quod necessitas sæpe facit id licitum,quod alias esset illicitum. Not.2.quod non omnis necessitas excusat a toto, sed solum aliquando a tanto.

g Propter necessitatem, scilicet mendicam, quæ interpretatio colligitur ex eo, quod pœna, vel pœnitentia imponitur si enim magna esset necessitas,nulla pæna imponeretur, cum in necessitate omnia sint cõmunia.fac. de consecratio.distinctio.5: cap.discipulos, & dist. 42.c.1.& 12.q.1.c. 2.& 13.quæstio.8. quod autem,& distinct.47.ca.sicut. debuit enim credere dominum ꝑmissurum.§. placuit.de oblig.quæ ex delic.sic etiam dicimus,quod tẽpore necessitatis poterit religiosus facere eleemosynã de bonis monasterii, ut ꝑ Ab. in c. si quis eo.Et vxor de bonis mariti,iuxta id quod putaret ipsum maritũ daturũ, si non fuerit sibi ueritum ab eo. Alii int elligũt ꝓcedere quod hic dr̃,ẽt in maxima necessitate, si postea veniens ad pinguiorem fortunam nõ restituit. Et sm̃ hos no. quod subtrahẽs aliquid tꝑe necessitatis ,tenetur illud restituere cum pt̃, quasi cessante causa,vt per Ab.in d.c.si quis ꝑꝑ. Sed an quo tp̃e necessitatis oĩa sunt cõia possit pauper agere cõt.diu rẽ,vt sibi subueniat?Rñ. nõ cõpetit quidẽ pauperi actio,sed bene pt̃ implorare officiũ iudicis qui diues pecat non subueniendo pauperi in necessitate. Abb.in d. c. si quis.post.& in ca.cũ causam,de elec.& in c.cũ dilecti,de emp. & vend.no. in.c.sicut dist.47.Est & alius casus in quo furari, vr̃ licere videlicet cum quis aliter non potest suũ recuperare.Abb.in capitul.1.uer. in glos. 3.ibi,de his quæ vi met.&c.

h Pæna.De qua in c.si quis propter,eo.

tio alienę rei concluditur, sed nunc de his tantũ agimus,quæ speciali nomine destituta generali furti appellatione continetur [a].

Fures promoueri non possunt, & promoti deponuntur, & si sint incorrigibiles,tradendi sunt curiæ sæculari h.d.

Fures autem non solum sęculares leges verũ ẽt canones acriter insectantur,nam nec ad sacros ordins promoueri(in secundum ea,quæ supra diximus [b])& promoti ab eisdem deiicis[c],& si depositi incorrigibiles fuerint,excommunicari,& demum potestati seculari tradi debent.

Pro occisis in ipso furto non est orandum,nisi sint confessi ante mortem.h.d.

Et si dum furtum cõmittitur occisi fuerint, ꝓ eis minime orandum [d] erit quamquam si comprehensi,aut vulnerat confessi [e]fuerint,communio [f] eis non sit deneganda.

Furtum committentes ob necessitatem mitius puniuntur.h.d.

Sed hæc de illis intelligere nos oportet, qui nulla necessitate adactis furtum cõmiserunt. Cæterum si quis propter[g] necessitatem cibaria, vestem vel pecus furatus fuerit, longe mitiori pęna [h] puniendus erit.

Partientes cum furibus & conscij occultantes pari pęna puniuntur.h.d.

a Parantur. §. si vero opem, Instit. de oblig. quæ ex delicto, fac. no. in c. 1. de off. del.
b Possessoribus. Id est, dominis, vel quibuscunque quorum intersit, l. interdum. ff. de verb. sig. c. pen. eod.
c Indicant. No. ergo, quod tenetur quis indicare furem, uel furtum, de quo late p Cano. in c. pen. eo. & per Legistas, in l. in ciuil. C. eo. sed an furtum passus possit petere a iudice, ut scrutet domû, & scrinia et & loca secreta Titii, de quo forte suspicatur? Resp. ut per Abb. & alios, in d. c. pen.

Nec fures solum supradictis pænis tenentur, sed si quoque, qui aut cum furib. partiuntur,[a] aut qui futurorum conscii fures quęrentibus possessoribus [b] non indicant. [c]

adsit intētio, c. cō suluit, eo. Vnde Host. in sum. eo. §. quid sit, ponit aliā, quæ licet oppositionib. non videatur relinquere locum, longior tñ est, quam §. Callimachus, quod est contra naturā definitionis, quæ nihil aliud est, quā rei breuis explicatio, vt ait Crassus apud Tulliū de oratore. Ideo dic, qđ satis defendi pōt illa, quæ hic ponitur. Nec ob quod opponitur de traditione facta gratis, qui a uerbum percipitur, ī ea positum, potest tollere contrarium, nā percipere hoc loco denotat quandam acceptionē non simplicē, sed fructuum uel earum rerum, quæ sunt loco fructuū, unde dicimus fructus percipit, non ita donum percipit. Idem erit in verbo. accedit, quo utuntur, d. c. plerique, & d. ca. vsura, quia nō bene dicitur donum sorti accedere, qđ vtiq. stat p se, sed accedere ē alteri principali rei adhęrere, ut est vsura sorti, uel dic pcipit, s. ex pacto, ut no. i d. c. usura

DE VSVRIS, [d]

TIT. VII.

Vsura quid sit, & unde dicta, habens possessionē in pignus recepta propria pecunia, si recuset fructus in sortem computare, usuras committit. h. d.

DE VSVRIS.

Cōtinuatur tit. iste per glo. rub. io nō oportet aliter ipsum cōtinuare, No. tamen ex ista continuatione, quod vsura est species furti. Diuidit aūt tot. iste ti. in 6. partes, in 1. adno. q̄d sit vsura, & qualiter committatur, in. 2. quomodo puniatur, in. 3. an vsurarius excusetur rōne intentionis, in 4. qualiter acquisitū per vsuā restituantur, in. 5. quid iuris de Iudæis demonstratur. in 6. inquibus casibus non committatur. 2. ibi, multiplicibus 3. ibi nec quiquam. 4 ibi, plane si nec ii, 5. ibi. Iudæi quoque. 6. ibi, sunt tamen casus.



Vsura [e] est quidquid [f] ultra sortem mutuatam [g] percipitur, [h] dicta ab usu, [i] quia scilicet, pro usu pecuniæ recipitur. Vnde [k] & si quis pignoris obtētu rei alicuius nactus fuerit possesionē, [l] si fortē suam deductis expensis [m] de fructibus iam perceperit, si ean-

d De usuris. Postquam supra visum est de furtis competenter subiicitur de vsuris, cum vsuram exercens quodammodo furtum committat. 14. q. 4. c. si quis vsurum.

Vsura est CASVS potest ita ad not. quod cum quidam mutasset aliquid cuidam amico, & pro cautione pignus accepisset, volebat eo uti ea ratione, quia dominus pignoris ad id consentiebat, & uiolenti nō fi. iniuria. fuit tñ de hoc dubitatum. Sol. vt hic habetur, quia ex mutuo nihil cō modi temporalis recipi debet. Nō obstat obiectio quia ille consensus non pōt mutare naturam cōtractus: Not. vsuram aliquando esse simulatā, quia fit frans de contractum.

e vsura est. Hę c difinitio? siue descriptio sumitur virtualiter ex cap. usura, & exca. plerique. 14. q 3. uno tantum addito uerba, s. mutuatā, quod cōuenienter fuit additum ut dicetur super illo uerbo. Sed hæc difinitio siue descriptio secundū Abb. nō est perfecta, quia posset aliquid accedere forte gratis, & tunc nō esse usura, arg. 1. q. 2. & ca. sicut, & c. dilectus, & c. etsi qq. de sim. Vnde ipse aliter definit, i. vsura est lucrum mutui ex pacto debitū, vel exactum. Sed hæc quoque est defectiua: quia usura committitur etiam si absit pactum, dummodo

f Quidquid. Siue sit pecunia, siue electuariū, siue capella, siue quodcunque nomen imponas. c. plerique, & c. usura. 14. q. 3. ēt si detur factū inæstimabile, ut si doctor mutuet scholari, ut secum intret, aliter non mutuaturus, ut per Ab. in rub. eo.

g Mutuatam. Hoc ideo, quia usura non committitur, nisi in rebus, in quibus consistit mutuum, s. quæ cōstant pondere, numero, uel mensura, rō di f fuse ponitur p Ab. in rub. eo. post Host. in sum. §. 1. Immo nec in hic committitur, nisi actualiter sit deuentū ad mutuum quod designat hoc uerbum mutatā, licet res sit apta mutuari. Vnde īfert Ab. in d. rub. quod si ego commodarem tibi pecuniā non ut expendas, sed ut ad pompā retineas in banco, possum licite aliquod lucrū capere, quia tunc nō est celebratus contractus mutui.

h Percipitur. Quasi debitum, & quasi fructus.

i Ab usu. Alii alias ponūt etymologias, ut p Ab. in rub. & per Arch. post alios, in c. usura. 14 q. 3. q̄ non reciperentur ab humanioribus.

k Vnde, &c. Quia in casu sequenti aliquid accipitur ultra sortem. & fac. c. 3. & c. 2.

l Possessionem. Idem dicendum de domibus & aliis rebus debet enim soluta pensione extenuare sortem. Abb. in c. 1 eo.

m Expēsis. Quia quod superest, est fructus, l. fructus. ff. sol. ma. & 12. q 2. c. nobis, & l. 1. C. de fru. & lit. expen. & pig. p fructus perceptos liberatur ipso iure l. 1. & 2. C. de distr. pig. c. 1. & 2. & c. conquestus. eod. Cuiusmodi autem debeant esse tales expen-

expensæ, & quo medio possint repeti, nota in dicto c.

a Perceptos. Quid de percipiendo. Respo. ut not. per Abb. in c. 2. eod. ubi etiam alii.

Ioā. Bap. Multiplicibus autem. CASVS. Quidam episcopi habentes diuersos usurarios in sua diœcesi, criminaliter aduersus eos procedebant, & cum debent postea eos punire, uolebant imponere pœnam, quæ imponitur ob furtū manifestum, & non manifestum. §. fi. Instit. de obligat. quæ ex delict. §. in duplum. §. quadrupl. Institu. de act. quia usura est species, furti, ut docet glo. rubr. huius titulo quia defuit quæsitū quid iuris. Solut. ut in hac parte habetur, quia cū usura præsertim ratione qua frequētius cōmittitur, sit delictum admodum graue, debet quoque grauiori pœna puniri. Non obstat obiectio, quia licet usura aliquo respectu sit furtū, est tamen speciale crimen, & maxime graue. Nota 1. pœnas esse multiplicādas ob grauitam delicti. Not. 2. quod pœna debet augeri ob perseuerantiam in delicto. No. 3. quod regulariter pœna non imponitur nisi ob delicta manifesta.

dem debitori restituere recuset, & perceptos [a] fructus in sortem computare, procul dubio usurarum committitur crimen.

Pœnæ usurariorum sunt, infamia, excommunicatio, beneficiorum, & officiorum, & ecclesiasticæ sepulturæ amissio. h. d.

Multiplicibus autem pœnis sacri canones vsurarios [b] insequūtur, nam præter iniustam infamiam, nec ad Christianam, nec ad cōmunionem admittuntur altaris, [c] nec quisquā de manu eorum oblationes [d] accipiet. Et si clerici fuerint, tam officii, quam beneficii ecclesiastici periculum patientur. [e]

Vsurarijs non debent domus locari. h. d.

Nullus [f] quoque sub pœnis in Gregoriana constitutione[g] comprehensis, manifestis vsurariis, aut locabit [h] domus, aut cōductas habere permittet. Sed & si in hoc scelere decesserint, ecclesiastica carebunt sepultura. [i]

Licet quis de usuris satisfieri mandet per hæredē non tamen est tradendus ecclesiasticæ sepulturæ, donec fuerit satisfactum, & contra faciens incurrit penas eorundem. h. d.

Et id adeo obtinet, ut ēt si morituri in ultima uoluntate de usuris satisfieri, [k] expressa q̃titate, uel indistincte[l] mādauerint, [m] donec ie

b Vsurarios. Scilicet manifestos. c. quia in omnibus, eod.

c Altaris. Id est, ad suscipiendum sacramentum Eucharistiæ, secundum Innoc. Sed vterque Abb. tam in c. quia in omnibus, quam in cap. cum tu, eod. exponit, ut hic usurarius non admittatur ad ecclesiam quando celebrantur diuina, & forte secundum Abb. iuniorem ista expositio est melior vt vsurarius rubore suffusus facilius resipiscat, sicut dicimur, & de excommunica. cap. pla. de excom. in 6.

d Oblationes. Cap. quia in oībus. do. Sed nūquid saltē eleemosynā recipere q̃s possit ab vsurario? Rñ. sic sm̄ Io. An. in c. cum voluntate, de sent. excō. sequitur Abb. in d. c. quia in omnibus, tac. c. ex transmissa, de deci. & 13. q. 5. in sum. Ratio differētiæ est, quia oblatio fit in publico, eleemosina de sui natura fit in occulto licet & in publico fieri possit. Sed an idem fit in alijs peccatoribus manifestis? Resp. non, nisi in casib. expressis ad hoc ut tex. cum ibi not. in ca. oblationes, dist. 90. Hugo contra primum æquius, secundum Abb. argu. c. multi. 2. q. 1.

e Patientur. Cap. 1. eod.

f Nullus. Siue particularis psona cuiuscūq. iratus, uel conditionis, siue collegium, uel vniuersitas. c. 1. eo. ĩ in 6.

g Constitutione. Cap. 1. eo. in 6.

h Locabit. Quid si ignorabat locator vsurarium esse conductorem, vel non locauit ad exercendum fœnus. Dic, q̃ probabilis ignorantia illū excusat, l. si q̃s ignorans, ff. loc. & c. si vero, de sen. exc. & c. in audientia, in dubio tñ præsumunt ad hoc conducere, si cōsueuerunt usuras exercere. le. si rei, ff. de accu. & ca. semel, de re jud. in 6.

l Sepultura. Capi. quanq̃, eo. in 6. c. quia in oībus eo. in antiqu. nec proderit defuncto, q̃ hæres eius velit satisfacere, nam oportet, q̃d ipsemet restituat, uel de restituendo caueat, ita q̃d appareat illum nō decessisse in illo peccato, de quo no. in c. 2. eo. in 6. & in clem. eos, de sepul. & aliquid per Ab. in c. quia in omnibus, eo.

K Satisfieri. Debet autem satis fieri ei, a quo pecunia fuit extorta, vel eius hęredib. illis non extantibus, vel non petentibus, vel non curantibus, pauperibus extortum erogabitur, c. cū tu, eo. dicit tamē Guil. q̃ hoc casu debet publice p̃poni edictū in locis a quorum incolis usurę sunt extortę, & si aliqui appareant quibus fides sit adhibenda, potius illis restituentur, q̃ pauperibus erogētur. fac. c. sicut, §. eos, de homi. & no. formaliter in cap. 1. eo. in 6. Sed quid si facta erogatione in pauperes appareant illi, quibus fieri debet restitutio? Resp. vt per Perus. in d. c. 2.

l Indistincte. Id est, non expressa aliqua quantitate: quia mandauit in genere restitui quæcunque extorserat per vsurariam prauitatem.

m Mandauerint. Hoc fuit statutum ne Cōcilium Lateranēse, de quo in c. 3. eo. eludatur dicit enim q̃ qui decedit in hoc peccato, non admittitur ad sepulturam ecclesiasticam, ex quo autē quis mandat de restituēdo, nō dicitur decedere in illo peccato

cato,& sic Lateranense Concilium non habet locū:occurritur ergo per c.2.eod.in 6. vnde sumitur hæc littera huic elusioni. Ex hoc etiam refert Io. And.post Guil.qđ fœneratores Tusci dicebant,qđ solum ultimus de genere damnabitur,ex quo oēs prædecessores reperientur mandasse. vsuras restitui. Tenebitur autem hæres restituere,etiam si testator non mandet, immo & si usuræ ad eum non peruenerint, in quantum se extendunt vires hæreditatis,traditur in capitul.tua nos. eodem. Sed hoc casu non concedetur defuncto propter restitutionem ecclesiastica sepultura, cum in peccato decesserit, nisi alias de mortui contritione appareat. 26.q.6.ca.quis recedunt & capi.nobis,2.de sent.excom.

constit.c.2.eo. in 6.est pœnalis,ergo restringenda, c.statutum,de elect.in 6.l.si præses, & l.si de interpretatione,ff.de pœn. & prohibitis maioribus minora petere non prohibemur,l.cui pacto.ff.đ ser. expor.c.per venerabilem,qui fil.sint leg.Com.cōtra per d c.2.quod in principio facit mentionem de vltima uoluntate in genere, & arg.ca. cum esses, de testamē.fac.quia codicillus,large dicitur testamentum, quia mentis est testatio,ut 13.qu. 3. §. sed aliud,& institu.de testam.in princ.l.conficiuntur,& l.ab intesta. ff.de codic.& melius in l.2.§.quintus, Co.de iur.ver. enuc.& latissime, per Leg.in rub. ff. de leg.1. alias facile esset constōnem excludere,qđ esse nō dēt, c.si ciuitas de sente.exco.in 6.

cundum Gregorianę cōstitutionis [a] tenorem satisfactum [b] fuerit,ecclesiastica sepultura carere [c] debent. Quicunq.uero manifestos usurarios contra prædictæ sanctionis formā tumulare [d] ausi fuerint, pęnæ Lateranensis Concilii cōtra usurarios promulgatæ subiiciendi erūt.

Testamenta vsurariorum non ualent, h d.

Testamenta [e] quoque ab eisdem facta aliter [f], quam secundum dictæ constitutionis formā non ualebunt, sed in ipso iure erunt irrita.

Non debemus facere malum, vt postea faciamus bonum, h.d.

Nec quidquā proficiet, quod quis pro captiuis redimēdis, uel eleemosynis dādis sese usuras execuisse [h] alleget, nec. n. propterea magis cum usurario dispensari [i] poterit, cum pro uita alterius mentiri [k] quidē nedū rapere liceat

f Aliter, s.non facta satisfactione nec idonea præstita cautione.

a Constitutionis. Cap.quamquam, eod.in 5.

b Sanctis factū. Quid sit satis facere, habes in l.1. ff.qui satis.cog.& in l.si rem.§.omnis.ff. de pign. ac.& ex hoc modo loquendi impersonaliter collige ꝙ non solum sufficit de vsuris per quemcūque esse satisfactum,sed etiā sufficit ꝙ idonee sit cautum per quemcunque, ꝙ intellige quo adhoc ut vsurarius admitti possit ad sepulturam,non ad ualidandum testamentum,vt no.in cle.2.eo.in ver. manifestos,sequitur Perus.in c.2.eod.in 6.& dicitur satis factum,si sit satisfactum de vsuris tantū non enim requiritur quod satisfiat de interesse, secundum Archid.in d.cap.2.& latius per Perusi. ver.sed quærit hic Arch.

c Carere debeant. Est ergo hic opus facto, idest restitutione vel satisfactione,nec satis est bene velle.c.nō satis,dist.86. verba enim sunt cum effectu intelligenda.cap.relatum,de cle.non resi.l.1.ff.ꝙ quisque iur.Sed nōne,qui solui mandat, soluere videtur l.qui mandat, ff.de sol. Resp.illud habet locum facta solutione per mandatarium, qui enim per alium, &c.cap.qui per alium.de regu. iur.in 6.

d Tumulare. Idem si non tumulauerunt; simulauerunt tamen tumulare,secundum Ioan. de Lig. Dom.& Perus.in c.quamquam.uer.cæterum, eo. in 6.ex quo enim simulādo dederūt malijs malū exemplum,& ex eo scandalizauerunt ecclesiam, non debent a pœna excusari 11.q. 3.ca. præcipue de potentibus,& associantibus, per Dom.in d. c.quamquam,& fac.glo.in clemen.nos.de sep. in ver.sepelire.

e Testamenta. Quid de codicillis? Et vnr valere: diuersa enim sunt hæc.l.si idem,C.de codicil. &

l Percusserint. Leuiter tamen, ca. 1. & c. cum voluntate. §. fi. eo. modica enim tantum castigatio permissa est docenti. l. 5. in fi. ff. ad l. Aquil. cum l. seq. & humilis debet esse doctrina magistri, & c. humilis, de maio. & obed. cum concor. ibi alleg. alias inciderent in canonem, vt not. in d. § 1.

m De familia. Cap. cum uoluntate. §. fin. eod 23. quæstio. 4. ca. duo ista, & distinctio. 45. ca. disciplinam, qui enim domesticorum suorum curam non habet, fidem negauit, distinct. 47. §. necesse, versicul. hinc etiam Paulus, fac it l. si filius. Cod. de patria potestate, & leg. unica. C. de emenda. propinquo.

n Graduum. Secus si sint in superioribus, quia liberantur a patria potestate saltem quo ad spūalia & quo ad percussiones, ut deferatur sacro ordini, imo gl. c. cum uoluntate. §. 1. eo. tenet sacrum ordinem indistincte liberare a patria potestate, quod non est uerū, ut per Inn. & Host. in c. indecorum. de ætat. & qual. & per Ab. in d. §. fi.

Com-

aliis casibus compluribus [a].

Ex causa potest quis absolui ab alio, quam ab Apostolico h d.

Quod autem supra diximus, ab hac excommunicatione, ab alio, quam ab Apostolico, aut eius legato absolui neminẽ posse, nõ est perpetuum. Nam si quis excommunicationis latæ sententiæ vinculis innodatus, in mortis articulo [b] cõstitutus reperiatur, aut capitales habeat inimicitias, [c] aut alias iustas [d] excusationes, ita vt sine periculo Apostolico se nequeat conspectu præsentare licebit diœcesano [e] episcopo iuramento [f] secundum morem ecclesie recepto sibi absolutionis gratiam impartiri.

Cessante causa, cessat effectus h.d.

Periculo tamen, & impadimento cessantib. quam cito commode [g] poterunt, ad sedem Apostolicam se præsentabunt mandatum illius super negotiis, pro quibus excommunicati fuerant humiliter recepturi, & prout iustitia suadebit satisfacturi, alioqui si id facere contempserint (ne temere et impune censuræ ecclesiasticæ illudatur) ipso iure in eandem sententiam recidet quod generaliter constitutum est, quotiescunque legitima subsistente causa [h] ab alio quis quam ab eo, a quo alias de iure absoluẽdus fuerat absolutionis beneficium consecutus fuerit, & quibusdam casibus similibus [i].

Si modica sit illata iniuria clerico, uel qui intulit, nõ prouectæ sit etatis, potest Ordinarius absoluere eũ, qui incidit in Canonem latæ sententiæ. h.d.

Itẽ si non enormis, sed modica & leuis [k] iniuria.

Quod autem. CASVS. Cum quidam fideles præsupponantur excõmunicati a iure ob diuersos excessus, accesserunt ad episcopum loci, a quo petebant absolutionẽ, qui uidens excessus istos esse uarios & diuersæ grauitatis dubitauit de sua potestate, quia licet ipse dicat habere potestatem absoluendi nisi specialiter prohibeatur, ca. nuper, eodem, tamẽ grauiora dicuntur superiori reseruata, ca.4. de offi. legati. Qua de re Sol. ut hic habetur, quia potestas ista absoluendi fuit inferioribus prælatis & episcopis aliquando concessa, & aliquando denegata, secũdum quod magis expediens erat pro salute fidelium, qui facilius retrahuntur a malo vna via quã alia, qua ratione considerata, nec etiam obiectio aliquid concludit, cum utraque pars aliquando uerificetur. Not. primo, diuersos casus in quibus habetur limitatio eorum, quæ principi sunt reseruata. Nota. secundo, quod cessante causa finali ipsius legis, debet cessare etiam lex ipsa, quia causa dicitur anima legis. Nota. tertio argumen. istius textus in §. monachi, quod excessus intra monasteria commissi non debent puniri extra, ne inde oriantur scandala, Nota, quarto, quod qui habet potestatem absoluendi a iure, potest etiam causam delegare, cum expediens fuerit.

a Compluribus. De quibus latè per Host. in sum. eo. §. quis possit excommunicare, ver. super illo autem canone. & per gl. Io. c. cum uoluntate. § fi. eo. & alias sæpe.

b Articulo. Cap. non dubium, ca. de cætero, ca. quod de his, c. quamuis, eo. c. si quis suadente. 17. quæstio. 4. generalis enim reseruatio absolutionis non extenditur ad casum mortis, c. eos qui, eodem in 6. per Ab. in c. pastoralis. §. præterea, de offi. ordin.

c Inimicitias. Etiã si ipsemet dederit causam inimicitiis, nec. n. põderatur quæ sit causa inimicitiæ arg. l. nec timorẽ, ff. quod met. caus. & cap. veniens, de spon. & per Ab. in ca. de cætero, eodẽ vnde sumitur, licet alias causa debeat esse iusta, ut in d. c. de cætero, & hic.

d Iustas excusationes. In omni enim edicto rationabilis excusatio excepta, c ex parte, de offi. deleg & c. quãdo, de rescr. fac. c. ea noscitur, eo.

e Diœcesano. Et non aliis inferioribus, nisi fortè in summa necessitate, de quo dic, vt per Ab. in c. monachi, eo. & in ca. de cætero, vnde sumitur.

f Iuramẽto. Cap. de cætero, c. quamuis, ca. qđ de his, eo. & promittens in tali iuramento quod quã primũ cessabit impedimentum se conspectui Apostolico præsentabit, mãdatum super hoc excessu recepturus, c ea noscitur, in fi. eo. & hoc ꝑ hic dr̃ intellige ẽt in aliis casibus, c. eos, eo. in 6. & per Ab. in d. c. de cætero.

g Cõmode. Non tamen delict. vt l. continuus. §. dũ ita. ff. de ver. oblig. & fac. c. eos, in. 6. vnde sumitur.

h Causa. De quibus causis in c. ea noscitur. & in c. de cætero, eo. & supra. §. prox.

i Similibus. De quibus in c. eos, §. fi eo. in 6.

K Leuis iniuria. Quæ autẽ dicatur leuis granis iniuria. erit in arbitrio iudicis. §. atrox. Inst. de iniur. fac. c. cum illorum, & quod ibi not. eo. et per Spe. in tit. de iniu. §. nũc dicamus, ver. quę aũt dicantur.

fuerit clericis irrogata, inferens per epm[a] absolui poterit.[b] Itē ætatis [c] intuitu iuris rigor mansuetudine temperatur. Vnde si in pueritia cōstitutus [d] in Canonem inciderit sententiæ promulgatæ, siue ante, siue post [e] pubertatem sese absolui postulet, diœcesanus episcopus absolutionis beneficium impartiri poterit [f].

Monachi se inuicem vel conuersos percutentes, sūt ab abbate vel episcopo absoluendi h.d.

Monachi quoque, & aliis regulares quomodocunque [g] in claustro [h] sese inuicem percusserint; non ad Apostolicam sedem remittendi, sed secundum prouidentiam proprii abbatis [i] coercendi erunt quod si abbas non sufficit, episcopus [k] adhibendus erit.

Idem iuris seruatur in monialibus quod seruatur in monachis h.d.

Simile [l] statuitur de monialibus [m] nam si uel se inuicem, vel conuersos aut conuersas [n] suas aut etiam in clericos violentas manus iniecerint nec contra muliebris sexus verecundiam [o] & regularis obseruantiæ decorem peregrinari compellantur per episcopum [p] in cuius diœcesi [q] monasteria fuerint absolutionem consequuntur. Sunt & alii casus [r], quibus ab alio quis, quam ab Apostolico, ab hac excommunicatione absolui poterit, ut ex ipsis Decretalium libris facile apparere potest.

Ex causa certis casibus absolutio potest delegari. h.d.

His autem quibus id certis [s] casibus ex offi-

catur, & per Ab. in c. peruenit, eo. vnde sumitur.

a Episcopum. Sed non alius inferior. vt per Ab. in c. peruenit, eo. ante fi.

b Poterit. Quia leuis iniuria potest etiam leuiter emendari, c. cum dilecti, i. de accu. nec infamat, c. cū te. de re iud. & intellige etiam de laicis leuiter clericos iniuriātibus, ut per Ab. in c. peruenit, eo.

c Aetatis. Cap. fi. eo. unde sumit & d. 86. c. tanta, & c. eos, de consec. d. 3. & 35. q. 9. c. sententiam aliis quoq. respectibus tempe ratur iste rigor, vt in d. c. fi. no.

d Constitutus. Doli tamen capax c. pueris, de delict. puer. aliis iniur. ā facere nō possunt, pati vero, cle. 1. de hom. & 16. q. 1. c. illud, & not. in c. fi. eo.

e Siue post. Not. quod beneficium semel indultū minori ex quo semel cæpit habere locū non extinguit per superuenientiam maioris ætat. Ita nc. Ab. in c. fi. eod.

f Poterit. Ca. 1. ca. fi. eo. c. si quis suadente. 17. q. 4 & p Ab. ca. 2. de delict. puer.

g Quomodocunque. Dum tamen nō enormiter, vel in episcopum aut abbatem uel cleri cum sæcularem manus uiolentas iniiciant ca. cum illorum. §. quid si claustrales, eodem & nota in cap. 2. eo. vnde sumitur, & sic secundum Ab. in d. ca. 2. not quod in verbis permissiuis, quantumcūq. sint generalia, semper intelligitur exceptus casus enormis.

h In claustro. Idem & fortius, si extra claustrum quia maius est delictū id facere in claustro vbi debet seruari silētiuū. nā violatur immunitas claustri, secundum Abb. in c. 2. eo. in fi fac. cum pro causa, eo & hoc tenet Io. And. post Ab. antiquum. in c. cum illorum, eo. exprimitur autem claustrū ob frequentiorem contingentiam, sic auth. cassa & irrita. C. de sacros. eccl. fac. not. per Abb. in c. 1. de iniur.

i Propiri abbatis. Nisi monachum alterius monasterii percusserit, hoc enim casu vtriusque monasterii abbas concurrere debet in absoluendo, & cum illorum, & canonica. eo & no. in c. 2. eo.

k Episcopus. Cap. 2. c. cum illorum, ca. canonica. eo.

l Simile. Non tamen idē per omnia, quia in monialibus non excipitur casus enormis, ut in monachis, ut in hoc §. in prima notula habetur, sed episcopus illas indistincte absoluit, ut in c. de monialibus, ubi no. Ab. eo. unde sumitur.

m De monialib. Vnde infert, quod priuilegium ca. si quis suadente diabolo. 7. q. 4. non competit ratione caracteris clericalis, quia si id esset, non cōpeteret personis hic enumeratis, ut not. & Ab. in c. monialibus. eo.

n Cōuersas. Quæ non ueniunt in appellatione monialium, licet illarū in hoc priuilegio gaudeant, cap. de monialibus, ubi no Ab. eo.

o Verecundiam. l. 1. §. sexum. ff. de post.

p Per episcopum Impedit enim sexus muliebris fragilitas, ne abbatissa possit moniales suas absoluere, quia sexui fæminino claues ecclesię non fuerunt commistæ, ca. noua. de pœni. & remiss. & traditur in c. dilec. de maior. & obed.

q Diœcesi. Sed quid si monasteria essent in diuersis episcopatibus? & vna monacha percussit, monachum. uel monacham, vel conuersam, vel clericum alterius diœcesis? Respond. conuenit vterque Episcopus, vt alter alteri delegabit vices vt habetur in c. cum illorum, & c. de monialibus. eod.

r Aliis casus. De quibus per Host. in sum eo. §. qs possit excommunicare. ver. secunda regula, & noti in c. fi. de offi. ord.

s Certis, quorum pars superius numeratur, & notan-

cio [a] competit non solū per seipsos absoluere [b] verum ét aliis, cum expedire uiderint, huiusmodi absolutionem committere poterunt. [c]

Excommunicatio iudicialis est, quam infert iudex, & cui causa committitur, omnia quæ causam contingunt, censentur permissa h.d.

Iudicis siue iudicialis [d] excommunicatio est, quæ iudicis ministerio infertur. Iudicē autem hoc loco intelligimus non solum ordinarium, uerum etiam delegatum. [e] Nā si cui per Apostolicum causa etiam simpliciter delegetur, nec litteræ commissionis de excommunicatione quidquam contineant, poterit nihilo minus delegatus, concessæ sibi auctoritatis ratione contumaces (vt supra [f] diximus) ecclesiastica seueritate coercere.

Excommunicationis sententiam debet præcedere monitio, & debet ferri in scriptis, ita ut causam contineat. h.d.

Quoties autē causa [g] suberit, ut iudex subditum [h] suum ecclesiastica districtione coerceat cum medicinalis, [i] non localis excommunica

notantur ad c.fi. de offi.ord. vnde sumitur.

a Ex officio. Puta ex officio legationis, cap. quod translationem, & c. excommunicatis, & ca. nemini, de offi.del. Idem si quis habeat hoc ex priuilegio, ut Archidiaconus Bononiēsis, qui ex priuilegio absoluit excōicatos in studio Bononiensi, vel ibidem delinquentes vt no. in c.fi. de offi. ord.

b Absoluere: Quod intellige non solū de absolutione ab excōicatione, ca. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. verū etiam de aliis excommunicationibus, arg. c. cum dilecta, de confirma. vtil. uel inutil. & no. in c.fi. de offic. ordi. & ibi sequitur Abb.

c Poterunt. No. ergo, qđ nudū ministerium est delegabile per ordinariū ca. si ubi no. de offi. ordin. Quid autem in delegato? Resp. idē se habet, iurisdictionē, puta quia fuit delegatus in causa in qua tulit excommunicationem, secus si sibi fuisset delegata sola duntaxat absoluendi potestas. Et sic procedit tex. in c. fi de offic. deleg. & tenet Abb. in c. fin. de offi. ord. Idem si alicui tale nudum ministeriū competeret, ut notauimus sup. in 1. notula de Archidiacono Bononiensi, & ita gloss. quam Abb. etiam sequitur in c. fi. de offi. ordin. & alij, in d. c. fi. §. fi. de offic. deleg.

Ioā. Bap. Iudicis. Hæc pars subdiuiditur in 2. particu. in prima habetur qui, & qualiter iudex procedere debeat excōicando, in scda quid in dubio significet terminus excōicationis, scda ibi, sed qri poterit. Quoad primum casus ita pōt figurari; quidā iudex ecclesiast. sciens nonullos subditos suæ diœcesis volebat eos excōicare nōnulla iuris solēnitate obseruata, cū eorū excessus sibi noti essent, tanquam iudicis, idque putabat sibi licitum ea rōne quod excōicatio est medicinalis, c. 1. eo. in 6. & cū de hoc dubitatū fuisset. Solu. fuit data prout hic legimus, quia si secus esset, daretur occasio aliquē sæpe, indebite condemnari, & sua defensione priuari, quod repugnat iuri, & rationi. Non obst. obiectio, quia licet excōicatio si talis, temere tñ non inferenda. Not. primo litteras alicuius commissionis, & mandati sæpe de iure multa continere, quæ in eis nō sunt expressa, sed uirtualiter sub intelliguntur. Not. secundo, quod sententia excōicationis, quæ ab homine est ferenda, ob contumaciam fertur, de qua re vide Doct. in c. 1. de iud.

d Iudicialis. Incipit secundum principale membrum huius tractatus, nam hucusque habitus est sermo de excommunicatione Canonis, quæ quodam modo legitima potest appellari, nunc de iudiciali. Est & alia quædam species, quæ nec Canonis est, nec iudicialis, ut si cui Papa concedat priuilegium & potestatem excōicandi suos manifestos malefactores, de qua indulgentia habetur in cap. ex parte decani, iuncta gl. 1. de rescr. & ī c. ex parte, đ ver. sig. & per Inno. in c. venerabili, de cē sib. & pōt concedere etiam simplici laico hanc excōicandi potestatem, nót. in capit. bene quidem, dist. 96. & in c. transmissam, de elec. & in ca. ab excommunicato, de rescrip. alius autem nemo potest, nec consuetudo, etiam immemorabilis, Ab. in cap. sacrosancta, de elec. late in c. quāto, & c. fi. de consuet. & de materia §. huius late Hosti. in sum. eod. §. quis possit excommunicare, ver. ne dum autem. & per Ioan. de Ligna. in tract. de ecclesiastica censura, §. 8.

e Delegatum. Cap. 1. & c. præterea, de off. deleg.

f Supra. Sed siue, supra de iudi.

g Causa. Sed quid si excōicandi causa nō subest, quid operabitur iniusta excōicatio? Resp. qua ad Deum nihil operatur, immo patienter tolerāti acquirit meritum, c. cum cæteri, de sent. & re iud. in 6. & 11. q. 3. c. illud, sed quo ad homines operatur: quia antequam relaxetur, debet excōcatus vitari, c. cum contingat, de offi. deleg. & c. per tuas eo. & per Abb. in rub. eod. Sed tñ non debet contemn. 11. q. 3. c. 1. no. in c. 1. eo. in 6. & in c. sac. san. eo in antiq. latissime tñ de hoc per Didac. Couar. in c. alma mater. eo. in 6. §. 7. ver. 11. in tertia concl. ad quem pro clara elucidatione huius materię excommunicationis est recurrendum.

h Subditum suum. Alias in non subditum non posset hac censura exerceri. c. a nobis, in f. eo. sententia enim a non suo iudice lata non tenet, c. at si clerici, de iudi. & 9. q. 2. per totum, & de hoc late per Host. in summa, eod. § quis valeat excommunicari.

i Medicinalis. Non mortalis, 2. quæstio. 1. capit. multi, & 24 quæstio. 3. capit. notandum, & cap. 1. eod. in sexto, vnde sumitur, & quomodo hoc intelligitur, vide per Didac. confutantem Lutherum in capit. alma mater, in princ. versi. 6. eadem

iradice,

radice, numero nono, in sexto.

a Competentibus. Non minus tribus, cap. contingit, 2. & c. sacro, eodem, & in c. 1. & c. cõstitutionem, & c. statuimus, eod. in 6. vbi habetur, quæ sit competens admonitio, & in c. reprehensibilis, de appel.

Not. casum in quo extensio fit in pænalib. contra communem reg. supra ad not.

g Censeatur? Est in promptu dubitandi ratio: quia in pænis mitior interpretatio est facienda, cap. in pænis, & c. odia, de reg. iur. in 6. l. si de interpretatione. ff. de pœn. Solui. cõtrarium procedit in pænis corporalibus & pecuniariis: excõmunicatio autẽ non est propriè pæna, sed animę medicina, vt supra eod. §. prox. vel dic, quod cõtrarium nõ procedit vbi controuenitur periculũ animæ, c. iuuenis de spons. & not. in ca. 1. de scrut. in ord. fac. Vnde regulare est, quod in foro pœnitentiali in dubio sumatur interpretatio grauioris pænæ Abb. in ca. 1. de iudi. ver. & ad hoc allego. Vel dic, quod hãc interpretationẽ induxit cõsuetudo quæ ualet admodum interpretãdo, c. litteris de spons. l. Labeo, ff. de sup. leg. l. si de interpetratione, ff. de legibus. sed non est in vsu, ut iudices ferãt minorem Abb. in c. si diligenti, versi. ex qua glo no. de foro compet.

tio esse debeat non aliter, quam competentib.[a] præmissis monitionibus [b] ad huiusmodi sententiam descender, quam etiam de scripti[c] recitatione proferet, ita vt causam,[d] ob quam profertur expresse contineat. Aliaque obseruabit, quæ tam generali[e] quam Lugdunensi[f] concilio editis constitutionibus sunt comprehensa, earũdem pænis, si contrafecerit, subiiciendus.

Iudex aliquem excommunicans, in dubio censetur inferre maiorem excommunicationem. h. d.

sed quæri poterit, si iudex illa verborum formula vsus fuerit, illum excommunico, vel simili, qua de maiori, vel minori excommunicatione quidquam non expresserit ultra magis, quis excommunicatus censeatur?[g] Et responsum est non tantum minore, sed etiam maiore censeri per iudicem illatam, quam non modo a sacramentis, & fidelium participatione exclusio, sed alii prçterea multi consequuntur effectus.[h]

Communicatus excommunicantis, incidit in excommunicationem, & iudices curare debent, quod ex communicatis ab actibus legitimis, & commercio aliorum abstineant. h. d.

Quorum ille prætereundus non est, quod

b Monitionibus. Sed vtrum possit quis conuenire & obligare se, ut possit etiam sine monitione aliqua excõmunicari? Respon. non, vt not. per Host. & Abb. in cap. P. & G. de offi. dele. uer. quoad secundum, hæc autem verba, Præcipio sub pæna excommunicationis, non inducũt excommunicationem, sed monitionem, ut per Bar. in c. clericis, de ord. ab episcopo, qui renunc. episcopatui.

c Descripti. Not. casum, in quo actus requirit scripturam de necessitate, de aliis habes in c. 1. de censi. in 6.

d Causam Verbi gratia, quia perẽptoriè citatus coram nobis renuit comparere, vel quia iussus intra talem diem Titio soluere facere recusauit, ut not. in c. 1. eod. in 6. & licet causa sit falsa, ligat nihilominus, vt not. in dicto capitulo primo, & per Abb. in cap. per tuas, eodem.

e Generali. Cap. sacro.

f Lugdunensis. Cap. 1. eod. in 6.

Sed quæri poterit. CASVS propriè non figuratur, dubitauerunt tamen quidam scholares de sententia excommunicationis lata a quodam imperito iudice sub huiusmodi verborum forma. Ego te excommunico ob excessus a te commissos, an videlicet iste dicatur in dubio excommunicatus maiori vel minori excommunicatione: in pœnalibus enim interpretatio est facienda in fauorem rei, capit. in pœnis, de regu. iur. in 6. l. penult. ff. de pœnis, in contrarium facit natura excommunicationis, quæ est, vt sit medicinalis, cap. 10. eodem in 6. Solu. vt hic legimus. & ratio est, natura, vt dixi, excommunicationis. Non obstant iura in contrarium adducta, quia ob naturam istam debent limitari, & locum habent solum in illis pænis, quo non sunt medicinales,

h Effectus. De quibus per Hostien. in summa. §. quis sit effectus, & per Ioan. de ligna. in tract. de censura ecclesiastica. §. 13. & seq. inter alios est is, quod excommunicatus non potest alium excommunicare, Butr. in ca. cum clericis, de ord. ab episcopo, qui renun. episcopa.

Quorum Ille. Hæc pars subdiuiditur in duas partes, in quarum prima habetur, quid iuris de communicantibus cum excommunicatis, in secunda vero ad not. qualiter quidam possint impune communicare cum excommunicatis: secunda ibi, interdum: quoad primum licet posset subdiuidi in alias particulas, quoniam tamen commode potest in ea casus in communi figurari; propterea est adnotandum, quod quidam fidelis fuit excommunicatus maiori excommunicatione, & propterea ex parte sua clari est iuris, quod non potest cum aliis communicare: cæterum alij fideles communicabant cum eo in locutione, in iudicio, sub prætextu quod ipse de

dit

quamdiu de excommunicatorum absolutione legitime[a] non constat,[b] qui cum ipsis communicauerint, ipsi quoque nullo obstante priuilegio[c] ipso iure[d] excommunicationem incurrunt,[e] decretumque[f] est propterea, ut ab ecclesiasticis, iudicibus seculares[g] iudices canonica promissa monitione[h] ecclesiastica cẽsura compellantur, ut excommunicatos ab agendo[i], patrocinando,[k] & testificando[l] in suis curiis & iudiciis repellant.

Defectu, qui obuenit mihi ex te, nõ potes uti contra me ad tuum commodum. h.d.

Dubitatum[m] tamen fuit, num is, qui excõicato in locutione, uel oratione[n] scienter communicat, excommunicatum ipsum a iudicio contra se instituendo summouere possit.[o] cũ

dit cautionem iuratoriam de parendo mãdatis, & ideo ẽt in sepultura, item sub pretextu quod ab ecclesia non fuit denunciatus, licet alias tamquam talis esset diffamatus, non cõicabant tamẽ in crimine, nec in contemptum ecclesiæ, & putabant ipsum corrigi, & per debitam monitionẽ emendari, unde dubitatũ fuit an isti modis prædictis cõicantes, incurrant propter id aliquã pœnam, in fauorẽ enim istorum primo facit quod excommunicatio nõ ipsos, sed illum uidetur afficere, & ideo dispositum in odiosis confirmatur per leg. sancimus, Cod. de pœnis. secundo cum in eis non adpareat culpa aliqua delicti, ut constat ex qualitate facti neque debẽt aliqua pœna puniri, supra enim sæpe est dictum pœnam præsupponere culpam. Cæterum. Solu. prout in tot. hac part. legimus, q̃a si aliter esset, excõicatio redderetur nullius valoris. Ad hoc enim vt excõicationis medicina sanare valeat, fuit necessariũ indirecte, & per accidẽs reliquos fideles ita ligare, ne cõicent cum excommunicatis, hinc intelligimus primam obiectionem non concludere, vel ob naturam excommunicationis, vel ob rationem assignatam, neque etiam obstat secunda, quia cum canones prohibeant ne fideles communicent cum excommunicatis, si postea ipsi communicant, committunt excessum, & sic constituuntur in culpa, & consequẽter efficiuntur digni pœna. No. primo, ꝙ pœna alicui imposita per accidens, aliquando extenditur ad extraneos, facit c. postulasti. de Iudæis No. secũdo proprium effectum excommunicationis verificati etiam post mortem excommunicati. Not. tertio, quod communicare cum excommunicatis cõtingit tripliciter, videlicet, aliquãdo simpliciter. & aliquãdo in delicto, & aliquãdo in contemptũ ecclesiæ. Not. quarto, quod excõmunicatus potest iterum excommunicari.

a Legitime. Per literas Papæ, vel eius uicẽ gerentis, vel alio modo, c. sicut, eo. Sed an sufficiat unus testis? Et videt sufficere, argu. c. nobilissimus, dist. 97. quod satis admitti posset, si nemini fieret præiudicium, quod non uidetur hoc casu, secundũ ea. quæ no. in d. c. sicut, unde sumitur secus tamẽ esset in foro pœnitentiali, quia ipsi etiam absoluto crederetur, de cons. dist. 4. c. cum itaque, & c. si nulla, & per Abb. in d. c. sint.

b Non const. i. Semel enim excommunicatus ad huc præsumitur excommunicatus, ca. proposuit. de cler. exc. mini. ca. semel malus. de re iu. in 6. & q̃d ibi no. & per Ab. in c. proposuit. de cle. exc. mi.

c Priuilegio. Immo contra de c. cum volũtate, & c. q̃d in dubijs, & c. inter, eo. & de sf. vxores, & §.

mercatores, inf. e. Sol. intellige hoc de priuilegio non clauso, in corpore iuris, ut p Abb. in c. sicut. eo. unde sumitur qui intelligere vr̃ illum tex. generaliter de quolibet excõicato, licet gl. ibi uideatur intelligere prout iacet litera. s. quod nõ ualet tale priuilegium respectu cõionis habendæ cum excommunicatio ex dispositione, c. si q̃s suadente diabolo, 17. q. 4. Sed an idẽ dicendum sit de excommunicato, quod teneatur alium excõicatum uitare? Et non uidetur, quia pœna non uidetur posse locum habere, per ea, quæ fac. Bar. in l mancipia, C. de fur. Cõiter contra. Nam quod non p̃stat priuilegium, non præstabit excõicatio, Ab. in c. nulli, eo. unde sumitur, & habetur in c. illud, de cler. excom. min. nec est uerũ, quod pœna non possit habere locum in iam excõmunicato, §. quod si pluribus, & ibi no. infra eod. nec vera est doctrina Butrigarii, vt per Feli. in c. nonulli, nu. 104. de rescript.

d Ipso iure. Ca. cum excõicato. 11. q. 3. vbi not.

e Incurrunt. Not. haberet locum hoc in Papa, ut per Doct. in c. sicut, eo. fac. ele. si. summus. eo. Item si communicaret quis excommunicato, qui esset toleratus, quia nõ est vitãdus, nisi in occulto. Ab. in c. tanta, de simo. §. sed & si qui. inf. eo. Item in eo, qui denunciatus quidem esset excõmunicatus a prælato: constaret tamen hoc non esse uerum, puta quia excommunicatio esset inualida, puta, tamquam lata post appellationem, vt per Abb in c. dilectis, de appellat. & alijs pluribus casibus, de quibus in §§ seqq.

f Decretumque. Ca. decernimus, & c. constitutionem & c. statuimus, eo. in 6.

g Seculares. Quorum potestas est minor ecclesiastica, c. solitæ. de maio. & obe. & no. in c. decernimus, eo. in 6.

h Monitione. Erit autem hoc casu canonica monitio, si alijs ritẽ seruatis eos, qui monentur exprimat nominatim, vel indubitabilibus indiciis, ac modis, c. constitutionem eo. in 6. & q̃d ibi no.

i Agendo. Et reconuenĩẽdo, non aũt a defendendo, c. cũ inter priorẽ, de excep. intelleximus, de iud. & no. in c. decernimus, eod. in 6. uñ sumitur.

k Patrocinãdo. Hoc verbũ, tã aduocati, quã procuratoris includit ministeriũ, vt no. in c. decernimus. eod. in 6. & intellige nõ solum pro aliis, sed nec pro seipso, ut ibi not.

l Testificando. Ca. veniens, 2. in fi. de testib.

m Dubitatũ. s. in c. a nobis, de exce. vñ sumitur.

n Vel oratione. Id est, secum orando, 11. q. 3. c. cũ excommunicato, & cap. nuper, & cap. a nobis. de except.

o Possit. Videtur enim non posse, cũ enim prius com-

communicauerit ei, non uidebatur postea ei obiicere posse excommunicationem cum illius mores approbauerit, c.nulli.de accus.c.quemadmodum,de iureiur.l.si uxor,in fi.ff de adult. l.Pomponius.1.ff.de neg gest.8.q.2.c.dilectissimi 32.q.5.capi.horrendus.

per Abb.in ca.desideres.

d Ex consuetudine. Et ad cautelam potius, quam ex rigore canonum. c.cum desideres, eo. & habetur in ca. ex tenore, eo. Vnde inferri potest, quod iuramentum non est de forma absolutionis, de quo in dicto c.cũ desideres, & per glo.& Doct.

ille communionem huiusmodi contra eum replicet, & cum his, qui impetitur a sacramẽtorum[a] perceptione sit remotus: alius uero ẽt a fidelium communione[b] replicatione mini me suffragante iudicium procedere non poterit.

Excommunicato communicari non potest ante absolutionem, etiam si dederit cautionem iuratoriã de parendo mandatis ecclesiæ, & episcopus ei communionem reddiderit h.d.

Nec ideo magis agere uolenti cõicari[c] poterit qđ ipse ex consuetudine[d] de parendo mãdatis ecclesiæ iuratoriam dederit cautionem, eique communionem episcopus reddiderit, aut quod eos cum quibus participant postmodum impugnauit; nam nisi post iuramentum pręstitum secundum formam ecclesiæ absolutus fuerit, nec cautio, nec perperam[e] restituta communio quidquam proderit.

Cui nõ communicamus uiuo, nec mortuo communicamus. h.d.

Quod ipsum obtinet etiam, si post prædicta morte quis pręuentus absolutionis beneficium obtinere non potuerit,[f] nec enim is, cui uiuo non communicamus, defuncto communicabimus.[g]

Excommunicatus, si ante mortẽ ostenderit signa pænitentię, etiam mortuus potest absolui. h.d.

Plane si de mortui pænitentia per euidentia signa[h] dum uiueret constiterit, defuncto quoque absolutionis beneficium a proprio iudice impendendum[i] erit, hæredes-

Item non debet quis obiicere, qđ ipsa noluit seruare, ca.pro illorum de præbe.cap.cum ecclesiasticæ,de except.c.an sit.de appella.Contrarium deciditur in cap.a nobis, ratione de qua ibi, & in hac littera, & contraria non procedũt ubi approbatio si dependet a uoluntate approbantiũ, vt est hoc casu, ut per Abba. in dicto c.a nobis.

a Sacramẽtorum. Ca.significauit,de sen.exc.cõtra. Sol. illud vr esse speciale in excommunicatis.

a Papa. Vel potest habere locũ quando communicat ei, pro quo est excommunicatus, c.nuper, & c.si concubinæ. eod. Vel fuit excommunicatus cum omnibus fauoribus suis 11.q.3.c.excellentissimus.

b Communione. Idẽ si & excipiens excommunicatus, sit maiori, secundum Doct. in ca.a nobis & in c.cum inter,de excep.omnis.n.defensio excommunicatis cõpetit siue realis, ut peremptoria, siue personalis, ut contra iudicem competentem, siue sit declinatoria, siue competat ratione temporis feriati, uel loci incompetentis, uel rescripti surreptitij, uel inepti libelli, ut late in d.c.a nobis.

c Communicari. A quocunque etiam episcopo, ut in cap.cum desideres, & ibi Abb. eo. unde sumitur, quia cum debeat alios prohibere, non debet ipse hoc facere, l.altius, ff.si ser.uind.ca.unico. de na ex lib.uent.ubi de hoc. §. hæc autem omnia, in fin.authen.ut differentes iudices, cap.in canonibus.16.quæst.1, Aliud in Papa, ratione, de qua per Abb.in ca.desideres.

e Perperam. Hoc ideo, quia non potest episcopus ex propria uoluntate neglecta absoluendi forma aliquem absoluere, & ideo licet per cõionem suam illi reddituro haberi pro absoluto, hoc tamen non potest licet secus sit in Papa, ut per Abb.in c.cum desideres eo.

f Non potuerit. c.a nobis.2.eo.

g Communicabimus, Ca.sacris, eo. & §.non tamen su pr.de sep.

h Signa. Sic c.a nobis. & c.sacris vnde sumitur.

i Impendendum. Sed cur absolui potest quis post mortem, c.a nobis, 2.c.sacris, eo. baptizari non potest, arg. 32.q.7, c.licite? Respo. excommunicatio percutit non solum animam, uerum & corpus respectu sepulturæ, secus baptismus, quia animam tãtũ respicit, ut notat in d.c.a nobis licet aliter ibi dicat Hostien. quem refert, & impugnat Abb. dic ut ibi per eum. Et infertur ex ratione supradicta quod ex quo nobilitas est corporis principaliter, quod poterit quis post mortem nobilitari, seu gradum militię recipere, quod tenuit Bart. in l.1.C.de dign.lib.12. Sed an poterit post mortem etiam Doctorari? Abb. in d.c.a nobis refert se ex facto interrogatum respondisse, qđ nõ, quod doctoratus potius uirtuti animæ tribuatur, quam corporis, l.magistros, C.de profes.li.12. ergo si quid esset quod ad corpus pertineret, posset etiam doctorari mortuus, puta si doctores haberent honestiorem sepulturam, si descendentes ex doctorib. certis priuilegiis gauderẽt, & scholaris

de ce-

decederet post recitationē punctorum benefactā, Puta, casu & morte repentina.

a Hæredesque. Etiam si nihil ad eos peruenerit capit. in litteris, de rapt. cap. si de sepul. ubi de hoc diffuse per Abb. & alios, & nota. in c. a nobis. 2. in fi. eo.

ab homine, per illum tex.

i Toleratus. Ex quo enim non possumus eum conuincere de excommunicatione, non debemus eum uitare in publico, cum dedecore, & infamia sua, argum. 6. q. 2. c. si tantum, & c. placuit, fa. . le. diffamari. C. de in inge. manu. & ita Abb. in c. cum nō non ab homine, eo.

que [a] eius, ut pro ipso satisfaciant, si sponte nolint, ecclesiastica censura compelli poterunt.

Diffamato de excommunicatione non possumus communicare, nisi se purget, uel ad cautelam se faciat absolui, & toleratus ab ecclesia non debet uitari, nisi in occulto h d.

Sed et si, qui pro sacrilega [b] manuum iniectione in edictum [c] excommunicationis inci dit, denunciatus [d] quidem non sit, sed cōicato communicatum de patrato scelere publica la boret infamia. [e] Nemo sibi pari ratione cōica re debet, nisi uel ad arbitrium episcopi de hoc se purgauerit, [f] uel ad cautelam [g] absolutionis beneficium consequatur, nisi forte soli [h] tibi de facinore constet, hoc. n. casu quamdiu tole ratus [i] ab ecclesia priuatim tantummodo a te uiuandus erit, ut saltē uerecundiæ [k] rubore suf fusus, ꝓ latēti excessu satisfacere cōpellatur.

Participatio criminosa cum excommunicationis implicat participantem eadem excommunicatione. hoc dicit.

Sed multum [l] interest, qualiter excommu nicato cōmunicetur, nam si quidem crimini, & criminoso cōmunicarit quis, consiliū puta auxiliū [m], uel fauorē impendendo, uel forte [n] cum clericis ab Apostolico excommunicatis scienter, & sponte [o] participauerit, & ipsos in officiis receperit, eadem excommunicationis sententia inuoluetur, qua illi ipsi sunt obstricti, quib. cum ita ab eo communicatum fuit.

b Sacrilega. No. sacrilegium committi per iniectionem manuum in clericum, cap. cum non ab homine, eo. unde sumitur, & quod ibi not. Ab.

c Edictum. Cap. si quis suadente, 17. q. 4.

d Denunciatus. Capi. cum non ab homine, eadem. 7. q. 1. c. si tantum, & c. placuit nec. n. q̃ scit, amplius certiorari debet. le. 1. ff. de act. emp. le. 1. ff. de dot. præla. & dist 93. c. si inimicus, & excommunicatio trahit secū executionem, c. pastoralis, de appell. & denūciatio non fit, nisi propter ignorātes, & ad inducendam certitudinem, ut not. in d. ca. cum non ab homine.

e Infamia. Nota casum, in quo fama probationem facit, fac. ca. illud de cleri. exc. mini. Itē matrimoniū, quoq; impedit, fama, ca. super eo, de consang. & affi. & not. in c. cum desideres. unde sumitur.

f Purgauerit. Sed tamen & ante purgationem debet uitari, quicquid dixerit Inn. & ita tenet Abb. in c. cū desideres, eo.

g Cautelam. Ca. ad præsentiam, de appellatio. c. uenerabili, & c. cum desideres, eo. de consec dist. 4. c. nullam, arg. quod per hunc modum fama tollatur.

h Soli tibi. sic in c. cum non ab homine, de sen. excom. contra Inn. in c. inquisitioni, de accu. qui uidetur tenere, ꝙ id quod hic dicitur, habeat locum cum notorium est de excommunicatione, nec sufficere, ꝙ multis pateat, argum. 2. q. 1. c. multi, quod improbat Ab. in dicto cap. cum non

K Verecūdiæ. Quæ apud bonos multum operatur, leg. Quintus. ff. mand. l. iusta, ff. de man. vind.

l Sed multū, & ca. Sumitur ex ca. nuper. §. in secunda, eo.

m Auxilium. Idē si cōsilium. Nam & ipsum ad eandem pænam obligat, ad quam factum ipsum consultum, ca. nuper, § in secunda, eo. secundum ea tū quæ Canonistæ i c. nullus ex consilio, de reiud. in 6. & per Legistas in l. non solum, §. si mandato, ff de iniur. & alibi sæpe.

n Vel forte. Sumitur ex cap. significauit, eodem, cuius multiplex est intellectus, secundum communem tamen quinque requiruntur ad hoc, ut habeat locum quod ibi, & hic dicitur, & quod participantes sint clerici, ut hic, ibi cum clericis, quod sciēter participauerit ut ibi, scienter, q̃ sponte, quod is, cū quo participatur sit excommunicatus a Papa, ibi ab Apostolico: demum quod in diuinis officijs, licet alij aliter, ut late per Abb. in dicto cap. significauit.

o Sponte. Imo idem, si per metum c. sacris, de his quæ ui, metusue causa fiunt, & secūda quæstione prima. . in primis. licet talis mitius puniatur, secundū Abbatem in c. 2. de del. puer. Sol. incurret excommunicationem, sed nō eandem, qua implicitus est excōmunicatus a Papa, si illi communicet, sed minorem duntaxat, & ita is quoque mitius punietur.

Cum

Absolutio pertinet ad eum, qui damnauit. h. d.

Cumque[a] ratione damnati criminis in eũ, qui damnauit, delinquere uideatur, merito ab eo, uel (si detur[b]) eius superior, iuramento præstito, delicti tunc erit absolutio[c] requirenda. Et idem statuetur, si qui cum participibus[d] excommunicati fuerint.

Participatio cum excommunicato non criminosa alligat participantem minori excommunicatione, a qua per ordinarium absolui potest. h. d.

Quod si aliter, puta, in choro, in mensa, in osculo, aut sermone[e] excommunicatus fuerit, tunc minor tantum incurritur, & nulla interueniẽte iuratoria cautione a proprio sacerdote, uel episcopo absolutionis beneficium obtineri poterit, quamuis. n. & tunc non iudicis, sed iuris sententia excõicato communicãs sit illigatus: quia tamen cõditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit,[f] eo ipso relaxandi facultatem aliis concessisse videtur.

Communicans excommunicato in contemptum, incidit in maiorem excommunicationem. h. d.

Hoc tamen[g] tunc obtinet, cum non in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ cum excommunicatis quis commercium habuerit: nam qui contra prohibitionem[h] sui prælulis[i] excommunicatorum communioni sese ingesserit, anathemate feriendus erit.

Si excommunicatus minori, indurescat in ea, poterit excommunicari maiori. h. d.

Quod si ex locutione,[k] & aliis similibus minori excõmunicatione irretitus fortius indurescat,[l] poterit iudex post canonicam[m] monitionem etiam maiori[n] excõmunicatione, et consimili participantẽ illigare. Quod & in su

a Cumque. Cap. nuper §. in secunda. eo.

b Si detur. Hoc propter Apostolicum cuius superior non dicitur.

c Absolutio. Sed cur quemadmodum ad alienum parochianum extenditur excommunicatio, non item & absolutio? Resp. ut not. in c. nuper, de sen. exco.

d Cum participibus. Capi. quod in dubiis, eod. unde sumitur, et ibi Abbas. Hodie tamen hanc excommunicationem, scilicet, Excommunico te cũ tuis participibus, nullus ferre posset citra Papam, nisi seruatis quibusdam solennitatibus, & monitionibus, ut in c. statuimus, & c. cõstitutionem, eo. in 6. & p Abb. in d. c. quod in dubiis.

e Aut sermone. In istis enim communicans non dicitur excommunicato, in crimine communicare, sed extra, unde propter hoc non est ligatus eadem sententia cum illo, vnde si contra ipsum in accusationem prosiliret, excipere poterit contra illum, nec replicatio communionis habebit locum. capi. a nobis de excep. & not. in c. nuper, eod. unde sumitur. Sed nunquid dando eleemosynam excommunicato, incidat quis in excommunicationem, quẽadmodum communicando ideo in choro, & officiis diuinis? Resp. non si excõicatus ualde indigat. c. quoniam. 11. q. 3. & per Ab. in c. veritatis; ver. no. enim potuit se per iuramentum. & c. de dolo & contu.

f Retinuit. Similiter prætor magistratib. quædã committit. s. cautionẽ, & in possessionẽ mittere ex primo decreto ex cã damni infecti, sed missionẽ ex secundo decreto sibi reseruauit. l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iud. Et est argu. episcopos posse dispensare, ubi specialiter dispensatio non est inhibita, arg. c. cum apud, & 16. q. 1. c. sunt nõnulli. & concessum videtur quod non est prohibitũ l. nec non. ff. ex quibus cau. maio. & de hoc no. i c. dilec. de tẽpo. ord. & plene per Abb. in c. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic.

g Hoc tã. Sic ca. fi. §. fi. de cler. excommu.

h Prohibitionem. Not. quod cõtemptus auget delictũ, vnde veniens contra legẽ consilii, licet alias non peccet, nisi forte venialiter, ueniẽs tamen ex contemptu peccat mortaliter, ut not. in ca. quis aũt. disti. 10. & ibi Domi. & per Ab. in c. 1. de consti. & in c. 1. de vi. & hone. cle. & per Io. And. in c. dile. super verbo, contẽptis. de sen. exco. in 6. Qñ autẽ quis dicatur ex cõtemptu facere, habetur per Domin. in c. nullus. disti. 50.

i Prælul s. Simile in cap. 1. de matri mon. contract. cõtra interdictum, & c.

K Locutione. Sumitur ex c. statuimus, eo. in 6.

l Indurescat Quia vident, & sustinet se habere conuersationem hominũ quam non deberet hr̃e, & inter homines grauis est pœna. l. hi qui sanctam, C. de apost.

m Canonicam monitionem. Quæ autem sit canonica monitio dicit statim in §. seq. & in c. constitutionem, eo. in 6. & si ferret talis excõicatio omissa tali monitione, esset nulla. c. statuimus. eo. in 6. licet alias citationis omissio nõ vitiet excõicationis sñiam, c. sacro, eo. & no. 3. q. 1. initum. & p Ab. in c. 2. de exce. pl. licet aliæ sñiæ sint ipso iure nullæ. 3. q. 9. & c. caueat. & c. 1. cle. cau. pos. & propr.

n Maiori. vt crescente contumacia, crescat etiam pœna

pœna ea. quoniam in fi.di.31.& c. quoniam §.fi. vt lit.non contest.
a Suspensionis.Cap.statutum,eo.in 6. vnde sumitur, q̃ fuit cõstitutum: quia ordinari nimis prompti erant ad inferendas hmõi excõicationes & suspensiones, ut dr̃ in d,c. statutum, & quod hic dr̃ de suspensione decla ra secundũ Inno. in c.uide excess.p̃lat. quem ibi sequitur Ab.qñ suspensio imponit ob cõtumaciam, secus si ob aliud crimen.
b Monitio.Intellige qñ agitur de excõicandis participib.ca. constitutionem.eod.in 6. unde sumitur, alias autem bene posset fieri generalis monitio. ut no.in d.ca. constitutionem.
c Alijs. De quib. in c. sacro.eo.
d Nominatim. Vel aliis indubitabilib.circunstãtiis, quę habent vicem proprii nominis,l.certum. ff.si cert. pet.c.licet.2.de testib.c. constitutionem, eo.in 6.ubi no. Interdũ.CASVS. Quidam cõicabãt cum excõicatis diuersis de causis, aliqñ.n.quia ignorabant illos esse excõicatos, aliqñ quoniam ad cõionem erant obligati, ut est vxor, filius, & seruus, aliqñ ratione necessitatis ut contingit in mercatorib.euntibus ad nundinas, in prædicatoribus,& mendicantibus, aliqñ ratione simplicitatis,ut sunt rudes,aliquando ratione coactionis & aliquando ratione cõuersionis,cum igitur isti istis de causis cõicent.dubitatum fuit an excusentur,contra eos.n.faciebat arg vulgaris, quod non est faciendum malum propter aliquod bonum. §.nec quicq̃ de vsuris supra talis cõicatio est mala,& p̃cipue, quia excõicatio est de iure diuino c.nouo,de iud.Ergo. Cæterũ Sol. vt in hac parte cauetur.quia si causæ istæ excusant peccato cum nõ p̃mittant voluntatem propriè concurrere ad malum,sed solũ ad id.faciendum qđ pñt, vel qđ dẽt,dẽt quoq.excusare a pęna:qua rõne considerata non tenet obiecto, est ista cõicatio nõ sit mala: Not.1.arg.quod cũ causa licet cõicare aliqñ cũ infidelibus:Not.2. quod q̃ causæ sunt facti debẽt p̃bari,& manifestari;al icụ̃ p̃sumũt ignorari.Not.3.quod inter causas excusandi aliquem a culpa connumeratur rusticitas,& simplicitas.
e Interdum.Dictum hucusque est qñ participans vel cõicans excommunicato incurrit minorem excommunicationem, Item quando maiorem, nunc incipit dicere quando neutram incurrit.

suspensionis a & interdicti sentẽtiis obseruandum erit.

Quæ sit monitio canonica.h.d.

Tunc autem canonica censebitur esse monitio, b si competentibus interualis atque aliis c rite obseruatis, eos qui monentur exprimat nominatim d.

Ignorantia excusat participantem cum excommunicato.h.d.

Interdum e tamẽ excommunicato communicans neutrius excommunicationis vinculo obstringitur, vt accidit in eo, qui cum illo conuersatus fuerit, quem excommunicatum probabiliter f ignorabat.

Episcopi debent propalare nomina excommunicatorum.h.d.

Vnde vt excusationis g causa omnibus auferatur, prouidere excommunicatorũ debent episcopi, h vt omnium nomina, tam suis parochianis, quam vicinis episcopis pariter indicẽt eaque in celebri loco posita i pro foribus ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcent, ut huiusmodi adhibita diligentia excommunicatis ecclesiasticus aditus adimatur.

Omnes, qui ante prolationem sententiæ tenebantur excommunicato communicare, tenentur etiam post.h.d.

f Probabiliter. Cap. si uero.eo.c. Apostolicę.decleric.exc.mini §.ex contrario.sup.eo. ubi de percutiente, quem ignorabat clericum, hic de conuersante cũ eo, quem ignorabat excõicatum, vnde neuter est suspensus crassa autem & supina ignorantia non excusat, not. in d. c.Apostolicę,fac. cap.si uir, de cog spi.c.1. & 2.de episcopo, qui renun.episcopatui, ubi de hoc, & 1. q.1.c. si quis a simoniacis.
g Excusationis. Sic 11.q.3.ca.curæ.unde sumitur. & præstat quod hic dr̃.argu.quod contra ea, quæ publicè facta sunt, nemo sit postmodum audiendus, ut 8.q.1.c. licet & c.nulli.dist.54.& c.quod dicitis di. 16.argum.contra in c. proposuisti, 82.di.
h Episcopi.Credi tur ergo litteris episcopi, fac.c.post cessionem,de proba.& ca.cum dilect.de fide instru.nisi tamen probabilitur constet veritatem esse in contrarũ: quia quis fuit excommunicatus post appellationem legitimam.vt per Abb.in c.dilectis de app. versic.vsum.nota.
i Posita. Sed cum uiua vox potior sit, quam mortua, quare non creditur verbo episcopi in talib. 6.q.1.c.si tñ,& c.placuit.c.cum tu fili.de testib. maxime cum compertũ sit elogia ex mala fide scrib.l.diuus ff.de cust.& exhib. reorum nec scripturæ tabellionis creditur, nisi habeat testiũ subscriptionem,§.sancimus.in auth.de hære. & fa.c. nec instrumento procuratoris c.1.de procu. nec instrumento iudicis.cum a nobis, de testib. Sol scdm Hugo.q᷑ hoc operat̃ autoritas sigilli episcopalis.quod obtinet vim publici instrumẽti, c. scripta.de fi.instr.c.peruenit,de fideiuss. Alij, qđ non creditur huic scripturę, nisi sit redacta in publicã formã.§.si vero,auth. vt nulli iudicũ,& ca. et l.in donationib.C.de donat. Alij alite; vt no. in c.curæ,11.q.2,vnde sumitur.

a Vxores Sumitur ex c.quoniam,11.q.3.& c.inter alia.eod.& est hoc arg. q statutum imponens pœnam conuersanti cum bannito non includat vxorem.Sed numquid maritus excōmunicatus poterit ab vxore debitum petere? Hug.q nō,sed bene tenetur reddere, & tenet gl. in d.c. quoniam. Sed an excōmunicatus possit in iudicio vxore petere? Resp.quamquam non possit per ca. intelleximus,de iudic.iudex tamen ex officio propter periculum fornicationis restituet, sentit hoc gl. in d. c. quoniam. Ioan. Cald. in c.fin. de ordi.cogn.& Ab. in c.inter alia.

b Filij, serui,&c. Quid contra,si filius,vel seruus sit excōmunicatus, excusabitur ne pater & dominus ei cōmunicans? Et videtur excusandus, quia eadem fide est superior inferiori astrictus,qua econtrario, ca.de forma, 22.q.vlt. tu dic contra,27.q.1.c.de filia.secundum unam lecturam.Idem dic de filio emancipato: quia cum non subsit amplius patri, tenetur eum excommunicatum vitare,vt not.1.q.3.c. quoniam.

Vxores a quoque excommunicatorum filii, serui[b] ancillę,rustici,seruientes,[c] & omnes,qui ante sententiæ prolationē excommunicati obsequio tenebantur familiariter adhærere, non solum a communione excusantur, uerum etiā (preterquam in criminibus)[d] communicare tenentur,[e] cum sine illa[f] debita prestare nequeāt obsequia.

Necessitas uel simplicitas excusat a communione, cum hæreticis.h.d.

Mercatores[g] aūt & viatores,[h] nisi aut creditores[i] sint excōicatorum aut necessitatis immineat articulus,abstinere debēt, sed si in terram excommunicatorum,deuerint,vbi uel non possint ab aliis emere,vel unde emant non habeāt ab eisdem accipere poterunt,nec illos excommunicationis metus impediet.

Prædicatores excusantur a communione cum hæreticis.h.d.

Prædicatores quoque præsertim[K] qui alias sustentari non possunt,ab excōicatis,& aliorū bonorum detentoribus[l] eleemosynam[m] lici-

c Seruientes. Id est.qui mercedem pacti seruiūt, qui non sunt serui,de quibus proxime supra dixerat.

d In criminibus.In talibus enim nulli consentiendum,nec obediendum,11.q.3.c.qui resistit. & ca. Iulianus.& 32.q.5.ita, ne aliàs si communicarent illis in criminibus eadem sententia tenerentur,c.nuper,& c.si concubinæ eo. & not. in c.quoniam.11.q.3 & in c.inter alia.

e Tenentur.Cap inter alia,eod.

f Sine illa.communione, & cum quid conceditur,& c.l.2 ff. de iurisd.om iud.

g Mercatores.Idem intelligi poterit de artifice. Est enim differentia inter mercatorem, siue negotiatorem & artificem,si quidem strictè mercator, siue negotiator est cum quis rem a se emptam,alteri non mutata forma vendit,& hęc dicitur clericis prohibita, dist.88.per tot.& c.clericus,disti.91.& c.1.& 2.ne cle.vel mona.Artificiū est,cum quis emit materiam,quam vendit mutata forma,vt si emat uimina, vt faciat canistra. vel cartas,vt faciat libros,vel filum, vt faciat retia:hoc autem licet clericis, c.numquam de consec.distinct.5.& tradit Abb.post Ant.in c.si.in fi. de vita & honest.cleric,Item mercatoris est, qui non unum tantum, sed plures negotationes exercet,l.1.§.1.ff.1. de tribu. vbi Bar.fac.l.semper, §.negotiator es,ff de iu.immu.vbi immunitas cōcessa mercatoribus, intelligitur de his qui maiorem partem facultatum habent in mercimonijs. quod est contra ea q no.Bar. in l. legatis seruis. ff. de lega. 3. Et facit ad statutū iubēs præstari fidē libris mercatorū vsque ad certam quātitatem,& de hoc per Ab.in ca. 3.versi.quid ante dicēdum est: & c. de iudi.

h Viatores.ca. si vere,§.est autem, eo vnde sumitur.

i Creditores. Aliàs si creditores non possent ab excommunicatis exigere. præmiū quis ex sua contumacia reportaret, quod esse nō debet, ca.si vere, eo.16.q.1.c. legi. ca.ex tenor.de rescrip.c.petisti, de priui.itaque fulso. ff. de fur. nec delinquentes debent esse meliores conditionis l. 3. §.1.ff.de dona tio.inter vir.& vxo. Sed quid de debitoribus excommunicatorum, an adueniente die excommunicato soluere teneantur? Respon.sunt opiniones, vt in ca.veritatis, de dol. & contu. & in c.iuratos.11.q.6.& in cap.inter alia, vbi Abb.in fin.tuta est opin.quæ habet. vt apud ædem sacram despositio rei debitæ fieri debeat.

K Pręsertim.Sic c.cum uoluntate,§.1.eod. vnde sumitur,fac. c.quoniam,11.q. 3.& secundum Innocen.expone.præsertim,idest tantum, secundū glos.idest maxime.quod tamen in idem recidit, secundum Abb.in d.c.1.

l Detentoribus, Idest vsurarijs, quorum eleemosyna recipi non debet, capitul.quia in omnibus, de vsur. & supra, de vsur.§.nec quid quam, tu intellige generaliter de omnibus, qui dolo malo detinent, licet non sint usurarij, vt fures sunt & latrones, & de hoc per Hostiens. in summa, eodem. §. & quæsit pœna participantium.

K Alicubi. Etiam in loco non interdicto.

l Exceptis. Cap. fin de sen. exc. in 6 quoad diuina & quo ad sacramẽta, c. quod inte, de pę. & remissa & c. quoniam, de sen. exc. in 6. & sequuntur statim in § seq.

m Non competat. Vniuersitas enim est res inanimata, in quam ista non cadunt, c. Roma. in fin. de

de sent.excom. in 6. & c.si sententia,eo.tit.& lib. hæc enim solum cadunt in animam rationalem, & personam ueram non repræsentatam. Et facit hæc littera pro opin.eorum, qui tenent cognationem spiritualem contrahi posse per uniuersitatē. licet ratio faciat in contrarium, de qua not. supra de tripl.cogn.in principio.cuius quæstionis occasio vr hodie sopita per Cōciliū Tridētinum ex cuius dispositione non potest cū pluribus quam cum uno contrahi hæc cognatio, ut in sessio.24.in 1.decr.in decretis reformationum. Vbi autē tractamus,de his, quæ uniuersitati competunt,ita q.d dicitur esse pænes uniuersitatem qd non est penes singulos,leg.sed si in hoc, §.qui manu mittit.ff.de in ius voc. & 12. q.2.ca. qui manumittit. sed an si sit hodie interdictus populus hinc ad cētum annos quo tempore nemo uicturus est,eorum,qui hodie uiuunt durabit interdictum & ligabit uiuentes? Respōdeo affirmatiue, si interdictū nunquam fuit relaxatum, quia idem populus,l.proponebatur ff. de iud.& d.16.ca.habeo.& 7.q.1.denique not.c.si sententia,& quod no.in c.fi.de sen.exc.in 6.in uerbo,insurgunt.

Regulariter tempore interdicti potest quis baptizari,chrismari,& uerbum diuinum audire,h.d.

Excepti uero casus[a] sunt,si qui ad baptismi, chrismatis,& pœnitentiæ [b] sacramentum,uel ad verbum diuinum audiendum admitti uelint,tam si infirmi sint, quam si sint in bona valetudine constituti. Quod tamen in his,qui interdicto causam dederunt, non obtinet indistincte,sed in eis Bonifacianæ cōstitutionis[c] forma obseruanda erit. Quæ & alia quædam [d] interdicti tempore fieri benigne indulget,ut ex ipsius constitutionis perpenso tenore facile apparere poterit.

Tempore interdicti potest confici sacrum chrisma sed unctio extrema,ecclesiastica sepultura, & diuinorum celebratio sunt prohibita,nisi concessa quibusdam sint ex priuilegio.h.d.

Velut igitur interdicti tēpore iure chrismatis utimur unctione,sic licet regio sit interdicto supposita,chrisma die cęnæ Domini confici dubium esse non [e] debet. Vnctio aūt extrema,& ecclesiastica sepultura, & diuinorū officiorum celebratio tēpore generalis interdicti oīb.denegatur [f] nisi quibusdam, quibus [g] id ex gratia,certa seruata forma, conceditur.

Ioā.Bap. Excepti vero. CASVS in tota hac parte ita potest adnot. Cum quidam populus esse interdictus volebat eo durante,atque nō obstante, quod possent administrari sacra baptismi,confirmationis,pęnitentiæ & extremæ vnctionis, ac ēt cupiebat diuinum verbum audire,idque totū petebat siue a snīa interdicti esset appellatum, siue non; & cum hoc fuisset denegatum,ne neruus ecclesiasticæ censuræ cōtemnat,& frustra reddat contra; §.& si quidem.sup.eo.fuit quæsitū quid iuris. Sol. vt in hac parte legimus quia ecclesia ita intendit obuiare malis,vt ipsa corrigātur.& necessaria ad salutē non impediantur,atq; tali adhibitio mode tamini neq;obiectio aliquid vr obstare. Not.primo casus in quibus interdictum differt ab excōicatione,& hunc tex.coniunge cum prin. eius. tit. No.secundo arg.in genere prohibitorum nisi aliquid spāliter concedatur sub prohibitione dicetetur reseruatum, Not.tertio argū quod contemptores pænarum sunt puniendi quemadmodum transgressores legum.

a Casus.Sumitur ex c.responso.de sen.exc.& c.fi. eo.tit.in 6.

b Pœnitentiæ.Sed nunquid & Eucharistia danda erit sanis interdictis post impartitā pænitentiam? Et vr,quod ipsa p pænitentiā intelligatur ca. qd in te, de pænit. & remiss. sed dic contra secundum Io.An.& Arch id.in ca.fi.de sent.exco.in 6.nisi quis sit in mortis constitutus articulo, ca.pænitentes. dist.50.& no.in d. c.fin.Sed nunquid proxime paritura gaudeat in hoc beneficio constituto rum in mortis articulo? Respon.ut no.per Ab.in cap. quod in te.de pęn.& remiss. & p Do cto. i c.qm frequēter.ut lit.non contesta.

c Constitutionis. c.fi.de sen.exco.in 6.qa tradet prius idoneam cautionem de satisfaciēdo.

d Alia quædam. Scilicet quod singulis diebus in ecclesiis celebretur ianuis clausis, & quod quibusdam magnis festiuitatibus etiam apertis aportis, & campanis sonātibus interdictis admissis, non tamen excommunicatis,vt in ca.fi.de sent. excom. in 6.

e Non debet.Sic.c.quoniam,de sentent. excommun.in 6.vnde sumitur, q. d. concesso baptismo & confirmatione satis est concessum cōfici chrisma. Et est ratio, quia verus chrisma non debet esse vsui,& deponendus est sacerdos, qui de veteri chrismate vngit baptizatū, nisi in mortis articulo.c.si quis de alio,de consecr.dist.4. unde singulis annis in die cœnæ Domini debet chrisma confici,& vetus cremari,c.litteris,de consecr.dist. 3.bene ergo dicitur,quod ueluti tempore interdicti.chrismatis vtimur vnctione sic, & ca.vt hic in prin.§.quia cum quid permittitur,&c. c.pręterea de off. dele.l.ad rem mobilem,& l.ad legatum ff. de procur.

f Denegatur. Ca.quod in te,de pæn.& remis.c.fi. de sent.exc. in 6.

g Quibus.Vt puta clericis decedētib.qui seruauerunt interdictā,c.quod in te,de pænit.& remiss.& fac,cle,1.2.& 3.de pæn.& remiss.& de materia latissime

tissime per Spe.in ti.de dispensatione §. iusta, nu. 24 cum seq. sed an episcopus possit dare facultatẽ celebrandi tempore interdicti? Resp. ut per Abb. in c.ad hæc,4 de appel.

a Excommunicationis. Vt clem. 1.2.& 3. de sent. excommun. Spec. in tit.de dispensatione.§. iusta. nu. 24.

b Non possunt. Nisi sit aliqua cã commissa appellatione remota, ut per Ab. in c.pastoralis, in pr.dũ ponit primũ effectum huius clausuræ appellatione remota.

c Interdictum. In tellige hoc de interdicto a diuinis officiis & sic a spiritualibus, secus esset in interdicto rerum temporalium, nam si interdiceret ingressum alicuius possessionis appellãdo ab eo suspendo effectum sententiæ, arg.l.nõtãtum.ff.eod. Idem esset in suspensione a beneficio, secũdum Abb. in c. ad hæc.4.in 1.not. de appel.post glo. in c. is cui,de sen. exc.in 6.Vnde qđ hic dr, vendicat sibi locũ in oĩb.sententiis & censuris quæ concernunt ipsam animã, quę sunt tres ut sup.ti. 2.in prin.& §.1.vnde infertur, qđ suspẽsus a Põtificalib. uel ab vsu pallii.appellando suspendit snĩam, ut per Ab.post Inn.& Host.in d.c.ad hæc.

d Nequeunt. Sed quæ est ratio quod snĩa excõicationis interdicti,& suspẽsionis, nõ suspẽdit p appellationẽ? Rñ. afferuntur duodecim rõnes per Abb. in c.pastoralis.§.1.de appel. dic vt ibi per Docto.

suspensio: in secunda quomodo ipsa distinguatur ab excommunicatione,& interdicto,in tertia ad nota,eius effectus,in quarta soluitur dubium, secunda ibi,est autem,tertia ibi, cauebunt,quarta ibi,ea propter.

Violantes interdictum incurrunt excommunicationem, non obstantibus priuilegijs. h.d.

Cæteri autem, siue clerici,siue laici,qui interdictum uiolando neruum ecclesiasticę disciplinę conantur infringere, quibuscumq. priuilegiis non obstantibus,sententiæ excommunicationis[a] subiicientur,a qua per sedẽ duntaxat Apostolicam absolui poterunt.

Appellationis prætextus uiolatoribus interdicti minime suffagatur. h.d.

Nec aliquid uiolatoribus proderit, quod appellasse,atque ideo se interdicti sentẽtia minime teneri contendant, sicut enim post appellationem excõicari non possunt,[b] sic interdictũ,[c] cui ante appellationem eos constat, esse suppositos,declinare nequeunt.[d]

DE SVSPENSIONE. TIT. XV.

Suspensio est duplex,ut excommunicatio & interdictum.h.d.

SVspensio quoque alia est Canonis, alia iudicis:[e] sicut excõmunicatio, & interdictum. Canonis est,veluti cum quis ob simoniam,[f] vel ob notoriam fornicationem,[g] vel aliud crimen,[h] ipso iure a sui executione ordinis, uel officii[i] arcetur.

Suspensio quoque. CASVS non figuratur. Nota tamen causam distinctionis esse illam, quam assignauimus supra de distinctione excõmunicationis, & interdicti, & est uidelicet aliquando canon.& aliquando iudex. No.secundo suspẽsionem dari quo ad se tantum, & aliquando quo ad alios, quoad facit ad intelligẽtiam multarum quæstionum.

e Iudicis. Est autem inter canonis & iudicis suspensionem multiplex differentia de quibus p Abb. post Innoc.in capit.sicut,uersic.& ponit tres notabiles effectum,& capit.de cohabitio. mul.& cle.similis quoque est excõmunicationi in alio, quia uelut datur excommunicatio maior & minor, sic & suspensio maior & minor, ut declaratur per Abbas in c.fi.de cler.excomini.ipsa quoque imponitur, aliquando pro contumacia aliqñ p delicto, alio primo casu indiget monitione præuia, secundo non vt per Ab.in ca.reprehensibilis,de app.num.4. & pro declaratione materiæ late idem Ab.in c.Apostolicæ,de excep.

f Ob simoniam.1.q.1.c.reperiunt.c.tanta,de sim. & declaratur per Archiepiscopũ Flor.in suo tract. de suspens.c.2.

g Fornicationem. Ca.si qui.dis.81.&dist.83.c.prę ter hoc,& per B.Antoninum in suo tract.de suspẽsione.c.2.

h Aliud crimen. Quæ sint hæc crimina, late per B.Antoninum in suo tract.de suspens.c.4

i Vel officij. Et per consequens etiam a iurisdictione, secundum Ab.& alios communiter, in ca.fin. de

DE SVSPENSIONE.

Ioã.Bap. Cum suspensio sit vltima species censuræ ecclesiasticę,de quibus in hac vltima parte istius libri tractatur;suo iure sequitur quod post tit proxim. præceden.in præsenti proponatur iste,qui diuiditur in 4. partes. in prima habetur quotuplex sit

de cler.excom.minist.suspenditur quis & ab aliis pluribus, nedum ab executione ordinis, vel officii, puta, ab oblatione altaris, 17 q.4.ca.miror, a consecratione episcoporum, ca.2.de transla. & ab aliis infinitis, quæ enumerantur per gl. in Clem. cupientes.de pæni té. in uerbo suspá si. Sed an is, qui (ut hic dicitur) suspensus est ab officio, censeatur suspensus ét a beneficio? Respo. ut late not.in d.cler. cupientes, de pæn. post mediũ, usque ad finem.

a Per sententiam. Definitiuã, c.cum dilectus.de ordin. c.denique, de excep. & no.in c.fi.de coha. mul. & cler. unde sumitur.

b Euidétiam. Nota tres modos, quibus crimen efficitur notorium, scilicet per senté tiam confessioné, & rei euidentiam

quo ad alios, ut quilibet in peccato mortali constitutus, ut in c.testim.dist. 6.& 1.q 1.c.sacerdotes & c fi.de tempor.ord. & c.vestra, & c.fin.de coha. mul.& cleric. Secundus, quoad se, & quoad alios, 32.disti.nullus, & c.præter hæc, & tanta, de simo. & d.cap.fin.de coha mult.& cleric. Quandoq; & tertio dicitur quis suspensus quo ad alios, & non quo ad se, ut cum uilla, uel ciuitas est interdicta propter delictum ciuium, uel sæcularis potestatis, tunc enim clerici non sunt suspensi quoad se, quia possunt celebrare in loco non interdicto, ca.tuæ, de cleri. peregr. & not.in d c.fi. Item possunt celebrare clausis ianuis, ca. fi.de sent. excom. in 6. & de hoc per B.Antonin.in suo tracta. de suspens. cap.1.

Ob mortale peccatum non notorium est quis suspē sus quo ad seipsum, non quo ad alios. h. d.

At si crimen per sententiam, [a] vel per cõfessionem factam in iure, aut per rei ipsius euidē tiam [b] notoriũ non [c] sit, & si quilibet pro mortali peccato quoad seipsum [d] sit suspensus, quo ad [e] alios tamen pro suspenso nõ hētur, ideoq. in officiis ecclesiasticis uitandus non erit. [f]

Quæ sit suspensio iudicis, h. d.

Iudicis suspensio est, ut cum sententia quis ab eadem executione ex causa remouetur. [g]

Suspensio solum ordinem & statum ecclesiasticũ respicit & priuatio præsupponit habitum. h. d.

Est autem suspensio (velut ecclesiastica cen

cum tergiuersatione aliqua celari non potest, sic in c.fi de cohab.mul.& cler. Sed cur.ibi, & hic nõ fit mentio de notorio quod oritur ex probatione clara & iuridica, cum tamen & ex ea inducatur notorium, quando nihil potest opponi contra; ut puta, quando est conclusum in causa, ut in c.cum olim, de uerb.signifi. forte, quia cum expectanda sit de proximo sententia, non oritur omnino notorium, cum probationes sint arbitrariæ, l.3.ff.de testib.& potest iudex testibus etiam probantibus fidem non habere Bart.in l.Lucius, ff.de his, qui not.infamia.

c Non sit. Immo etiam si sit notorium crimen, non propterea vitandus est criminosus excepto crimine fornicationis; quamdiu quis ab ecclesia præcisus est, no. in c.fi.16.q.fina.& in c.dum non licet, de præscr. & in ca.nonne.8.q.3. & probatur in c.pter, dist.22.& arguendo a speciali, & no.Ab. in c.fi.de cohab.mul.& cler. non potest ergo hinc sumi arg.contrario sensu, nisi quoad crimen fornicationis, in quo ut inducat suspensionem nõ requiritur præcedens monitio, si res sit euidens, ut per Abb.in d.c.fi.

d Quoad seipsum. Ideo sic, quia constitutio militantis ecclesiæ ligat, & comprehendit delictum omnino occultum, c.porro, & ca.cum non ab homine, de sent.excom.& clem.1.de hæret.ubi not. licet quo ad ecclesiam militantem non habeatur pro ligato, cum non iudicet de occultis, c.erubescant, dist.32.& not.6 q.1.ca.si omnia, erit tamen in rei ueritate ligatus, licet apud nos sit incertũ, argum.in §.conditiones, Institu.de uerb.oblig.& declarat Abb.in ca. extirpandæ, § qui uero, in repe.nu.21.

e Quo ad alios, & c. Nota modos, quibus quis dicitur suspensus. Primus, quoad seipsum, & non

f Non erit. Quia adhuc ab ecclesia toleratur, licet criminosus, c.uera, & ca.fin.de cohab.mul.& cle. & c.fin.15.q.fin. nisi in tribus casibus hic enumeratis, & in d.c.fin.

g Remouetur. Sententiam tamen præcedere debet monitio, quod procedit secundum Inno.in c.1.de excess.præla.qñ sententia & suspensio infertur ob contumaciam, secus si in pœnam delicti, quia tunc frustra fieret monitio, cum oporteat delinquentem luere pænam delicti commissi. Suspensio enim sæpe infligitur ob delictum, ut in c.tam litteris, de testi.& 5.q.3.cap.in loco, licet aliud sit in excõicatione, quæ ab homine non fertur propter delictum, immo quam cito uult satisfacere debet relaxari, c.nemo, & c.illud.11.q 3.Idem tenuit Inno.in c.ad hæc, qm̃, de appel.& licet Host. ibi non approbet opin.Innoc. respectu suspensionis faciendæ a iudice, tamen cum Inno.tenet Ab. in ca.reprehēsibilis, de appel.& in d.c.1.de excess. præl.per d.c.cum litteris, & per c.Romana, §.sed nec in specie, de senten.excom.in 6.

Est autem.C A S V S in hac parte propriè non figuratur, nisi dicamus, quod inter scholares fuit dubitatum an suspensio differat ab excõicatione, & interdicto, quidam enim dicebant non differre cum comprehendatur sub censura ecclesiastica, c.quærenti, de uerb.sign. quidam uero oppositum affirmabant, quia specie distinguuntur in iure præsupponitur. Sol ut hic habetur, & meliorratio meo iudicio non põt assignari, nisi ista iam adducta. Nec obstat obiectio, quia in genere conueniunt, & in specie differunt. Not.primo, quod suspensio proprie uidetur introducta, ut sit specialis clericorum pæna. Not. secundo, quod ipsa magis accedit ad naturam pænarum, quæ non sunt, nec dicuntur medicinales.

Con-

a Confiderata. Bene confiderata tanquam censura ecclesiastica comprehēdit solum clericos, quia si consideretur tanquam terminus generalis, & indistinctus, conuenit, & innectit etiam laicos. Vnde aduocatus suspenditur ab officio aduocandi, leg. motis. ff. de pœnis, & notarius ab exercitio notariæ. c. si aduersus, de hære. & nota in d. clem. cupientes, de pęn. & ad materiam huius, §. uide per Archiepiscopum Florē. in suo trac. de suspēs. c. 2.

b Strictior. Est tamen quodam respectu laxior, scilicet respectu relaxationis, quia excommunicatus licet satisfecerit nō liberatur ex sola satisfactione, sed ultra eam requiritur absolutio, ex quo. n. semel cum solennitate electus est extra ecclesiam debet, cū solennitate debita reconciliari, secus est in suspensione, ut per gl. in Clem. c. de decim. per gl. & Inn. in c. cum bonæ, de ætate, & qualitate, & per Ab. in ca. primo, versic. nota argumen. quod excommunicatus, & c. de iudic.

c Possunt. Vt supra titu. 1. & 2. per tot. & per Archiep. Flor. in tract. de suspen. c. 1.

d Ecclesiastica. Quorum meri laici non sunt capaces, ut supra de iure perso. in prin.

e Interdici. Cum priuatio pręsupponat habitum. Sed semel suspensus bene potest iterum suspendi noua culpa exigente, & secunda suspensio dicetur potius confirmatio, capit. veritatis, vbi Abb. not. de dolo & contumaci. effectus autem secundæ apparet post relaxationem primæ, de quo dic, vt in simili no. in capit. ista quorundam, de iudę, & in c. officij, de senten. excommu. & per Abb. in d. c. veritatis.

sura considerata[a]) respectu quodam, aliquanto, quam excommunicatio, uel interdictū strictior, [b] quippe quod & excommunicatio, & interdictum non solum clericos, uerum etiā laicos innectere possunt.[c] At suspensio, cum nihil aliud sit, quam inhabilitas quędam ad exequendos ordines, & officia ecclesiastica, [d] nullos pręterquam ipsos clericos attingere potest. Nec enim ulli eius ordinis, uel officii, cuius est pænitus expers, administratio uetari & interdici [e] potest.

Ingerens se diuinis, incurrit irregularitatem.

Cauebunt[f] igitur clerici, iudices, [g] & ecclesiarum prælati, ne pænam hanc suspensionis incurrant, scituri, quod si ea durante[h] sese diuinis [i] ingesserint [k] (secundum canonicarum sanctionum tenorem [l] & distinctionem[m]) irregularitatis laqueo sese inuoluent, a quo interdum non nisi per summum[n] Pontificem liberari poterunt.

Ioā. Bap. Cauebunt. CASVS. Quidam clerici existentes suspensi ēt a diuini, de facto ingresserunt se eisdē, & cum propter talem transgressionem debebant puniri, fuit dubitatum, an propterea debeāt incurrere irregularitatē, quæ cū ꝓhibeat ad ministrationem diuinorum, vt hic declaratur, & talem prohibitionem causet ipsamet suspēsio, negatiue respondebatur. Cæterum Sol. vt hic cauetur, quia in eo quis debet puniri in quo deliquit, c. si. de immu. eccle. non obstat obiectio, quia ista irregularitas superueniēs efficacius prohibet p̄d. administrationem. No. primo prohibitionem ad ministrationis diuinorum habere latitudinem, ita quod supremus gradus quoad remissionem eius est Pontifici reseruatus. Nota secundo, quod irregularitas aliquando est pæna proprie dicta, & aliquando est simplex defectus a certa causa causatus.

f Cauebunt. Capitu. 1. §. caueant, de sententia excommunica. in 6. vnde sumitur, & in c. cum æterni, alias 1. de re iudi. in 6.

g Clerici, iudices. Non dicit de sęcularibus, quia pœna suspensione eos non ligat, sic in capi. primo, de re iudicata in 6.

h Durante. Licet quis de crimine commisso pœnitentiam egerit, quia ante dispensationem Papę adhuc suspensio impedit executionē ordinis, vel officii cap. ueritatis, secū dum unam lecturam, de dol. & cō tum. ubi per Abbas in versiculo, quarta lectura, & per Specula. in titu. de dispensatione, §. iusta. versic. in suspensis autē, in fine.

i Diuinis. Officijs, non autem beneficiis, vt nota. in capit. primo, de re iudicata in sexto, & hoc intellige, cum quis suspensus est a diuinis: quia tunc celebrando efficitur irregularis, secus si suspensus sit a quocumque alio officio, secundum Cardinal. in Clementina final. versicu. quod si in fine versiculi, de pæniten. Idem videtur de mente Specul. in titu. de dispensatione, §. iusta, versicu. vt autem in hac, & tenet nouissime August. Bero. in suis familiaribus qq. in quæstione 121.

K Ingesserint. Scilicet scienter: quia secus si ignorante, cap. Apostolicæ, vbi Abb. late, de cler. excommunicat. minist. & satis indicat verbum ingesserint, quod designat rem ad se ingerentem non spectare.

l Tenorem. Sic in c. 1. de re iud. in 6.

m Et distinctionem. Et de hac distinctione per Spec. in tit. de dispensatione. §. iusta. versicu. in suspensis autem distinguitur, & in cap. tanta, de excess. prælat.

n Per summum Pontificem. Nota vnum de casibus reseruatis Papæ, & fac. capitulū primū, de re iudicata in sexto, & in capitu. primo, de senten. excommunicatio. in sexto, vnde sumitur hæc littera, de alijs similibus irregularitatibus not. in dicto capit. 1. de re iudica. in 6. & in ca. quod translationem. de offic. lega. & in cap. sicut vnicę, de excess. prælat. vbi generaliter traditur de reseruatis Papæ,

Est

a Est autem. Hanc descriptionem posuit Spec. in titu. de dispensat. in princ. secuti sunt, B. Anton. & Nic. Plou. in suis tractatibus de irregulari tate.
b Nota. Infamia, & quasi quædam cicatrix criminis, & quasi intellectualis vulneris, fac. c. accedens, de purg. cano. & 2. q. 3. notandum.
c Canonicum. Quia habet ortũ a iure canonico, secũdum Spe. in tit. de dispens. in prin. Sed tamen videtur habuisse originem a testamento veteri, vt apparet in libro Paralip. c. 28. vbi dicit, q̃d Dauid fuit ꝓhibitus ędificare tẽplũ Deo; quia esset vir sanguinum, & in c. hic etenim, idest 49. vbi dicit, q̃d inter Leuitas multi a sacerdotio repellebant; puta, ob gibbositatẽ, scabiem, & alios defect⁹ naturales.
d Ex facto. Puta homicidio, §. patrati, qui pro nõ pos. & c. miror, d. 30. vel ex notabili inobediẽtia, ꝓsertim cõtra Apostolicam ecclesiam, c. si quæ sunt dist. 81. c. tanta, de exces. præl. & c. 1. de re iud. in 6. & c. 1. de sent. excommu. in 6.
e Seu defectu. Tã corporis, vnde de corpo. vitia. ꝑ tot. & supra qui promo. nõ poss. §. cauenda. quã animi c. ex pænitentib. & c. canones, cum plurib. seq. dis. 50. & in ti. de obli. ad rõcinia red. per tot. qñq. nec animi, nec corporis vitio, ut in eo, q. est nat alib. læsus, c. in notuit, de cle. & de filiis p. esb.
f Prohibetur. Ponuntur hic duo effectus irregularitatis, cæterum sunt alii plures: quia priuata potestate eligendi actiue & passiue. Item reddit incapacem aliquem ad beneficia recipienda. Item a facultate percipiendi fructus beneficiorum, secundum distinctionem tamen Abb. & aliorum, in c. cum bonæ, de æta. & qual.
g Primo libro. Supra qui promo. non pos. ꝑ tot.

Ea pp. CASVS proprie non figuratur, dubitatum tñ fuit inter scholares, an constõne, quib. pęna suspensionis imponitur, ipsarũ transgressorib. cõprehendant epos, & alios similes superiores, de quib. in hmõi constitutionib. non fit spũalis mentio quidã. n. dicebant hmõi prælatos esse comprehensos, ponderãdo tex. in c. 1. de const. istæ in uer. ab oib. Confirmatur quia cum const. istæ sint ius humanum, tñ Põtifex. Rom. est exẽptus, c. proposuit, de conces. præb. merito. Sol. tñ ut hic cauetur ob rõnem in tex. assignatam, nec obstant obiecta, quia, d. c. 1. intelligitur regulariter, quæ regula in pñti limitat̃ ob rõnẽ in tex assignatã: c. vero proposuit, loquitur de potestate dispensandi, at quomodo Pontifex subiiciatur iuri humano, non est præsentis loci. No. primo, leges aliquando limitari ob qualitatem personarũ, quarũ respectus dẽt haberi in eis ꝓmulgandis, c. erit dis. 4. Not. 2. quod ꝑsona quo est dignior eo in dubio dr̃ de iure magis priuilegiata. No. quod ad nota. in rub. de vit. & honest. cler.

Quid sit irregularitas. h. d.

Est autem [a] irregularitas nota, [b] seu canonicũm [c] impedimentum ex facto, [d] seu defectu [e] prouenienes, quo quis tam ad ecclesiasticos ordines promoueri, quam promotus in iisdem ministrare prohibetur, [f] quod qualiter accidat tam supra ex primo [g] libro, quam etiam in uariis Decretalium locis facile est legentibus cognoscere.

Episcopi & superiores nunquam incurrunt sententiam interdicti, uel suspensiones, ipso iure, nisi de ipsis expressa mentio habeatur. h d.

Ea propter optima ratioue Innocentina constitutione [h] cautum est, ne epi eorumque superiores, vllius constitutionis, [i] sententia, [k] siue mãdati [l] occasione, interdicti, uel suspẽsionis [m] sententiã, nisi ipsis [n] de epis [o] expressa mentio hẽatur, ipso iure incurrant, esset. n. hoc nimis periculosum, [p] ob pontificalis officii, quod frequenter exercere compelluntur, executionẽ. [q]

h Constitutione. Ca. quam periculosum, de sen. excom. in 6. vnde sumitur.
i Constitutionis. Ca. sacro, de sent. excom. c. cũ medicinalis, alias 1. eodem tit. in 6. c. 2. de solu. c. cum in cunctis, de elect. cum simi.
K Sententia. Vt si papa vel episcopus ferat sñiam suspendendo contrafacientes, arg. c. Rom. §. caueãt, de sent. excõ. in 6. & no. in c. quam periculosum, de sent. excom. in 6.
l Mandati. Vt si papa mandat quod oẽs prælati, & clerici soluant tantã pecuniã suspendendo non soluentes intra terminum assignatum, & fac. l. itẽ apud Labeonem. §. hoc edictum, ff de iniu.
m Vel suspensionis. Sed cur non dicit ẽt de excõicatione, quę ipsi suspensioni & interdicto ęquiparatur, c. reprehensibilis, ubi per Ab. de app. Rñ. secũdum Inn. Hos. Io. Mo. Arch. Io. And. ꝙ Papa noluit eos in tantum priuilegiare, ut priuilegiando tolleret, si quis suadente diabolo, 17. q. 4. & alios similes, ut c. pro humani. de homi. in 6. ita no. in c. quam periculosum, de sent. excom. in 6.
n In ipsis. Constitutione sententia, & mandato.
o Episcopis. Quorum appellatione etiam superiores, & ipse papa continetur, ut sup. de episcopis, sum. Pont. in prin. per tot.
p Periculosum. Et ideo uitandum, c. ubi periculum, de elec. in 6. & c. quiescamus, dist. 42. & not. in c. 2. de iuram. calum. nam (vt inquit Salom.) Qui amat periculum, peribit in illo.
q Executionẽ. Sic in c q̃ periculosũ, de sen. exc. in 6. per quã constõnem apparet, ꝙ papa voluit prouidere non tã epis, quã subditis consistit ẽt eporũ officiũ in chrismatis confectione, ordinum collatione, ecclesiarum & altariũ consecra. §. pe. sup. de epis. & sum Pon. & ibi ẽt no. quia oĩa magis subditorum, quæ eporum utilitatem concernunt.

Ex-

Explicit Liber Quartus, & vltimus Institutionum Iuris Canonici, in quibus si quid diuersum Lector, inueneris ab his, quæ in Commentario iam pridem edito delineata inueniuntur, scito ea auctorem, cum vltimam operi limam adhiberet, meliora secutum, immutasse.

.·.



COMMENTARIVM INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

FLAVIVS VRSINVS FERDINANDO Farnesio. S. D.




KAL. Feb. accepi abs te litteras datas Idibus Ianuariis; quas mihi iucundas fuisse, non arbitror necesse esse me adscribere, cum ex te nihil ad me proficisci posse, nisi iucundissimum, iam pridem exploratum habeas. Sed profecto posteriores hæ eo fuerunt gratiores quod vna Commentarium Lancelotti nostri secum attulerunt. Amo.n. vehementer ingenij illius elegantiam. Legi itaque totum uno ferme (vt sic dicam) haustu, probauique penitus tuum de libro iudicium: maluissem tamen, tam secundo cursu inchoatum a se negotium processisset, vt huius nuper a se compositi libelli argumentum illi defuisset; nam & librum Institutionum ipsarum nunc teneremus, & ipse amicis vsus fuisset melioribus, candidioribusque. Quos tamen ille Commentario illo suo adeo strenuè (meo quidem iudicio) vlciscitur, vt mihi aliquo pacto suis illis detractoribus debere uideatur, qui tam elegantē libellum conscribendi sibi occasionem dederint. Eum ego pluribus legendum exhibui, probatusq. est fermè ab omnib. mirum in modum: fermè, inquam, nec.n. obtineri potuit, quin illico semidocti quidam commentariolum momorderint, nō quin que Lancellotus de cōpositis a se Institutionibus differeret, vera non confiterētur: sed quod in eo illum non obscure aliquid Institutionibus Iuris Ciuilis detrahere conatum esse prædicent. Is.n. vno, aut altero in loco eius libelli dicit, quædam in illis esse ambigua, perplexa, & quæ inuicem pugnantia videantur, cum tamen Iustinianus nihil esse in toto iure ciuili ambiguum, vel cōtrarium scriptum reliquerit? Respondi eos Momum agere, qui cum Venerem non posset, sandalium ipsius quasi obstreperum dicitur improbasse, tantum autem abesse, ut ciuilibus Institutionibus aliquid detraxerit, vt ego illis in eo plurimum a Lancelotto nostro tributum esse non dubitem, quem sciam illarum elegantiam non solum laudare, sed admirari solitum, sed profecto meos interdum incidimus, qui indigni sint, quibus respōdeatur. Sed de hoc alias. Sum equidem delectatus uehementer cognouisse ex tuis litteris te cum delecto studiosissimorum iuuenum numero quotidianis prælectionibus, ac disputationibus in iure ciuili exerceri. Hanc enim ego optimam, ac solā prope proficiendi rationem esse semper statui, præsertim si non tam ostentationis, quam discendi adsit studium, cum lepore quodam ac nobilibus adolescentibus digna consuetudine coniunctum. Vtinamque mihi interdum ab Vrbano isto, atq. aulico ambitu secedere, & ad ista vestra studia salua existimatione reuerti liceret, profecto ad uos conuolarem illico, ubi & cum libris diutius, & attentius uersari, & remoto ab omni molestia cum optimis commilitionibus securam, ac prope beatā uitam agere liceret. Sed quandemihi nunc hoc non datur, tu, quem ego me esse alterū semper statui, dum licet, fruere honestissimo isto, ac iucundissimo otio, sed ita frue re, ut interim non obliuiscaris eius quod catonem usurpare solitum ferunt. Nō minus, ocij, quam negotij, reddendam esse rationem, ac studiosum iuuenem Bernardinum Alphenum meo nomine saluere iube. Romæ Non. Feb.

Flauius hic nūc Cardin. Vrsinus.

Cōmētariū Lancellotti reprehēsū.

FERDINANDVS FARNESIVS Flauio Vrsinus S.P.D.



NIHIL vnquam tam præter meam opinionem accidit, quam audire ex te extitisse quosdam, qui in commentario institutionũ Iuris Canonici auctorem aliquid institutionibus Iuris Ciuilis detrahere voluisse existiment, qđ his uno, aut altero in loco quædam in his perplexa, & prima facie contraria reperiri scripserit, quasi vero hoc cuiquam dubium esse debeat, aut eas ille pluribus in locis non cæteris libris Iuris Ciuilis prætulerit. Oportet oĩo istos aut auctori esse parum æquos qui ex re veteri nouã illi inuidiã conflare student; aut (qđ magis reor) in iure ipso Ciuili parum versatos, aut omnino parum accurate Commentariũ illum percurrisse. Si parum æqui sint, nulla ratione de sua sententia deduci poterunt, nam, vt ait comicus.

Qui inimicus est etiam in scirpo nodum quærit.

Quid ergo ei suadere coneris, qui hoc, l. vnum quæriret, nempe vt quidquid dixeris deflectat in deterius? Si parum in legendo accurrati fuerint, repetant, quæso, atque diligentius expendant, quod in eo ipso Commentario de institutionibus Iustiniani sæpius inculcauerit: nam vsque adeo ipsas, dilaudat, vt mihi interdum veniat in mentem suspicari, ne plusculum illis tribuat, quam par sit, quod putet ita compositas a se institutiones similitudine quadã operis facilius studiosorum animis insinuare posse. Sed vtrumque id sit, quo vtrumque animo is scripserit, illud quidẽ nullo pacto negari potest, sexcentis propemodum locis de his honorificentissimè, meminisse. Nã primo libro, dum secum Pontifice sermonem asserit habuisset, leguntur hęc verba *Esse apud Iurisconsultos Iustiniani Imperatoris iussu cõpositas institutiones quæ studiosis ad inuolutam, & valde perplexam iuris ciuilis scientiam expeditissimum aditum proculdubio præstent.* Et quod suę sententię illustrius testimonium dare potuit, quã illis uerbis, quę tertio libro legũtur? *Id uero*, inquit, *nõ subticebo, quidquid isti garriant, censere me idque etiam ex [illegible] illa enucleati iuris collectione ac compositione quã Iustinianus nobis reliquit nihil esse absolutius & ad comparandum in toto iure ciuili lumen quoddam conducibilius quam illud Institutionum opus quod illi ex iuuenum manibus excutiendum & ab omnibus gymnasijs eliminandum quasi nullius prorsus vtilitatis tam stulte censent.* Et paulo post. *Maiores nostri institutiones Iuris Ciuilis quasi sine his vix quisquã aliquid in legitima prudentia proficere valent magno in honore semper habuerunt, & uaria interpretatione, & Commẽtarijs exornatus & locupletatus ad nos transmiserũt.* Et paulo post. *Hic ego te ad Iustinianum reuoco cui ex immensa illa silua iuris ciuili & infinita prope veterum librorum mole suas institutiones eli cere felicissimo cessisse multorum sæculorum testimonio comprobatur* Et eodem libro. cum verba Marci Tullij recensuisset, subdit. *Et hoc quidem quod in iure ciuili tantopere se desiderare, & expectare Crassus aiebat & se facturum aliquando credebat, abunde suis institutionibus Iustinianus videtur præstitisse.*

Lancelloti de institutionibus Iuris Ciuilis iudicium ac testimonium.

Denique vbi illarũ meminit, non nisi magna cum commendatione, atque insigni aliqua præfatione meminit: ecqua rõne potuit secus facere, qui suas ad illarũ imitationẽ effinxisse prædicet? At dixit quędã esse in his obscura, perplexe, & quę inuicẽ pugnare uideantur; Quid tum demum? nõ id proprium dixit esse institutionũ vitiũ, nam idem dixit & de sacris literis, & de omni scriptorum genere, id, & posse fieri de suis institutionibus nec ꝑpea oĩbus etiã proprijs scriptis illum maledixisse q̃s quam asserat. At nihil esse perplexũ, nihil ambiguũ, nihil diminutum, nihil ꝙ contrariũ, aut simile videri possit nulla esse geminã legẽ in toto iure ciuili Iustinianus ipse testatur. Certe, vt ita ille asseruerit, veritas oĩo reclamat mihi, q̃dã, vt similia propemodũ infinita ꝑter eã, multa passim occurũt, ambigua perplexa, & quæ, nisi alicuius interpretationis rõne conciliaentur, ex diametro pugnantia videant. Et quoniam pro summa inter nos necessitudine, ac studiorum communione, uel quæuis mihi tecum garrire posse videor, mitto ad te, qui ingentes pro eo pugnas pugnare cõsuesti,

fecisti loca quædã, quæ ego institutionibus ipsis Iuris ciuilis obseruaui, & in vnum collegij simul atq; de obloquatoribus istis a te resciui: vt si quãdo rursus in maledicos istos incidas, illorum obiecta possit quã primũ exemplis retundere, neque id facio, quin ea te, prius quã me vidisse ac ponderasse non existimem: sed vt illa, quæ scholastica sunt, potius, quam a doctissimis viris admodum perpensa, ad manus habeas, nec propterea grauissimis negotijs tuis quidquã tẽporis subtrahere cogaris. Ac vt primũ de his dicamus, quę videtur in eodẽ libro contraria. In Proęmio. §. 1. leguntur hæc verba: *Omnes vero populi legibus, tam a nobis promulgatis, quam compositis reguntur.* At in §. 1. de iu. nat. gẽt. & ciu. *Oẽs populi, qui legibus, & moribus reguntur partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur.* In §. fi. de libert. dicitur, quod omnes liberti consequuntur. Ciuitatem Romanam, nullo nec ætatis manumissi, nec dñi manumissoris habito discrimine. At in §. fi. quib. man. nõ lic. dicit quod qui non compleuit 17. annum non potest manumittere testamento. in §. 1. de re diui. littora maris dicuntur communia, non publica. In §. littorum. littorum vsus dr̃ esse publicus. In §. fi. de usuf. dicitur, quod vsufructuarius cedẽdo vsum fructum alteri, quam domino, nihil agit. At in tit. seq. in fi. principii dicitur indistinctè quod licet vsurarius non possit ius suum alteri cedere, vsusfructuarius tamẽ põt. In §. posthumus. de leg. dicitur. *Posthumus autem alienus hæres institui, & ante poterat, & nunc potest.* At in titulo de bono. posses. in principio dicitur, quod posthumus alienus hæreditatem adire iure ciuili non poterat. Hęc quidẽ, & alia his similia sunt in eodem Institutionum libro. Si quis autem illa colligere velit, quæ aduersari videntur his, quæ pandectarum libris, aut Imperatorum constitutionibus continẽtur librum (puto) conscriberet institutionibus ipsis grandiorem, quæ quidem non negauit ille, uel aliqua saltem rõnem conciliari posse; sed ruditer ac prout iacẽt accepta, stare minimè posse asserit. Leguntur præterea in eodem libro multa, quæ nimiũ generaliter enuntiata uideri possunt, cuiusmodi est illud. *Cuius filiam vxorem ducere nõ licet, neq; eius neptem permittitur filiam tamen aui, vel auia vxorem ducere non prohibeor.* vt omittamus interim, quod in coniunctis per adoptionem illa regula rõ obtinet locum. In §. fęminæ, de adop. dicitur, quod fæminæ possunt adoptare in solatiũ liberorum amissorum. At hoc ita demum verũ esse aiunt, si in acie fuerint amissi, nõ simpliciter. In §. qui potestatem, de exc. tut. dicitur, quod qui potestatem aliquã habent, se possunt excusare. At quibus inhæret dominica, vel patria potestas, non propterea possunt se excusare. In §. Res sacræ, in fine, dicitur qđ locus, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto ędificio adhuc sacer manet. At hoc non est verum, vbi ædificium esset ab hostibus dirutum. l. cum loca. ff. de rel. & sumpt. fun. in §. itẽ lapilli dr̃, quod lapilli, & gemmæ inuentæ in littore maris sunt inuentoris, sed hoc ita demum est verum, si etiam apprehendantur. in §. fi. de codicil. dicitur, ꝙ codicilli nullam omnino solennitatem requirunt, & tñ requirunt quinque testes. in §. interdum. in fi. de obl. quæ ex del. nascuntur, dicitur, ꝙ, qui ad furtum faciendũ consilium dedit, atque hortatus est, furti non tenetur: at non est hoc verum, cũ alias fur non erat furtum commissuræs. Demum in tit. de pub. iud. dicitur, ꝙ publica iudicia nihil omnino simile habent cum priuatis iudicijs, & tamen multa habent similia, vt ibi notãt interpretes. Atq; vt hæc nimis uidentur generalia, ita ex cõtrario quædam videntur diminuta: vt, exempli gratia, definitio seruitutis, de qua in §. seruitus de iure perso. cum. n. dicatur esse constitutionem iuris gentium seruitutem inductã iure ciuili non comprehendit, ut in §. fi. eo. tit. Item cum dicitur, ꝙ usufructuarius non possidet, §. idem placet, per quas perso. nobis acquir. de ciuili. n. hoc possessione uerificatur non de naturali. l. naturaliter, de acq. poss. Quædam etiã videntur parum fæliciter expressa. non intelligo hic de vocibus, & de his, quæ Grãmaticis non probantur, puta de etymologia stipulationis & similium, sed de his quæ ad rem spectant, quale est illud in §. plebiscitum, de iur. natu. gen. & ciuili. Plebs. n. a populo non ita differt, vt species a genere, quod, ait tex. sed velut pars a toto. Item cum dicitur naturalibus non officere manumissionem §. fi. de ingen. Item cum dr̃ aliud pro alio petente posse in eodem iudicio corrigere errorem suũ. §. si quis aliud

Quę videantur cõtraria lib. institutionum.

Quæ videantur nimis generaliter enunciata.

Quæ videantur diminuta.

Quæ videantur earũ feliciter expressa.

de act. nec enim uerè iudicium erit idem, ut ibi notatur. Item cum iusta & efficax appellatur actio, quæ tñ exceptione etiam doli elidi potest. §. præterea. 1. Inst. de excep. Item dicitur, necessarium esse detrahi Falcidiam. §. quantitas, versi. l. necesse de l. Falc. cum tñ sit in hæredis potestate remittere. Quædam male videntur inferri, ut est illud in §. ex contrario quib. allic. uel non. Ex *contrario*, inquit, *omnes res pupilli & pupillæ sine tutoris auctoritate recte dari possunt* (cum pessimè videtur inferri.) *Ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur.* Similis propemodum est illatio in §. fi. Instit. de vulg. substitu. Atque hæc quidem, & his similia non huiusmodi sunt, quæ aliqua saltem interpretatione saluari, & ad rectum sensum traduci non possint, licet id interdum ægre obtineatur, sed certè, quę scrupulosis hominibus, quales hi sunt, qui auctori nostro negotium facere non desinunt, parum probari possint, at ille cum se, & censores suos exactissimam adhibuisse diligentiam doceat ne quid tale in suis Institutionibus deprehendatur, & alieno periculo cautior fuerit, ad extremum subdit. *Si quid his exciderit quod perplexitatem præ se ferat, uel ambiguitatē contineat, non propterea orbē fructu labi, sed posse id beneficio interpretationis explicationir, & clarius reddi: & in libris iuris canonici, & ciuilis, atque adeo in institutionib. ipsis iustinianus, & in oī scriptorum genere multa esse huiusmodi contendit.* Hoc ipsum, quam contineat detractionem, ego intelligere non possum, mihi quidem in eo, & acutissimè, & prudentissimè, disserere visus fuit. Nam (vt ipsemet initio sui commentarij scripsit) nihil est in ullo genere rerum tam exactum, & pulchrum, quo non pulchrius id sit, quod quis in eodem genere cogitatione tantum, ac mente complectitur, Itaque & Michaelis angeli simulachris, & picturis, quibus nihil in illo genere perfectius hæc ætas uidit, cogitare tamen possumus pulchriora, sed profecto (vt ille inquit) prima sequentem, honestum est in secundis tertijsq. consistere. Scio tamen istos, qui semel ei detrahere cœperunt, quieturos numquā, etiam si ille mera loquatur oracula, quippe qui inuidia, vel supercilio malint cōtēnere præclara, q̄ discere. Nam quale tandem & illud est, in quo ego sibi detrahi a quibusdam audiui? Is in eodem commentario asserit, si iustinianus Prooemio suarum Institutionum adscripsisset, quod non intendit in eo opere ius nouum cōdere, nisi dilucide id ibi protestaretur, multa nobis hodie fore explicatiora, & expeditiora, q̄ sint. At quantas ob id uerbum ei tragædias quidam excitare conantur? quantas turbas conciunt? quasi hoc dicto Imper. maledixerit, uel eius maiestatem læserit, quod magis mirere, subscriptores habet, nimirum balbi balbos. At mihi hoc, videtur excogitatum longe prudentissime, quam multis enim in locis hæsitamus num iustinianus antiqua iura corrigere voluerit, cum ab illo promulgata, vel diuersa, vel contraria antiquis iuribus videantur. quam sępe circa id cæcutimus, & Andabatarum more interpretando ingredimur? Legitur sub titulo re. diuis. §. cum ex aliena, quod si quis ex alienis spicis frumentum fecerit, frumentum specificanti cedit, ac contrarium prorsus legitur in l. adeo. §. cum quis. ff. de acquiren. rer. domi. scilicet, quod frumentum remanet eius. cuius & spice fuerunt. Quidam, quod responsum illud per iustinianum corrigitur, alii aliter. In. §. Thesauro eiusdem tituli dicitur, quod thesaurus inuentus in loco sacro, vel religioso, fit inuētoris, in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisc. dimidia dicitur esse fisci. quidam putant Iustinianum corrigere veterem iura, at alii aliter. Item. §. si quis ancillas circa fin. aduersatur l. si cur. ff. de fund. instruct. quam quidam per iustinianum putant corrigi quidam aliter nec cuius loci sententia præualere debeat, satis adhuc est in comperto. Quid illa? Legata nisi in testamento relicta non valere, §. præterea, de singul. reb. per fid. relict. non ne apertissime ius Digestorum abrogare, & antiquum reuocare videntur? Demum passim ocurrunt huiusmodi quibus explicandis mirum in modum interpretes torquentur, & in quibus, si huiusmodi testationem prooemio suarum Institutionum iustinianus inseruisset, minime laboraremus. Et profecto, qui hoc non agnoscit, in sole illum caligare dicere possis. Tanta tamen (ut ait Hieronimus) est vetustatis consuetudo, vt etiam confesse plerisq. vitia placeāt, quod vel ex his intelligi potest, quæ ex scriptis Isidori pessimi vt appellant

Quę male uidentur īferri


Nil tam pulchrū quo non pulchri⁹ id q̄ quis in eodem genere potest imaginari.

Loca q̄dā in q̄bus de correctione dubitatur.

Vetustatis vitionis.

lant latinitatis auctoris, licet sanctissimi viri, in ius Canonicum irrepserunt, quorum quædam uix in puero hodie ferenda, diu visa sunt, & plerisque videtur adhuc huiusmodi, quæ pro legib. seruari debeant: & adhuc in hisce nostris Iuris Canonici Institutionib. vel ex vnius syllabę adiection e. isti solius vetustatis amatores egregii, & ꝑ cōmuni vtilitate vehementer anxij inge ntia sibi fingunt pericula in quib. tñ, etiā si quædam scribātur rediuus, nihil id ab operis ipsius natura abhorreat, quippe qđ Tyronibus tantū instituendis scriptum sit: & illa ipsa, quæ ibi generalius forte tradūtur & strictus suo tempore albi fusius, & subtilius tractata ab eisdem accipienda sint, & exactius cognoscenda. Sed Cancros prius recte ingredi doceas, q̄ his, qui non tam iudicio, quam proposito, & voluntate aberrant, quibus suis rationib. satisfacere possis: quib. ne si persuadeas quidē vmquā persuaseris. Quod quidē vel ex eo satis dilucide apparet, quod nonnulli pessime ab eo factum prædicent, quod titulos quosdam in suis Institutionib. diuersis uerbis inscripserit ab his, quæ in Decretalium libris cōperiuntur, quod & factū est raro, & nō nisi ex causa valde probabili, & à censoribus suis approbata, nec sine exemplo. Multæ siquidem & in Institutionib. Iuris Ciuilis Rubricæ cōperiuntur aliis verbis cōceptæ, q̄ in libris Digestorum sint, aut in libro Codicis, Quales illæ, De fiduciaria tutela. De litterarum obligatione. Quib. modis re cōtrahitur obligatio, & aliæ plures. Sed hæc omnia Lancelotto nostro ꝑpea ferenda sunt leuius; ꝙ idē insignibus ēt scriptoribus semper contigisse legimus. Venit nuper in manus meas liber quidā epistolarū familiariū Francisci Petrarchę, quē anteaue extare quidē audierā, illū cum auctoris captus nomine auide in manus legēdū sumpsissem statim in ipso ferme operis limine: dū mecū vitiligatores istos tacite stomacharer, & has ad te dare in animo haberē, incidi in epistolā meo quidē iudicio prudētissimè scriptā, qua scriptorē amicum suum cōsolatur, quærentem. s. scripta sua a liuidis carpi, eam primum percurro, inde lego accuratius. Quid quæris? uisa mihi est oēm prope stomachum, & amarulentiam, q̄ ex detractoribus Lancelotti contraxeram, abstergere, ideoque duo statim exempla exscribēda curaui, atq. è vestigio alterum Lancelotto ipsi misi, ad te cū his mitto alterū, vt intelligamus nihil vt Tullius ait esse nobis præcipue dolendum in eo quod vniuersis accidit. Sum ego illi conatus suadere, vt Romā iterū concedat. Nā cum Summus pontifex renuntiatus is sit, qui cum bonarum oīum artium est amator mirificus, tum in vtroque iure valde (vt audio) excellit facile fieri poterit, vt quod negocio deest, cōpleat, remque omnem sententia conficiat: is omnino negat se facturum, improbe dicens Neptunū accusari ab eo, q iterū naufragium faciat, Deosq. cum tēpus aduenerit, rem dormienti confecturos. tu, cuius maxima est apud illū auctoritas, si id è re sua esse censeas, vrge quæso hominem, nec pulcherrimos conatus intermori sinamus. Vale Perusiæ Idib. Febr. M.D.L.X.

FRANCISCVS PETRARCHA *Thomæ Messanensi. S. P. D.*



Querelam publicam nemo sapiens suam facit. Satis quisque priuatarum querelarum domi habet. Satis dixi, nimis dicere debueram. Nulli ne hoc vmquam accidisse reris? falleris. Nulli vero contrarium accidit. vix superstite qui fecerat; cuiusquam scripta, vel gesta placuerunt. laudes hominum mors inchoat. Scis quare, quia cum corpore moritur inuidia. Multorū (inquis) scripta laudantur, q̄ si gloriari licet, non pergis ulterius. sed (qui indignantibus mos, est suspensum linquens auditoris animum sermone præteruolas inexpleto. Verum enimuero fugientem consequor mentis augurio, scio quid velis. Multorum scripta laudantur, quæ tuis admota carere non tantum laudatore, sed etiam lectore debuissent, cum tua interim nullus attingat. Recognosce in uerbis meis indignationem tuam, quæ iusta esset nisi illam de cōmuni omnium aceruo in usus proprios traduxisses, omnium, inquām, quos hic scribendi, seu amor, seu morbus renuit, omnium ve quos tenebit. Respice enim in primis, quorum sunt

Laudes hominū mors inchoat.

Vita finis principiũ gloriæ. illa quæ laudantur, quærere auctores, certè pridem in cinerem versi sunt. Vis & tua laudari? morere. A morte hominis uiuere incipit humanus fauor, & vitæ finis principium est gloriæ? quæ si ante cœperit, singularis quædam, & intempestiua res est. Plus dicam, dum eorum, qui tecum vixerunt, quisquam superfuerit, cumulate quidem quod appetis, non habebis, cum omnes pariter vrna concluserit, venient, qui sine odio, & sine inuidia iudicent. Ferat itaque de nobis quamlibet sententiã pſens ætas si æquam, feramus æquo animo, si iniquã ad æquiores iudices, hoc est ad posteros prouocemus, quando ad alios non licet. Delicatissima res est iugis cõuersatio, minimis offenditur, & famæ semper inimica præsentia est multaque admirationi hominum familiaritas detrahit, frequensque conuictus. *Pręsẽtia inimica fama.* Vides ne tu hos scolasticos? genus hominum uigiliis, ac ieiunio squalidum? Crede mihi. Nihil ad lucubrãdum durius: nihil mollius ad iudicandum, cum multa laboriosissime legerint, nihil examinant, & quid in re sit dedignantur inquirere, cũ homines ipsũ nosse videant itaque omnium vna lex est. Cuncta enim ex æquo quorum auctores, vel semel aspexerint, scripta fastidiunt. Hoc, inquies, pauis accidit ingeniis: magna enim & ualida per obstantia quælibet erumpunt. Redde mihi Pythagoram, reddã tibi illius ingenii cõtẽptores. Redeat in Gręciam Plato. Renascatur Homerus. Reuiuiscat Aristoteles. Reuertatur in Italiam Varro. Resurgat Liuius Reflorescatq; Cicero, nõ modo segnes laudatores inuenient, sed mordaces et & liuidos detractores, quod quisque suis temporibus expertus, Quid Virgilio maius habuit lingua Latina? Reperit tã ille, q non Poetam, sed raptorem alienarũ inuentionũ, & translatorẽ dicerent ipse autem ingenii fiducia, & iudice fretus Augusto, alto animo inuidorũ verba despexit. Tibi quidem magnam ingenii conscientiam esse scio: sed vbi Augustũ iudicẽ inuenies? quem enixe ad modum, atque omnibus modis ingeniis sui temporis fuisse cõpertũ est. *Pythagoras. Plato. Homer. Arist. Liuius. Cicero. Virg.* Nostri reges de saporibus epularum, & de volatu auium iudicare possunt; de ingeniis hominum non possunt, quod si forte præsumpserint, superbię tumor aperte oculos, aut flectere, & in verum figere non sint. Itaque ne quid suæ ætatis suscipere videantur, mirantur Veteres, quos nouere cõtemnunt, vt defunctorũ laus, uiuentiũ contumelia non vacet. *Reges de quib. iudicant.* Inter hos iudices uiuendum, moriendũque nobis, & (quod est durius) tacendum: Vbi enim, vt dixi Augustum iudicem quæremus? Vnũ habet Italia, immo vero terrarum orbis unũ habet Robertum Siculũ regẽ, fortunata Neapolis, q̃ vnicum seculi nostri decus incomparabili fælicitate sortita es. Fortunata (inquam) & inuidosa Neapolis litterarũ domus augustissima, quæ si Maroni quõdã dulcis visa es, quanto nunc dulcior videreris, vbi ingeniorum ac studiorum æquissimus æstimator habitat? Ad te cõfugiat quisquis ingenio fidit. Neq: vero differendũ putet, suspecta mora est: deuexa enim est ætas, mundus iampridem eo carere, & ipse ad meliora regna transire meritus. Vereorque, ne multa ipse mihi seræ pænitẽtiæ materiã prolatãdo quæsierim oĩs quidem inhonesta est, capiẽda est occasio confestimq: faciẽdũ, qđ ante tempus fieri non potest, Quod ad me attinet, currere, & ꝑperare propositum est (vt qđ de Iulio Cæsare in epistola quadã ait Cicero) omnino mea studia in illum cõferam. Ego uero ardenti studio ac fortasse efficiã, qđ sæpe uiatoribus cum properant, euenit, vt si serius, quàm voluerint forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de nocte uigilassent, perueniant, quo velint. Sic ego quoniam in isto homine colendo, tam indormiui diu, cursu corrigam tarditatem. Tibi autem tuo foro uti necesse est, quando ad eum regem aspirare non tam freti, q̃ belli obice prohiberis. Patria enim tua, cuius nemo amanti or ciuis est, inimici regis imperio subiacet. Dicerem Tyranni nisi quia timeo aures offendere. Ad hæc & magna res est neq: nostris calamis discernenda; sed illorum gladiis. Igitur ad inceptũ redeo. Si hæc tibi exempla de Illustrissimis electa non sufficiunt, alia ex alio grege hominũ adiiciam & ætate recentiora, & sanctitate clarissima. Quantos olim æmulos Augustinus noster: quantos Hieronymus, quantos habuit Gregorius, donec spectata virtus, & litterarũ diuina, & admirabilis vbertas inuidiã vinceret? Vix horũ quisquam integrum famæ pręconiũ, nisi ab ipso die mortis accepit. Vnum æmulo ac reprehensore carentem, vnũ plena, & indecepta laude decoratũ Ambrosium, cuius ne in ueotis quidem *August. Hieron. Gregor. Ambr.*

famam

famam mordax liuor attigerit, apud quosdam inuenio, quod forte ad puram eius ac simplicem doctrinam omnibus ambigui expertem referendum est. Nam apud Paulinum, qui Ambrosij vitam, & obtrectatorum eius nomina legimus & uindictā diui no iudicio irrogatam. Perfer igitur iam sine lamentis, qđ summis ingeniis contigisse vides. Videris aūt quadam in parte tuarum litterarum hoc ipsum conqueri, qđ multos noueris magnum in vita nomen assequutos, & hoc quoq; si me audire uolueris, magnifice contēnes. Scis eum quib. hoc euenit? his equidē solis, qui famam suā q̄m calamo nequeunt, clamore defendunt. Aspice istos purpuratos, qui ingenti strepitu populorum in se ora conuertunt, qui se sapientes dici volunt, quos sapientes vulgus appellat, singulis ciuitatibus ascribēs sapientum greges: cum tñ illa florēs olim studiorum mater Græcia non amplius, quam septem sapientum nominib glorietur: quod ipsum posteris importune nomen arrogantiæ uisum est. Sed qui eos excusant, aiunt non id eis cognomē proprio iudicio, sed populorum suffragiis obtigisse. Vnus ex omnib. sæculis Epicurus, sapientem se profiteri ausus, intoleranda superbia, seu potius ridiculosa dementia, cuius secundo de finib. bonorum & malorum meminit Cicero, hodie in nr̄orum causidicorum grege furor ille vulgaris est. Respice & hos, qui in altercationib. & cauillationibus Dialecticis totum vitæ tempus expendunt. seque inanibus semper quæstiunculis exagitant, & præsagium meum de omnib. habeto. Oium nempe, cum ipsis fama corruet. Vnumque sepulchrum nomini ossib usq. sufficiet, cum. n. mors frigidam linguam dare coegerit, non modo ut sileant necesse est, sed vt de his ēt [illegible]leatur. Possem exēplis affluere, neque ipsum in multis testem facere: quot loquacissimas picas agnouimus, in oculis insane multitudinis perstrepentes, quorū repente uox cecidit? nisi longa & apud quosdam superstitum odiosa forte narratio esset. Sed de his & sæpe aliàs, nunc qđ res ipsa poscebat, diximus. Neque .n. vt eos memorem, sermo mihi institutus, sed vt tibi satis facerem, cuius oīno diuersa conditio est, tunc. n. maxime resonabis, cum iā loqui amplius nequiueris. Cæterū valde impatientis animi est breuissima expectatione torqueri. Expecta paululū, eris uoti cōpos, cum obstare tibi ip se desieris, id ex parte lōgæua forsan absentia, ad plenum mors sola pręstabit. Reduc ad memoriam ex oīb. sæculis illustres uiros, Romanos, Græcos, Barbaros, cuius non p̄sentia famæ nocuerit, tibi (si recentiore memoria es) plures forte ex historijs occurrent. Ego id vni oium Africano tributū memini, vt, s. & fama mirabilis, & præsentia mirabilior haberetur. Idem sacris in litteris tribuitur Salomoni, quare alium forte non inuenies, etsi Vergilius immodico studio. AEneam suum exornandi hoc ad eum gloriæ genus transferre contendat, sed immobile, verum est, excusat tñ quasi non AEneam, sed sub AEneæ nomine virum fortem perfectūq. describat, Dedit idem oratorum uni duntaxat is, qui hoc sicut uerius vsurpasset, uir illustris. s. oratorum princeps Marcus Tullius uni quoque Poetarum idem tribuit Aulo Licinio Archię: sed vereor ne id amore iudicium obliquanter p̄ceptori suo mediocris ingenii uiro tribuat, qđ nec Homero tribuit, nec Vergilio tribuisset. Cæterum, vt ad te reuertar, nihil ex oīb. quę dixi quod tibi iustam indignādi materiam præstare possit, inuenies. Nemo. n. se ante iri ab vno, ve' a paucis ægre fert, nisi qui gloriæ principatum pertinaci sibi mente constituit. Patere (vt cæterarū rerum) sic ingenii tui fortem nominisq. fortunam: putabas eam in solis diuitiis ius habere? humanarum rerum oīum excepta virtute domina est, illa. n. quoque sæpe oppugnare; sed nunq̄ expugnare permittitur. Famam certe, qua nihil est leuius facile rotat, ac ventosis suffragiis circunuoluit: a dignis eam transferens ad indignos, nihil quidem mobilius; nihil iniquius vulgari iudicio, super quo fama fundata est. Itaque mirum non est si assidue quatitur, q̄ tam tremulis innititur fundamentis. Hęc sane non nisi in viuos regnum habet, mors hoīem eximit ab imperio fortunæ. Cessant exinde ludibria, hęc velit ipsa vel nolit, virtutem fama, ceu solidū corpus umbra cōsequitur. Habes ergo (ni fallor) gloriandi potius cām, q̄ indignandi, si cum oīb. fere præstantibus, atque clarissimis uiris cōis tibi tua fors est. Quoque etiam nunc æquiores animosis, Africanum ipsum, quem ex hac acie segregare visus eram, in commune

Clamosi inuisa il lustres.

Epicur.

Clamosorum ossa & nom ē eodem sepulchro condun tur pace.

Africanus.

Salomon

Aeneas.

AulusLicinius.

restituam; cui quamuis, quod rarissimum est (vt dixi) præsẽtia nõ noceret: nocuit tã men (vt cæteris) hominum inuidia, quam tantis virtutibus non potuit extinguere in cenditque potius, & inflãmaui. Nocuit (quod sine indignatione non possum meminisse) conseruatio longior, & nascens ex familiaritate contemptus. Vnde autem hæc eliciam percunctabere: Nolo, me aliquid imminutasse suspiceris, ipsa Titi Liuii clarissimi scriptoris verba ponam, qui orta contentione dignitatis honorumq. inter Scipionem Africanũ Titumq; Flaminiũ, in qua succubuisse Scipionem refert. Maior, inquit, gloria, Scipionis, & quomaior eo propior inuidiæ, & statim postea: Accedebat inquit, aliud, Scipio Africanus iam prope annũ decimum assiduus in oculis hominum fuerat, quæ res minus verendos magnos homines ipsa facietate facit. Et hæc quidem ille. Tu vero (vt iam finem faciam) fortunam tuam tanto comite solabere, expectabisque tranquillius, memor vetus apud Flaccum verbum esse, quod vt vina sic poemata meliora dies reddit, apud Plautum aliquanto vetustius. Ille enim ait. Qui vtuntur vino vetere sapientes, puto, & qui libenter veteres inspectant fabulas quod non minus ipsi Flacco bilem commouisse suspicor, quam tibi, tantam esse vetustatis reuerentiam, vt crimin longo sermone purgandum sibi fuerit Lucilium reprehendisse. Postremo tecum cogita, quid est hoc, pro quo tam solicite torqueamur Ventus est fama, quam sequimur: fumus est, vmbra est, nihil est. Itaque facillime recto atq. acri iudicio contemni potest, quod si forte (quoniam generosos animos familiarius hæc pestis insequi solet) appetitum hunc extirpare radicitus non potes, excrescentem, rationis saltem falce compesce, parendum tempori, parendum rebus est Denique (ut sententiæ meæ summam breuibus expediam) uirtutem cole, dum uis, famam inuenies in sepulchro. Vale.

FERDINANDO FARNESIO, ET FABIO PENNAE adolescentib. nobiliss. ac studiosiss. Ioan. Paulus Lancelottus. S.




Nota diu ante hãc scriptam epistolã has Institutiones expectatas.

Psi nos scitis (ornatissimi adolescentes) quam frequentibus post nostrũ ab Vrbe reditum cõium Commilitonum flagitionib. interpellatus fuerim; Vt eis post diuturnam moram, atque expectationem Institutionũ Iuris Canonici copiam tandem facerem; cum sæpe vos duces illis ipsis præbueritis, atque adeo strenuos, & fortes, ut nisi vrgentissimis, nec vobis incognitis caussis, quæ nos hoc facere hactenus impediuerunt, quasi validissimo propugnaculo munitus fuissem, expugnatum iri me nihil dubitem. Quomodo enim tã multis, mei tam amantib. tam iusta, tam sæpe, ac tam instanter proprio quasi iure petentibus obsistere potuissem? Cum præsertim in hoc certamine, maiorem, si non laudis, at certæ beneuolentiæ fructum victus, quam victor relaturus fuerim. Sed quando nunc me, quamquam vehementer obsessum, sine nota vobis dedere nõ possum, & uobiscum optima, atque vtriusque valde commoda ratione transigam. Ea autem est huiusmodi, vt (nisi nouum accedat impedimẽtum) intra paucos menses operis me vobis facturum potestatem Romana fide recipiam, huius autẽ nostræ pollicitationis, quasi obses apud uos erit hic Cõmilitonibus meis, & uobis illorum quasi antesignanis nuncupatus Libellus. Qui quidem Institutionum ipsarum quasi filius parentis effigiem refert: eo enim & operis totius breue compendium conclusimus, & apud cunctos nostri huius negotii Cõmentarium quoddam esse volumus. At uidetis? quod nouo, atque inuisitato more prius Commentaria, quam contextũ ipsum editioni parauerim, cur illam imi? Sed statui ita oĩno appellare, continet. n. rei totius crassiore quadam Minerua scriptam historiam; quam ea ꝑꝑ sum fusius prosecutus; tũ ne multis, q̃ sæpe à me de re tota edoceri flagitent, eãdẽ semper canere Cãtilenam cogat, tum ẽt vt obiter respondeã, & his, qui morum Curiæ, ac Principum imperiti me nõ inuito factum esse ꝑdicãt, ut ita diu hæc editio pertracta fuerit & illius multo magis, q̃ libri nostri non differri editionẽ, sed quasi parũ in vrbe probatus sit, penitus mihi interdictã garrire nõ dubitauerũt. Quorũ sermonib. nulla expeditiore via

occurri

occurri posse censui, quam si huiusmodi liuidorũ latratibus splendidissima summorum virorum testimonia opponerem, & rei gestæ seriem ad amussim recenserem, in quo nihil est quod vllum orationis florem, aut Latinæ linguæ candorem quisquam a nobis expectare debeat: neque enim hoc requiri oportet ab homine Iurisconsultos, qui solos pene Bartolos, ac Baldos, ne dicam Balbos, in deliciis habeat. Sed satis superque sit, si, quod narrare intendimus, vel quibuslibet verbis ita exprimamus, vt qui lecturi sunt, quoquo saltem modo id assequi valeant. Visum autem mihi fuit ornatissimum nomen vestrum libello huic nostro præfigi oportere, non quod quasi iniustę causæ despera non præsidio potentiorum titulos affigendos, aut vel a Regia suspendenda ducam: sed vt huius initæ inter nos transactionis veluti documentum aliquod extet, quod non modo conuentionis formam, sed etiam transigentium ipsorum nomina solenni more complectatur. Valete, Perusiæ Non. Mart. M. D. LX.



COM-



COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI INCIPIT

Liber Primus.

Joannes Paulus Lancelottus Perusinus utriusque Juris candidatis Academiæ Perusinæ. S. D.



Auctor cpe de e dẽdis Institutionibus requisitus.

Mos coniugũ absentiũ si bi inuicẽ incognitorum.

ASsiduis vestris, tum absens litteris, tum præsens interpellationibus pulsatus facile intellexi (Iuris studiosi) quanto Institutionum Iuris Canonici desiderio teneamini. Quarum copiam, cum nobis facere honestissimis rationibus hoc tempore impediar, agam uobiscum vti aliquã do eos solere animaduertit, qui lõgo terrarum interuallo disiuncti, neque sibi de facie inuicem cogniti per litteras sponsalia, vel per procuratorem contrahunt. Nam si cito congredi impediantur, & congressus moram interim non nisi ægre pati possint, proprii oriis ex uiuo ductam effigiem, & omnes corporis partes egregie exprimẽtem uicissim sibi mittere consueuerunt; tum ad leniendum desiderium, quo alter alterius conspiciendi tenetur, tum vero etiam, vt ex ipsa oris effigie, & totius corporis lineamentis coniugis mores, et ingenium, vel quoquo modo talem coiiciant; sic vos quousque opus ipsum in publicum dare prohibemur, detinebit exiguus iste libellus quo ea quæ in quattuor Institutionum ipsarum libros a nobis congesta sunt, non aliter complexi sumus, ac facere soleant Cosmographi, cum late patentes prouincias, atque adeo orbem ipsum angustis chartularum spatiis concludere nituntur, veluti enim ijs multi prætereundi sunt terrarum, ac marium tractus, & insignes sæpe ciuitates occultanidæ, satisque habent, si clymata ipsa, & principales mundi partes, ac Metropoles vrbes, vel exiguis picturis indicent, cætera inspectorum coniecturę relinquunt, ita mihi plurima in hoc opusculo prętermittere necesse fuit, quę tam angusto spatio concludi, vel commode repręsentari non potuerunt. Erit igitur uestri iudicii ex hoc libello iustum, atque integrum ipsum opus quasi, ex vnguibus nõ dicam leonem, sed prout statueritis æstimare, mihi quidẽ satis fuerit, si, ut in cõmunem studiosorum vtilitatem aliquid pro exiguitare ingenii conferrem, me nullã intermisisse diligentiam, nullis perterritum fuisse laboribus, vel incõmodis, nullis denique pepercisse sumptibus docuero si, proposito, atq: ceptis exitus minus responderit, in nobis culpã oĩno nullam reside, atq; ut breue hoc totius operis cõpendiũ libenti animo conscriberem, non solum vestra causa adductus sum, vt uos. s. mei amantissimos aliquo demererer officio, verum etiã mea. Nã cũ in vrbe plura mihi necesse fuerit libri illius nostri exempla exscribenda curare, eaq; sępe p longa temporis spacia nõ solum apud Censores operis, verumetiam apud alios plures fuerint, & in diuersorũ manus deuenerint, illorum vnum mihi a grauissimo uiro subtractum fuit, et alia, quoq; ex aliis exempla clã me a curiosis quibusdã sũpta fuisse com-

Exẽplaq̃ dã operis auctori subtracta.

tom pertum habeo. Studiosi enim omnes mira quorumcumqne nouorum operũ cupiditate intendi solent, præsertim nondum in lucem editorum, quod solos se, vel cũ paucis ea tenere pulchrum, ac præclarum existiment. Vnde adeo interdũ auide undique cõquirunt, ut neque a furto ipso temperent, & inscio sępe auctore, dum lucello inhiant, & alienã messem metere cupiunt, nonnumquam etiã suppresso, vel mẽtito scriptoris nomine formis excudere, ac peruulgare non verentur, atq. ita sæpe, dũ propriũ commodum, vel gloriam aucupantur, alienã famã, & existimationẽ deturpant, ac planè perdunt. Plerumque enim opera ipsa adeo mutilata, ac deprauata in lucem prodeunt cõsultius auctori futurum fuerit, si aliquãdo ea concremauisset Quod quidem de nostro libro fieri posse minimè suspicarer, nisi quotidianis propè exemplis ita accidere admoneremur; Quod si princeps Poetarum, q tam felici, ac diuite uena tam multa diuinitus scripsit, non modo ita exorsus est, & his carminibus ꝓpria clausit poemata. ut a quo conscripta essent nunquã in dubium reuocari posset, uerum ẽt de duob. versiculis, quos in gratiã Augusti pepigisset, ita fuit solicitus, vt nunquã cõquiesceret, donec magno æstu eum detegeret, q carminum se se auctorẽ mentitus alienã sibi gloriã vendicare conabatur, quanto tandem ęquius est mihi ignosci de iusto opere laboranti, q nec ali[illegible] ingenii quantulumque illud est) specimen dederim, & q in huiusmodi opere a[illegible]endo multos annos posuerim, ac multos ẽt sumptus fecerim? Postquã igitur vel teste Platone, q̃ scribuntur, cõtineri non possunt, efficiam saltem huius libelli editione, qđ boni patres familiãs solent q quidem, ne quid pereat armenti, vel domesticæ supellectilis, pecorib. certã cauterio notã inurere vel familiare quoddam reb. signum apponere, atq. affigere solent: vt quocunque locorũ ea vagari, uel reperiri contigerit, cuius in dominio sint, ex nota ipsa, & signo facile, vel non quærentib. apparere valeat. Sic nos libello hoc edito, quo totius operis, quasi quandã imaginem cõplexi sumus facile hoc cõsecuturos speramus: vt nemo. s. labores, ac vigiliolas nostras sibi temere arrogare possit. De quo si fortè magis soliciti quibusdã videbimur, q libri ipsius mediocritas exposcere videatur, detur uenia imbecillitati hominum, q ꝓpria præsertim ꝑ magno labore, atque impendio sibi cõpararunt, ꝑ sæpe plus æquo æstimare cõsueuerunt. Aliud quoque huc accedat, ꝙ cum nõ pauci sint, quorum minime cõtemendum est iudicium, quib. institutũ hoc nostrum nõ preinde probetur, fieri forte poterit, si ad horum deueniat manus noster hic libellus, quo rationes oẽs huius a nobis susceptæ prouinciæ prosequimur, nec putetur indignus, quem semel saltẽ percurrant, vt eorum aliquem, quasi causa plenius cognita, ad sententiã nostrã adiungamus. Quod ego mihi polliceri, aut sperare nõ auderẽ, nisi eius rei periculum aliquãdo fecissẽ. Et quoniã de negotii serie vniuersa cognoscere, nõ ingratum nobis esse intelligo, nõ ab re futurum puto, si a primis initiis, etiã si pleraque ex his uobis nota sint, rem repetã, & quasi ab ouo exordiar. Ea autem oĩa ita partiemur, vt primo quidem rei gestæ seriem, ac historiã quandã cõtexamus, Deinde institutiones ipsas in Epitomen contractas quasi ꝑ transennam ostendamus. Demum ea, q̃ nobis aliquando obiecta fuerunt, cõfutare, ac refellere conemur. Cum igiť anno a Virgineo partu sesquimillesimo quinquagesimo quinto post Marcellũ II. in sui Pontificatus limine nobis interceptũ habitis de more Comitiis. Ioã. Petrus Caraffa. Rom. Pont. renunciatus esset, ego, q has in ius Canonicũ Institutiones multo antea meditatus fuerã, cum Pontificem mihi viderer nactus generosæ cuiusdã naturę, ac quem præclara inuenta minime aspernaturũ confiderem, illum mihi compellandum esse statui. Itaque cum haud multo post initum Pontificatum, facta loquẽdi copia, qui, & cuius essem, breuiter ei exposuissem, illud etiã adieci, videri mihi, nullã esse ꝑpe bonarum artium, in qua non ab aliquo eius disciplinæ studioso, ac Doctore cõscriptus extaret liber, quo prima artis initia, ac rudimenta cõtinerentur, & q ad cętera magis ardua quasi gradũ faceret atque, vt alia præterirẽ, q̃ pro magna sua in omni facultate doctrina longè illi melius, q̃ mihi cognita essent, esse apud Iurisconsultos Iustiniani Imperatoris iussu compositas Institutiones, quæ studiosis ad inuolutam ac valde perplexã Iuris ciuilis scientiã expeditissimum aditum proculdubio ꝑstent,

Nõ fefellerũt tetna oracula

Lanselot te Virgilij factũ.

Nota an Horimultos ann. posuisse ĩ cõponendis Canonicis Institutionib. ante hũc libellũ editũ.

Mos patrũfam.

Hoc tñ nõ obstãte libello inuento est, q sibi arrogauit.

Existimãtibus proprias pretiosiora q̃ sint dãda interdũ uenia.

Operis partitio.

Nota qđ multo ante ann. 1555.

Auctor fuerat meditatus has Institutiones.

cum

tum me sæpissime admiratum nemini aliquando uenisse in mentẽ, vt similẽ librum in Iure Pontificio conscriberet. quod, si, vt tunc esset, diligenter inspectaretur, ædificio materia potius, aliqua eleganti forma conspicuo foribus ipsis, atque aditu curenti comparari posset. Me iampridem animo versare, vt adhibita quanto maiore possẽ diligentia, & industria, ad imitationẽ earum quæ in iure ciuili extarent, Iuris Canonici Institutiones conscriberẽ; quod ipsum cum omne Ius Canonicum auctoritati ac potestati Romani Pontificis innitatur. sub eiusdẽ etiam Pontificis persona absoluẽdũ uideri. vnde nihil mihi faciendũ Romano Pontifice inscio, atque inconsulto, proinde minime grauaretur, mihi planum facere, num tantam prouinciã quasi eo auctore aggredi, an uero potius à cœptis desistere deberem, neque, si non probaret, me bonas horas male collocare pateretur. Tũ ille manib. me cõplexus, ac quasi cęlũ intuens, Ago tibi (inquit) Domine gratias, ꝙ temporibus quoque nostris præclara dare ingenia non desinis. est enim hoc Neapolitanus usitatissimũ, vt de re vel renuissima magnificentissime loquantur. Inde ad me conuersus vehementer hortatur vt nouũ hoc tam pulchrũ, ac necessariũ (vt ipse asserebat) inuẽtũ litteris mandẽ curaturũ se, vt neq. ego frustra in ea re tẽpus triuisse videri possem, atq; insup daturũ operã, vt si quid mihi forte non undique expolitum excideret, a magnis viris perpoliretur. Multa propterea disertissimẽ suo more, & copiosissimè disseruit, de antiquorũ, & recentiorum ingeniis, in quo mihi, vt cætera prætercam illud pulcherrime dixisse, uisus fuit ac prudentissime, nostrorum scilicet hominũ laborẽ ueterum reprehensionẽ existimari non oportere, tantumque abesse, vt veram ęam esse sententiam arbitraretur, quam uulgo solerent passim vsurpare, nihil scilicet dici, quod dictum non fuerit prius, vt ipse contra semper statuisset, multo plura ea esse, quæ pulchrè inueniri, & conscribi possunt, his ipsis, quæ a veteribus feliciter inuenta, & litteris eleganter mandata fuissent. Hæc cum pontifex dixisset atque, vt prouinciam hãc nouiter suscipere, ac pro viribus absoluerẽ, mandasset, currentemque præmiorum pollicitatione solicitasset, discessi paratissimo scilicet ad scribendum animo. Nõ defuerunt tamen grauissimi, ac doctissimi viri, qui cum me de huiusmodi opere conscribendo cogitare audissent, rem dicerent futuram laboriosissimam, ac difficillimam, & q̃ feliciter posset cadere penè diffiderent. Ego uero, cum multa factamihi proponerẽ, quę ante quam finerent, nunquam confici potuisse credebant, quid alii opinarentur, nõ usque adeo curandum statui, ut illorum opinio me ab instituto meo, ac sententia depelleret. Romano præsertim Pontifice non tam subscribente, quam vehementer vrgente. Cum scirem vel ab ipsis mundi initiis, nihil vnquam in ullo genere rerũ tam exactum, & pulchrum prodiisse, quo non pulcherius id sit, quod quis in eodẽ genere cogitatione tantũ, ac mẽte cõplecti potest. vñ & Phidiæ simulachris, & Appellis picturis, quib. nihil in illo genere perfectius antiquorũ ætas uidit, cogitare tamen possumus pulcheriora. Putaui igitur non omnino illud spernendum fore quod nec in re non modo mediocris vnius, sed etiam plurium præcellentium uirorum studiũ uehemens, atq; enixa diligentia præstare potuisset quamq uã id ei, quod summi homines mente cõprehendissent, minime respõderet. Nec enim nisi prudẽter admodũ ille.

Iuris Canonici ædificium aditu carens.

Pôtificis respôso.

Imo nimis frustra si pôtif. libertatê spectes.

Pôtificis de inuentione sẽtentia.

Multa p̃ter spẽ faliciter cõfecta.

Nemo unquã assecutus q̃tum pôt mẽs hoĩs concipere

Vbi plura uitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis.

Quod si adhuc fieret, ut ipsum rei euentus melius eos, quã nos sensisse doceret, conatum tamẽ ipsũ fore gloriosum mihi persuaseram. Recepi itaque me in patriã, vt ibi altiore otio perfrui liceret, remque aggressus sum maiore forsan animo, atq; ausu, quã ingenio, & uiribus, atque per totum triennium ita operi inchoato absoluẽdo incubui, vt nulli negotio unquã in omni uita vehemẽtius. Percrebuerat interea in Perusina vestra Academia rumor obscurus, mãdasse summũ Pontificẽ, ut Iuris Canonici Institutiones per nos cõponerentur, incenditque ea res mirum in modũ iuuenum animos, quorũ cũ plures domum nostram ventitarent, meque sæpe deducerẽt ac deducerent, de hoc sæpius percũctari, nõ modo vt ipsis ingenue rem cõfiterer, verũ ẽt vt noui operis inspiciendi potestatẽ facerẽ, extorserũt. Quomodo enim nobilissimis iuuenib. meiq; amãtissimis, ac studiosissimis obnixe id flagitantibus negarem?

In reb. arduis conatus gloriosus.

Nota op inchoatũ ante quã habitus esset sermo cum Pôtifice.

Itaque

Itaque maiore tum incensi desiderio alii libri exemplu magis precidib. poscere alii legendi tantum copiam facerem precari, omnes vt opus cito edere cupere, ac rogare. Cumque respondissem, neque exemplu me tradere, neque de edendo libro inconsulto Pontifice cogitare posse, accidit ipsis, quod ferme omnibus solet, ut ve titae rei desiderio magis quã antea accenderentur. Igitur post aliquos inter se habitos sermones, eos apud quos totius vniuersitatis vestrę ius & auctoritas sidet (cõsiliarios appellant) in publicas scholas cõuocant, ac Fuluio Ptolomeo nobili Senẽ. (is est, quem nunc magna cum laude Perusiæ iuri dicundo præesse conspicitis) rei exponendæ dant negotium. Qui cum eleganter, & copiose explicasset, quid mihi iampridem Pontifex mandasset, subiecit multum ipsorum oium interesse, si liber ita mature ederetur vt ipsis quoque, qui adhuc sub pręceptoribus vtrusq. Iuris studia urgerent, vsui esse posset. vnde putare cum aliis pluribus Ere ipsorũ fore, si de numero ipsorum vnus, aut alter deligeretur. qui Romam concederet, vt illorũ nomine cum Pontifice de opere ipso mature edendo ageret. Ptolomeum exceperunt omnes, & mora non iniecta eligunt Petrum Glussianum Mediolan ensẽ lectissimis tum moribus, tum litteris ornatum iuuenem, mandantq; vt cum Pontifice de ope re quam primum castigando, & edendo illorum nomine agat, simulq ue litteras ab illis pontificẽ accuratissime perscriptas reddat. erant autem litteræ in hanc fermẽ sententiam conceptæ. Non esse illis nouum, sed vsitatũ iam, ac ꝑpe quotidianum aliquid audire, qđ ipse Pontifex pro Christiana Rep. sapientissime, cogitare, atq. exequi soleret, eius generit inter cætera multa, etiã illud esse quod intellexisset illũ Io. Paulo Lancelotto Iurisconsulto mandasse, ut absolueret, quas iustinianũ ęmu latus Pontificio nomine Iuris canonici Institutionnes iam inchoasset? quo nullũ illis in uita grauius nuncium, & optatius contingere potuisse, quippe qui satis liquido perspicerent, q̃ vberem inde fructum essent aliquando percepturi Cũq. pene absolutum opus cognouissent, obnixe orare, atque obsecrare, ut ꝓ suo oẽs atq. adeo in studiosos caritate, & propensa semper uoluntate, quãprimũ opus ipsũ castigandum, & edendum curare vellet, vt ipsi quoque, qui adhuc in cusu studiosorũ essent, eo libro aliquid proficere valerent. Me quoque, vt cũ Glussiano iter Romã arripiam, rogant. Ergo non multo postea ego & Glussia nos Romẽ appulimus red ditisque litteris Academię vestræ ad Cardinales plures ꝑsertim illos quib. qđ ab ipso Senatorio munere honestati essent, familiarius cæteris Pontifex vtebatur vt nobis apud principẽ pręsto esse, & negotia nostro fauere velint rogamus, qđ omnes sine cunctatione sunt polliciti, & pro viribus aliqui postea ꝑstiterũt. est in hac re, quod Fabio Myrto Pręsuli caiacensi nostræ tunc Vrbis Vmbrięque moderatori atque Hyppolito corneo perusino Antistiti gratias habeamus, qđ tum suis ad am plissimos viros litteris abeuntes nos prosecuti fuerunt, tũ nullũ officii genus postea prætermiserunt, quod ad hanc rẽ promouendã cõducere sunt arbitrati. Litteris igitur redditis cardinales ipsos, vt nobis ad pontificem aditum impetrent sæpius rogamus id tamen quamquam sedulo instaremus, a nobis nullo pacto tũc obtineri potuit. Quod propterea nobis leuius ferendum erat, quia propter ingrauescẽtẽ quotidie magis pontificis ętatem, graues, atq. immodicas curas, & vacillante sępe valetudinem, & inueteratam sic viuendi consuetudinem idem principibus uiris, & regũ ipsorũ legatis contingere animaduertebamus. Non deerant, tamen interea, q nobis aditum ad pontificem vel in horas cõstantissime policerentur, nobisq. curiæ ac pontificis ipsius mores minime calentibus facile id persuaderẽt. Vnde põtificiæ ipsi aulæ ita in hęrebamus. vt ne latum quidem vnguẽ plures totos dies atq. integros meses inde nos diuelli nõn pateremur, ne scilicet ille temporis articulus elaberetur absentibus, quo nos ad pontificem accipi posse stulte existimabamus. Sed cũ spe nostra sæpissime frustrati essemus, & de congressu penitus desperassemus, cœptorum pertęsi, discessum, amplissimis, etiam viris id suadentibus, adornabamus, & discessissemus, nisi Nicolai Maiorani præsulis, Amalfitani uiri integerrimi suasu, nouam gerendi negotii rationem fuissemus ingressi. Suasit enim is, vt quæ coram per id tempus non possemus, per litteras saltem cum ipso ageremus.

In uestitum nitimur.

Petrus Glussianus orator ad põtificẽ pro Academia perusina.

Auctor Romã reuertitur opere absoluto.

Aditus ad pontifice non impetratus.

Glusian. et auctor cogitans de reditu in patriam re infecta.

Breuem

'Breuem ergo cōmentariolum ad Pontificem in hanc sententiam concepimus: Absolute, s. esse iam Iuris Canonici Institutiones hortatu suo compositas, proinde diligere vellet idoneos viros qui opus (sicubi res poscere) castigarent, & castigatū, atque emendatū tādē, vel Pontificio, vel priuato noīe, prout consultius esse arbitraretur, edi pateretur: rogamus Alphōsū Caraffam Cardinalem Neapolitanū iuuenē humanissimū, & qui nobis, quantū sibi per ingenium Pōtificis licebat mirificè semper fauit, vt & schedulam ipsam, & litteras Academiæ vestræ ad Pontificem deferatis acceptas reddit. Haud multo post easdem Pontifex Aloysio Lyppomano, qui nuperrimè accitus ad aulam accesserat, & cum insigni laude, tum fidei, tum diligentiæ principis a secretis agebat, legendas tradit. Quibus perlectis his verbis vsū Pōtificem mihi Lyppomanus ipse dum viueret, sæpius retulit. Iste bonus Doctor iusta petit, & meretur exaudiri: quia amat lucem, & odit tenebras, tum ēt plura adiecit, quibus, & opus absolui velle asserebat, & illius nostri primi congressus, ac demandatę mihi triennio ante prouinciæ perspicue illum meminisse Lyppomanus testabatur. Addidit mihi, cui Pontifices mores & ingenium penitus erant incogniti, spē aliquā rei ex sententia conficiendæ audire eum, qui de negotijs tractandis, vel mihi, vel oīno modicè cogitare putabatur, huius nostri & diuturnam tenere memoriam, & de illo sic loqui, vt eius absoluēdi desideriū, ut Lyppomanus testabatur magnū præ se ferret. Venerunt nuper ad manus meas eiusdem Lyppomani ad vos litteræ, quibus vobis rñdet, ꝙ gratias, s. ei egissetis, quod ille cum Pōtifice de edendo opere tractatum habuisset. Placuit eas hic nostro Cōmentario in texere, vt humanitatis diuini nominis testes. Audio Cardinales ēt aliquot vobis humanissime rescripsisse. Sed illorum litteræ ad manus nostras, cum in vrbe tunc ageremus, non peruenerunt, ideoque illas Commentario huic nostro inserere non potuimus.

Cū Pontifice actū per litteras.

Lypomanus Pontificia secretis.

Quid responderit Pōtifex chyrographo perlecto.

DOCTISSIMAE, ET ERVDITISSIMAE

Vniuersitati Scholarium Perusiæ commorantium.

ACCEPI litteras vestras, eruditissimi viri, quibus mihi gratias agitis, quod apud Sanctissimum nostrum negotio vestro fauerim. Ego quidē (quod in me erat) summopere studui, vt desiderio petitionique vestræ sanctitatem suam bene affectam redderem. Id si ex sententia successerit, gratissimum mihi fuerit: non quod propterea aliquid mihi deberi vellim, sed tantum, quia opera nostra bene fuerit collocata: quæ si a lijs vobis in rebus contigerit esse necessaria, eam semper paratissimam habebitis Romæ X. Kalēd. Ianuarij. M.D.L VII.

Vester totus A. Lypomanus Episc. Veronensis indignus.

Interea dum Pontifex de censoribus operis cogitat, serpit per vrbem rumor, aduenisse ignotum hominem, qui se Iuris Canonici constitutiones composuisse iactet, de quo (vt in rebus nouis assolet) varius illico sermo. Alij. n. inuentum multis laudibus extollebant. Alij laboriosam esse prouincia asserebant, periculi valde plenam. Alij rem putabant insulam, ac plane ridiculam, vsque adeo non probabant, vt nec institutionibus Iustiniani parcerent, quarum exemplo quasi quodam clypeo nostras ego ab obtrectatoribus defendebam. Libet referre nostrum quendam congressum cum homine, qui tunc apud nonnullos, qui ex dicacitate, & clamore cuiusque eruditionem metiūtur, non modicam sibi doctrinæ, ac iudicij opinionem vindicaret. Is cum de nouo libro edendo Pontificem audit cogitare, statim me acciri iubet, accedo, vel libri inspiciēdi copiam faciam, rogat: exhibeo, legit paucissima, nihil cunctatus, negat rectè positū: in quo offendat, interrogo, vtq; castiget rogo, ille quasi compertissimum errorem haberet, statim locū emēdat, bone Deus

De institutionibus Iuris Canonici varia in vrbe opinionis.

Auctoris Præfecto Annonæ cōgressus

me Deus quam in fulse? nego locum emendandum, ille constantissime, & obstinatissime, quanto negabam magis, asseuerabat magis. Iubemus afferri librũ, vñ quę ille corrigenda asserebat, excerpsissem, & meũ librũ optima fide transtulissem. tum locum ipsum ostendo, vbi ad verbum pene eo omnia legebant, quę ipse emẽdãda ducere. Quid quęritis? commode illa cecidit, ꝙ cum turba Cupedinariorum, ac Pistorum circumfusus esset (erat enim Annonæ tunc ꝑfectus) nemo nisi unus, aut alter, quam delitaret intelligere potuit. Is igitur, ubi frustra se tentare intelligit, vt mihi ineptias suas probet, ad imperitiã multitudinẽ cõuersus, quasi nullus sibi mecũ esset sermo plurima ferme concionabundus sermocinatur, me non tã cõtradicente, quam tacite stomachante. Extremum illud fuit, vt diceret, se neque Pontificis neq; meum institutum ullo pacto probare posse, q̃n neque Iustiniani institutiones unquam multũ probasset. Imo tãquam inutiles ac iuuenibus dãnosas improbare soleret, sese hominem esse, qui dicendi libertate gauderet, vnde quæ sentiret, libere ẽt proloqui consueuisse. Hæc cum Pistoribus suis, & cauponibus acclamantib. dixisset illud ẽt (non oĩno fortasse temere) adiecit, futurum, s. vt multorum inuidia magnum mihi in hac re negotium faceret, qui tunc cum maxime mihi studere sese fingerẽt, meę causæ iugulũ essent petituri, ac eã quasi per cuniculos oppugnaturi. Ego vbi hoĩem palã insanire perspicio, nihil magis, quã aliquẽ sermonis exitũ quęrebã, vt dẽtatæ bestiæ, cui me lacerandũ temere obiecerã, quanto possem citius subtraherẽ. Rñdi, itaq; quę dixisset non oĩno mihi improbari præsertim, si ceteri, qui Iuri Canonico daturi essent operam, ac futuri essent ingenij, & iudicij præstantia, q̃ omnes in ipso admirarentur, cęterũ velut Lucilius nõ Persio, hoc est doctissimis viris, sed Tarẽtinis suis, hoc est mediocrib. ingenijs sese scribere asserebat: ita me Tyronibus, q plerũque ingenio essent mediocri, ac nulla prorsus imbuti Iuris disciplina nõ sui similib. Iuris Canonici institutiones perscripsisse. Discedo itaq; sed tñ nescio quo familiari suo argutulo hoĩe in ipsa via me acriter infectante, atque obtundẽte qđ opus ipsum institutiones inscripsisse, quasi inscriptio ipsa nimis esset arrogans, cui cum rñdissem, me non id a Iustiniano mutuatum, sed a Grammaticis, qui libellos suos q b. pueritia institui soleret, Grammaticas institutiones vocant, vel si magis placeret, a Rethoricis, apud quos oratoriæ Institutiones hñtur, tñ, vt mihi molestus esse desineret, ẽt atque ẽt rogo, & librum vel quolibet noĩe suo arbitratu appellaret, nec aliter me ab illa molestia potui explicare. Erant & q dicerẽt nõ videri verisimile, me q iuri ciuili interꝑtando duodecim annos occupatus fuisse, potuisse interim aliq̃d lectione dignum in iure Pontificio cõmentari, quasi vero no hæc iura cõnexa sint, sed ita dissimilia ac inter sẽ pugnantia, vt q alterutrum profiteri velit, alterius dediscẽdi necessitate vrgeat. Nõnulli vero, q ex aspectu annorum numerum conijciebãt, ætatẽ mihi obijciebant, prouinciãque hãc tãtam non iuueni, q̃uis eruditio, sed grandæuis, & præcellentib. viris demãdari debuisse. His ego rñdebã, barbã (vt est in adagio) Philosophũ nõ facere, tum & iuuenes q̃nque magna præstitisse, & q̃n liber esset in manib. ex libro ipso de me, non ex ætate mea illico de opere iudicium fieri oportere, neque esse coniectura iudicandum, vbi demonstrationi locus esse posset, nec multum interesse, num præcellẽtes illi viri, quos isti adhiberi oportuisse recte existimarent, inchoãdo operi interfuissent, dum tñ castigãdo, atque absoluendo præcesserit. Alia quoque aduersus nos contemptim iaciebãtur quæ tũc dissimulãda, ac leuiter ferẽda ducebamus, cum sciremus, nec diuinum hoĩem Christophorum Columbum (si parua maximis cõparare liceat) antea noua maria, nouos orbes noua sydera, mortalib. patefacere potuisse, q̃ decoctoris, ac vanissimi hominis apud oẽs diu nomen pertulisset. Quamq̃ non deerant eruditissimi viri, q institutum nrm nõ mediocriter collaudarent, quorum (vt interim Italos plures omittam) quasi antesignanos uideor mihi posse proferre summos, ac maximo iudicio ꝑditos viros Frãciscum Vargã. Gropperos fratres, & Franciscum Sõnium Louaniẽsẽ, q cum de rõne instituti nři ex me cognoscere voluissẽt, tm̃ abest vt ĩprobauerint vt non vulgaribus ẽt laudibus rem extollerent. Erat tamen quod in hac re mirari possetis, nẽpe ꝙ illi ipsi, qui instituti nostri impugnatores, vel cõtemptores essent,

Fuit is Barthomęus Camerarius Beneuentanus, vir audax, & maledicus, institutiones Iustiniani improbans.

Præmonitio de inuidia.

Auctoris responsio

Operis inscriptio.

Varia in auctore obiecta.

possessio

Aetas.

Barba non facit philosophũ.

Christophorus Colũbus diu vanissimus reputatus.

Et tãtẽ ipsu

miro

miro operis videndi desiderio teneri videbant, ita vt ultro ad nos multi eius operis inspiciendi gratia accederent, & quos pudor, ac dignitas ad hospicium nrm se conferre minime patiebatur, nos ad se aduocabant, adeo vt tota prope die librum ipsũ quasi rem quandam nouam ex remotissimis orbis regionibus aduectã circũferre necesse esset. Sed cum id mihi molestissimũ acciderer, nouo commẽto amoui a me hãc molestiam. Si quidem nris cursitationib. dieculam suffurari libellum conscripsimus quo totius operis summam, atque ordinẽ breuissime cõplexi sumus, atque is ipsius est quẽ nunc vobis quoque a me cõpositũ esse volo. Quẽ si quis perlegerit, de toto opere coniecturã ducere, immo explorato iudicare poterit. Eius igitur legendi copiam pluribus cum fecissem, vsque adeo ab oĩb. fermè probatus est, vt illius lectio ex meis oppugnantibus nonnullos strenuos reddiderit propugnatores. Inter hos Quintilianus Mãdosius aduocatus Romanus a me reponendus est, qui cũ initio institutiones has videretur passim contemnere, neque adduci posset, vt quidq̃ lectione dignum a vobis perfectum esse existimaret, quod tanto operis titulo respondere posset, epitome perlecta, ita de pristina illa sua sententia deiectus est, & nostræ causę addictus (nam bene nata ingenia, nec pertinacia sunt, vbi meliora vident facile sequuntur) vt ego eum quasi ex Saulo meum Paulũ euasisse pręedicare solerem. Sed vt adhuc quanto possem vberius cunctis satisfacerem, & quotidiana a me certamina propellerẽ, & semel oĩbus responderem ipso compendio Apologiã adiungendã duxi, qua collectis vniuersorum, qui institutum nrm non probarẽt sententijs aduersantiũ dicta confutare, ac reijcere pro viribus sũ conatus. cuius tenorẽ tertiæ parti huius ad vos destinati. Commentarij sum cõplexus. In quidem si cui fortasse in tanta præsertim ingenij doctrinæ mediocritate tumidiores esse videbimur, q̃ decere existimet, cogitet nos fieri, nescio quo pacto, vt dũ iniustè nimis vrgemus, aduersus oppugnatores nostros ampullosi ẽt inuiti esse cogamur, nam & milites dũ præliũ cõferunt, non ictus taciti incutiunt, sed manus ẽt clamorib. adiuuant. Natura. n. si cõparatum est, vt quod quisquis ordine ac recta mente cõplexum confidit, si obtrectetur, acriter tueatur. Intolerandum pręterea illorum est supercilium, qui iudicare de a ijs cum promptè soleant, ipsi facere nihil nouerũt, & optimã quæque prius assuerũt contẽnere, q̃ cognoscere. Illis aũt minime respondendum duxi, qui me librum surripuisse, ac magni alicuius viri scrinia compilasse calũniabantur, quod dicerent, eo me, quẽ nec de facie quidem nossent, nec esse iudicio, vel eruditione præditum, vt tantã rem aggredi, ac feliciter absoluere potuerim, quãquam cuius id opus esse existimarent, interea non proferrent. His. n. magis erat, ꝙ gratias agere, quã succensere deberem, cũm nõ tã mihi detrahere, q̃ operi ipsi multum tribuere viderentur & has senescentis, ac fessæ, & quasi laborantis aduersus virtutẽ inuidiæ voces lętus agnoscebam. Inter hæc, cum anteq̃ rei finis haberi posset, diu mihi Romæ manẽdũ esse apparet instantib. Aloysius Lypomano, & Ardiughello, necnon Paulo Tarano viris grauissimis, & prudẽtissimo, publico decreto statuitur, vt in Perusina Academia mei q̃q̃ absentis, ratio habeatur, atque ideo & profitendi locus, & honorariũ mihi seruet. Eodem tempore Alphonsus Caraffa in album familiarium ipsius Põtificis me referri iubet, & totius negotij conficiendi prouinciã suscipit, in quo est, ꝙ gratias agã ornatissimis viris atq. optimis Episcopus Io. Bap. Castaneæ: Vicentino Ferrerio, Angelo Massarello, & Aduardo Gualaneo. Hi. n. non destiterũt in medijs negotiorum fluctib. & nos, & rem nostrã Alphonso cõmendare, atque currentem quidem illum sua sponte, sed tñ grauissimis rebus interdum valde implicitum, atq; occupatum incitare. Pontifex vero dum de Censoribus, & castigatione operis cogitat, negotium dat Io. Reumano, & eidẽ Alphõso Cardinalibus, vt diligenti peruestigatione præuia ex oĩbus qui in Vrbe essẽt tres diligerent, qui huic ferendo oneri idonei, ac pares esse possẽt, subijciens (vt mihi postea Reumanus sæpius retulit) rẽ hãc maximè sibi esse cordi, atque operare vehemẽter, vt anteq̃ ex humanis excedere Christiana resp. huius operis cõmodum ex se sentiret, ac quasi munus quoddã librum hunc a se reciperet ꝑfectũ se, vt eos, qui opi ex poliẽdo, & ꝑficiẽdo insudassẽt, laboris ac diligẽtię suę nõ pęniteret. At cardinales Põtif. acceptis mãdatis, licet

hunc

Marginal notes: *...gnatores operis inspiciẽdi desiderio capti.* — *Excusat se quod cũ stomacho inter dum loquatur.* — *Intolerãdi qui de alijs prõptè iudicant, & nihil ipsi prę stãt.* — *Auctor furti insimulatus.* — *Auctori absenti & locus & honorariũ in Academia Perusina reseruata.* — *Pontifex mandat Reumano, & Neapolitano, vt Censores eligant.*

hanc operis castigandi prouinciam multi non obscure ultro ambirent, ex omnib. ta mē qui in Vrbe essent, delegerunt Fabium Acorumbonū Sacri Pōtificii auditorii ut (appellant) tunc Decanum, Iulium Oradinum illius Collegam, & Antoniū Massam causarum patronum, uiros cū iudicio, & eruditione præstātissimos, tū in foro, & iudiciis, & interpretando iure exercitatissimos. Acceptis ergo ab his mandatis Pōtificiis, suū quisq; a me sumit operis exemplū, plura enim ergo antea in eū usum priuatis sūptibus exscribenda curauerā. Acorūbonus autem, qui quod amplissimi ordinis, & auditorii caput esset, negotio præesse uidebatur, prius quā librum attingerent, oneris socios, & me quoque una splendido conuiuio excepit, actumque eodem die inter eos est quo ordine, qua ve ratione res tractari, & absolui oporteret; itūque est in hanc sē tentiam, vt singuli librum, uel libri partē seorsim excuterent, atque si qua offenderēt quæ forte non probarent, aut addenda, tollendave putarent, non immutarēt quidé, sed cōpactis ad eum usum codicillis annotarēt, annotata mihi una, aut altero die, antequam nobis esset in eundem locū conueniendum, traderet, ne imparatus quasi causam dicere cogerer, inde ut certis diebus cōueniremus, atque rebus inuicē, cōmunicatis quæ addenda, uel immutanda, vel resecāda essent, de omnium, uel maioris partis sententia adderētur, immutarentur, & resecarētur. Quæ omnia post modum ad amussim ex communi præscripto peracta fuerunt, at que toties simul conuentum, donec ex ipsorum consensu, & iudicio censuram opus ipsum recipit. Nullo hic pacto explicare possum, quanto omnes ingenio in hac castigatione, quanto animi candore, quanta demum eruditione uersati fuerint, nihil umquam improbauerunt, quin si quid ad defensionem afferrem & dilligentissimè, & libentissimè audirent, ac ponderarent, & sepæ etiam de propria sententia, quasi causa plenius cognita decederent. unde illis non modo ego, sed etiam, si quando tandem librum edi contigerit) omnes studiosi adeo debebimus, vt pro collato in nos beneficio gratias numquam satis agere ualeamus. Opere castigato, ac recognito reliquum erat, vt de re tota per Censores ad Pontificem referretur, quod ipsum illi quam primum facturi uidebantur, si eis ad ipsū aditus patere potuisset. Sed is tam in abdito asseruabatur, tam omniū eōgressus auersari uidebatur, ut ne ad sacra quidem audienda iam è conclaui pedem efferret. Vnde præter cōiunctos, ac familiaris paucissimos admittebatur nemo, nisi forte magnorū regum Legati: quos tamen & ipsos prius ob eam rē aliquandiu pensare oportebat & sæpe die, atque hora ad compellandum Pontificem dicta uenientes, ac per aliquot horas expectantes, demum excludebantur. Neque mirum cuiquam hoc uideatur, cū sæpe etiam (ut ferebatur,) contingeret, ut uiros amplissimos ultro ex remotissimis orbis regionibus magno illorum incommodo sumptu Romam euocaret; uenientesque uix post longum temporis spatium admitteret, quod quidem utrum ex difficili, & omnia tardius agentis Pontificis ipsius ingenio, uel alia de causa contingeret, mihi, quidem non satis est in comperto. Illud quidem certo scio, vel Solem ipsū ægre, iam tum ad illum penetrare potuisse. Vnde cum omnis prope coram referendi esset Censoribus nostris spes ex hoc adempta, quod coram se non posse intelligerent ꝑ litteras, demum agere decreuerunt. Epistolam itaque communi nomine conscribunt, quā, quid de opere sentiant, complectuntur, eāquē Pontifici reddi curant, uberius ēt ubi colloquendi potestas fieret, eorum relaturi. Vt aut quilibet, quæ sit illorū de libro sententia, facile cognoscere ualeat, illam ipsam omnium oculis subiiciendam duxi.

Qui Censores delecti.

Operis castigandi, modus et ordo.

Pōtificis adeundi maxima difficultas.

BEATISSIME PATER.



CVm S. V. nobis iniūxerit, vt Institutiones Iuris Canonici iussu, & nomine B. V. cōpositas uideremus, & excuteremus, primū vniuersū Opus singuli perlegimus. Inde certis dieb. in unum locū simul sæpius cōuenietes, rebusq. inuicē cōicatis

Censorū relatio.

Nõnulla per Censores immutata. Testimoniũ de diligentia auctoris. Liber necessarius & bene ordinatus. Ciuiliũ, & Canonicarũ Institutionum comparatio.

ea, quæ vel immutanda, vel addẽda, vel resecãda visa fuerunt, pro tenuitate iudicij nostri immutauimus, addidimus, & rescauimus, auctoremq. ipsum, (qui nobis non contemnendo ingenio, & eruditione prẽditus visus fuit) exactissimam operi absoluendo diligentiam adhibuisse multis argumentis comperimus. Librum itaque iudicamus, cum necessarium, tum ẽt bene ordinatum, ac digestũ. Cũ vniuersa prope, q̃ Pontificii iuris libris sparsa conspiciuntur, certa via, & rõne compendiosaque breuitate complectatur & vere (nisi nos fallit opinio,) ab oĩb. commendandum erit propositum, atq. institutum S.V. quasi sibi diuinitus inspiratũ, quũ non minus gra,um futurum sit hoc opus Iuris Põtificij studiosis, quam sint institutiones, Iustiniani nomine compositæ iura Ciuilia profiteri volentibus. Existimauimus tamen ne qua omnino, (quantũ fieri põt) an sadetur, & occasio nouis altercationib. quas interdũ nimis anxie diligẽtes morosa curiositate excitare consuerunt, forte non ab re esse, si nonnulla inserantur prooemio, quod ipsi operi. B.V. præfigendum duxerit,

Quædã Prooemio institutionum inferẽdo. Diligentia Censorum.

de quibus cum primum commodo suo fieri poterit, vt suo nos dignetur alloquio, plenius differemus, omnia tñ sapientissimo iudicio B.V. relinquentes, cui quanto maiores possumus gratias agimus, quod nos, qui tãti nos non facimus, dignos putauerit, quib. tam arduũ negotium cõmittmitteret, in quo si quid defecimus, id totum nostræ imbecillitati ascribere dignetur, non ꝙ oĩ diligentia, & conatu ad ex equenda mandata S.V. paritissimi (vt debemus) non fuerimus, quam Deus Opt. Max diu nobis incolumem, felicemque super esse velit. E.B.V.

Fabilius Acorambonus Rotæ Decanus.

Humiliss Seruuli Iulius Oradinus Rotæ auditor.

Antonius Massa.

A tergo.

A. C.

Pro magnif. D Io. Paulo Lancelotto, Die iiij. Nouembris.

Adam de inuidia est Notarius.

Die quarta nouembris constitutus in officio mei Notarii, & coram me, &c. D. Vehantius Barnabæus clericus Fulginaten. testis inductus super recognitione retro scriptarum subscriptionum, qui uisis, &c. recognouit manum, & subscriptionẽ Mag. Do. Antonii Massæ de Gallesio, quem uidit pluries subscribere, iurauit tactis, &c. Deinde ibidẽ, &c. D. Garolus de Vallata Clericus Rodonẽ. diæcesis substitutus in oficio D. Felicis de Romalis, qui uisis, &c. recognouit oẽs tres manus, & subscriptiones in forma quia uidit eos omnes scribere, iurauit tactis, &c. Successiue in eodem officio coram me notario, &c. D. Bernardus S. D. N. PP. Cursor testis inductus super eadem recognitione, qui uisis, &c. recognouit binas primas subscriptiones scriptas, uidelicet manibus R. P. D. Fabii. Acoramboni, & Iulii Oradini, quos pluries uidit scribere, iurauit tactis &c.

Adam de Inuidia Notarius.

Testimoniũ Cardinalis Reuma-



ANno salutis nostræ Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, mẽse Octobris Sanctissimus Dominus noster interpellatus litteris Scholariũ vniuersitatis academię Perusinę, vt dignaretur edere librũ Institutionũ iuris Canonici, quas D. I. Paulũ Lancelottũ iussu, & noĩe suæ Sanctitatis cõscripsisse audierant. man-

mandauit nobis, vt idoneos viros deligeremus, qui perlecto, & diligẽter excusso opere, referrent, num huiusmodi esset, quod suo nomine S.S. edi posset. Nos autem delegimus R. Fabium Acorambonum, Iulium Oradinum Auditores Rotæ, & D. Antonium Massam causarum Patronum quorum electionem etiam S.D. confirmauit, qui quidem viso libro, retulerunt, pro vt habetur in eorum relatione in scriptis facta.

Supra Vera sunt, in quorum fidem me subscripsi Io. Cardinalis Reumanus.

Istud est igitur grauissimorũ, & eruditissimorum hominũ causa, penitus cognita ac perspecta, de nostris Institutionibus iudicium, cui si quis non perlecto præsertim opere, proprium uelit anteponere, non secus agere, me iudice, uideri potest, atq; si quis dicat, acutius se nocte intempesta posse cernere. quam alios ipso in meridie. Sed quoniam quiddam Procemio inseri non ab re esse significant, ne quis adhuc tergiuersari possit, hoc quoque cuiusmodi sit, est nobis aperiendum. Viri oculatissimi nihil æque timuerunt, quam ne quis (si qua forte uerba operi essent inserta, q̃ ab his, quæ in Decretalium libris leguntur, diuersa essent) ad ueterum iuriũ correctionem eam ueritatem subtili nimis, ac sophistica interpretatione detorqueret, ut Interpretes interdum, dum vel syllabas superstitiosius ponderant, sunt morosi, proptereaque & a me prius, & ab ipsis postea magna est adhibita diligentia, ne (quantum res pateretur) temere, & cum periculo a verbis veterum recederemus, immo multa q̃ cubitalibus litteris aliis Pontifici Iuris libris inueniuntur expressa de libro Censores expungi uoluerunt, siue quod legentium auribus prima facie male sonarent, siue, q̃ usu non admodum recepta essent, siue quod obscuritatem continerẽt, claritati enim mirum in modum videntur mihi studuisse. Cæterum ut adhuc Cauillatorib. verborumque aucupatoribus penitus os occluderetur, cõsultissime agi putauerunt, si summus ipse Pontifex Procemio, quod operi esset pręfigendum testato hoc exprimeret quod ius nouum condere, uel vetus abrogare non intendit. Et vt ipsius negotii effigiem plene cognitam habeatis, quasi ob oculos positam, subiiciam hic procemii exẽplum non quidem a Pontifice, vel eius mandato a quoqua conscriptum, sed a me ipso hortatu, & iussu ipsorum Censorum antequam librum attingerent compositum quod (sicut ipsi tunc asserebant) propterea, vt facerẽ, mandauerunt, ut ipsius rei ab ipso initio totam imaginẽ expressam quasi de propinquo melius possent intueri.

Quid cẽ sores operis procemio inserendũ censuerant.

Male sonantia uel usu non recepta de libro abrasa.

Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei uniuersis iuris Pontificij candidatis Sal. & Apost. Ben.



Ominem rectum creauit Deus, ille autem dũ declinat ad malitũ, ĩfinitis (vt diuina testãtur oracula) sese miscuit quæstionib. Hinc est, quod ingruentib. malis moribus, & gliscentibus iugiter litigiis, & nouis casib. emergentib., necesse fuit ad veteres Canones uaria sacrorum Conciliorũ Decreta, ac multas recentiorũ pontificũ constitutiones adiungere, quæ inordinatis reb. ordinẽ tribuerent, inutilia præscinderent, labentia fulcirent, & ex uinea Domini, quasi quidã sarculus, non modo nocentes herbas euellerent, uerũ ẽt salutiferas insererent. Vnde sacrorũ Canonũ Decretaliũq; Epistolarũ (reb. ita exigentib.) tã magnus hodie factus est cumulus, vt numerũ prope legum sęculariũ exęquare videantur. Inde fit, vt quę cito, &

Ecc.c.7.

cunctis innotescere necessariū forte, vix a paucis diuturno studio cognosci ualeant. quod ipsum accidit, non modo ob Constitutionum multitudinem, uerum etiā quod iis, qui istius iuris scientia imbui cupiunt nulla certa uia uel methodus à quoquam huc vsque prescripta fuerit vnde nullius certis initiis, ac uestigiis inherentes per deuia incerto cursu temere vagari compelluntur. Et sane perquam incongruum erat, vt sacrosancta Iuris pontificii facultas principio ipso, hoc est parte potissima careret, & à legitibus profanis, quæ Canonib. ipsis famulari consueuerunt, & hac parte superaret. Idcirco inter cūctas solicitudines, ad quas nos debitū Apostolicæ seruitutis adstringi, non in postremis ducimus vt florentissime iuuētutis studia nūc magis propositis præmiis, nūc eruditissimis uiris ad docendū ad Gymnasia nostra undiq; accersitis nūc nouorū editione librorū quantū possumus subleuemus. Studiorū itaq; difficultatib. paternæ diligentiç studiis obuiā ire cupiētes, nō tā per hoc aliquid noui iuris statuere volentes, ea quæ hucusque variis locis ac libris dispersa fuerunt, quasi in artem redigenda curauimus, & dilecto N. mandauimus, vt ex vniuersis Pontificii Iuris libris Institutiones certo ordine contexeret, & conficeret, quas in quattuor libros, & congruos titulos partiri iussimus, vt sint totius Iuris Canonici principium, & elementa, quarum ductu expeditius, & citius ad metam illius iuris studiosi peruenire valeant. Legimus itaque, & per dilectos filios nostros. N. N. N. summa cum diligentia, & studio recognouimus, easque nunc ad uniuersitates vestras transmittimus. Sumite igitur alacri animo, & cum omni reuerentia, atque iis ita operam date, vt ad cætera cito, & facile beneficio nostro peruenietes, Apostolicç sedis atque uniuersæ Christianæ Reip. cōmodo, atque ornamēto aliquando esse ualeatis. Datum, &c.

Ad effugiendum igitur scopulum istum correctionis, & innouationis, quem multi non quidem temere, sed omnino nimis superstitiose formidant, triplex est paratum
Triplex medium. Primū efficacissimum, prçsentissimumque Pontificis ipsius testatio, si diser
remediū te caueat, quod non intendit ius nouum condere, nisi id ipsū exprimat. Quā quidē
ad effu- si prooemio suarum Institutionum, & Iustinianus olim inseruisset, multæ de medio
giendam legum perplexitates sublatæ essent, quæ legentium nūc ingenia vehemēter torquēt.
inouatio- Secundum nostra omnium in ea re cauenda diligentia, qui ne latum quidē unguem
nis, uel ubi periculum poterat imminere, nisi rebus valde perpensis a uerbis Canonum re-
correctio- cessimus. Deinū id quod legibus ipsis est cū omni scriptorū genere cōmune, benigne
nis peri- scilicet ac probabilis interpretationis beneficiū, de quo quoniā prolixe infra suo lo
culum. co disputauimus, nihil hic dicā amplius, sed deinde uobis petendū relinquimus. Nō
Testatio desinunt tamen adhuc nonnulli ad hæc aures obstruentes, formidandū Legis nomē
Principis & innouationis scopulum in uulgus iactare, & eos qui nostrorum consiliorū ignati
Diligētia sunt nō solum a causa nostra abducere, verum etiam & nos ipsis laniandos tradere
Interpre- aut helleboro curandos. Sed si quis acutius introspiciat, nō secus his hac in re nūc ac
tatio. cidit, quam ut cum agricolæ iactis seminibus, vel succrescentibus herbis, uel matu-
Agricola- ris pomis, ab auium incursibus timentes medio ipso in agro, aut arboris sūmitate
rum mos uilissimū aliquid sordidç, atq. attritæ vestis uento agitandā ad terrendas aues suspen
dunt: ueluti .n. etsi uere nihil sit ab mani spectaculo uolucrib. timendū aufugiunt tñ, & a palliolo quasi ab insolenti monstro declinant: sic multi audito Legis ad terrēdū cōficto nemine, nemine, potius quasi ab imminenti periculo aufugiētes institutū hoc nřum auersantur, & tñ, si non ita essēt formidolosi, proprius accedere nō uerentur

&c causam

& caussam accuratius congnoscere, & quasi ex propiquo intueri nellent, intelligerẽt profecto ab hoc Legis nomine nihil magnopere timendum, & pulicem hunc esse, nõ Elephãtum. Huic (inquiunt tantum ne priuatum, atque illum iuuenem esse usum? Senatus sæpe totus in unica ferenda lege diu laborat, & unus iste homuncio quatuor legũ libros in suo solus cubiculo meditatus repente nobis cõdiderit? Quasi uero nouas mihi leges confinxerim, ac non ueteres potius expeditiore quadam, & cõpẽdiosiore uia, atque id quidem non sine exemplo probatissimorum uirorum rudioribus tradere conatus fuerim, Quasi eadem nouarum legum ferendarum, quæ ueterũ sub certum ordinẽ reponendarũ, sit ratio? Quasi non in magnã hominũ lucem, & in Vrbem ipsam prodierim, diutissime permanserim, opus ipsum passim omnib. legendũ, excutiendum, lacerãdum non tradiderim. Habet Inuidia inter uitia cætera illud proprium, ac quodammodo peculiare, quod adeo turpius est, ut nulla ratione ipsa se re tueri, & agnoscere uelit, ideoque lit ori suo magnifica semper uerba atq; illustres sermones prætexit. Vnde qui se iracundum, interpretantem, & ad uoluptates procliuem confiteatur, facile inuenias, ac quod se quis inuidum esse, ac liuidũ concedat nec tormentis quidẽ facile extorqueas, quinimo cum maxime uirus euomunt, se ueritatis esse amatores inuidi prædicant, atque ea de causa nec amicis quidem parcere solere, tanta est enim uirtutũ, uitiorũque uicinia, ut maledicus pro libero se quis interdum uenditare ualiat, ea autem inest uis pestilenti huic morbo, quòd si quẽ gratia uel auctoritate pollentem occupet, præclaras quasque res euertit, ac destruit, sin uero (quod sæpius accidit humiliores arripiat, habet illud boni, quòd quasi in propria uiscera uerso gladio maximum malum inuidis ipsis afferre consueuit. Sed ut demus librum esse cuique, ut suo non alieno arbitratu explicet, quid de quaque resentiat aut periculum sibi fingat quantumuis magnum idque animo fieri nõposse nisi cãdidissimo, certe ut ipsis pro suo, illa etiam & nobis pro nostro ingenio diuersa sentire a.q; opinari, sine alicuius temeritatis, suspicione integrũ esse debet, præsertim cũ tot summos uiros habeamus subscriptores, ac nostr iæ sententiæ propugnatores, ac propemodum auctores. Et mehercule, quãto magis cogito, tanto magis istorum hominũ scrupulositatẽ, & tantã formidinem demiror, presertim quod sacræ Theologię Magistri, quibus etiam librum hunc nostrũ opportunis locis excutiendũ tradi necesse fuit, nulla mihi ingentia pericula quod Iuris periti aliqui faciunt, finxerunt quippe quod, vbi tractatur ... uerbis Canonum ipsorum quasi cuidam clauo tenaciter nos inhæsisse liquido compererint, & tamẽ nemo nescit facilius, & haud paulo maiore cũ detrimento, quam in pertractando iure, errari in re Theologica: quæ non fluxæ alicuius & cito euanescentis rei sed ipsius sempiternæ salutis solum rationem ducit præsertim in hac temporũ nostrorum calamitate, quibus tam multarum hæresum obortæ sunt in Ecclesia procellæ, vt si quis scrupulosa interpretatione quantũuis diligenter, a sincere scripta pertinacius inuestigare uelit, aliquam hæresim eadem subolere facile (nisi fallor) extorquere poterit. Theologi tamen non modo me ob eam rem ab hac scriptione non sunt dehortati, uerum etiam Institutiones hasce nostras locupletissimo testimonio ornarunt. Nam cum castigandi operis certis locis qui rarum Theologicarum, vt puta sacramentorum. tractationem continent, prouincia Danieli Blanco Cremensi Dominicano regulari uiro doctissimo, atque acerrimi iudicii dem andata esset, de paucis, quæ uidisset, ita censuit.


Nõ eadẽ rõ nouarum legũ fere, darũ qui ueterum ordinandarum.

Inuidia non pot seipsum intueri.

Quę uis Inuidię.

Theologorũ sententia.

Facilius & maiori cũ periculo erratur in Theologia, quã in iure.



Vę de Sacramentis in genere, quæ etiam de Baptismo in specie, & Confirmationis sacramentis legi in libro Institutionum Iuris Canonici, & Catholicæ ueritati consentanea, & eleganti serie dispositè & oppositè tractata, quantum assequi potui, meo exiguo ingenio uidentur.

Testimonium magistri Sacri Palatii.

F. Daniel Blancus.

Is autem omnia peruestigare non potuit, quippe qui sub ipso tpe, quo nostro opi perlegendo, & dijudicando incumbebat. Sacri Apostolici Palatij Magister delectus est, vnde ad cætera multa, quæ sibi antea fidei, ac religionis, causa obeunda erãt negotia, adeo magnus accessit cumulus, vt nostri inspiciendi libri prouinciam alteri demã dare coactus fuerit. Delegat itaque rem Matthæo Lachio Sodali suo, viro cum probatissimæ doctrinæ, cum vero etiam spectatæ pietatis. Is autem ita censuit.

NOs Frater Matthæus Lachius Ord. prædicatorũ sacrę Theologiæ Professor, & in Diœcesi Perusina Commissarius. S. Inquisitionis, legimus & considerauimus librum nuper cõpositum ab Eccellen. V. I. D. Ioan. Paulo Lancelotto Perusino, & specialiter, quæ spectant ad septem Sacramenta fidei Christianę, & lætati sumus, quoniam minores, & maiores proficientes, & docti, ne dũ incipientes inuenient breuissima hora, quæ longo temporis tractu non potuissent, vnde sibi, & alijs ad ædificationem Ecclesiæ proficiant. Et iudicamus, vt non solum excudi tuto valeat, verum etiam quàm primũ edi valde expediat, ad hoc vt præclara sacrorũ Canonum statuta cõcinna structura, atque ordine eleganti connexa, oĩbus innotescere valeant.

De VI. Ianuarij. M. LIX.

Ita est Fr. Matthæus, qui supra manu propria subscripsi.

Perspicitis igitur præstantissimorum uirorum testimonio tantum abesse, vt in re Theologica lapsus fuerim, vt in ea tractatione etiã à laudatissimis uiris laudari meruerim, Cum tamen interim Theologiam ipsam non profundius attigerim, q̃ quo Canones pertingunt, aut homine Christiano digna Institutio exposcit; vt sicubi, eo certe in loco potissimũ lapsus timendus fuerit. Vnde si in lubrico consistimus, & in locis non admodũ nobis exploratis, & cognitis certã nihilominus viã tenuimus, q̃to tandem est æquius, idem nobis contigisse, & in his credi, quæ ad merã tantũ Iuris cognitionem pertinent? quæ quidem, q eis cognoscendi omnem prope ætatem consumpsimus, si non uita nobis sunt, certe longe magis habemus cognita, q̃ ea ipsa, q̃ ad Theologiæ facultatem spectant, sed permittamus in suo quemque sensu (ut dicebat Apostolus) abundare, & ad institutam totius rei narrationem iam reuertamur.

Sub hoc fermè tempore, quo mihi cum censoribus meis negotiũ erat, & de ipsorum Censorum Epistola Pontifici reddenda laborarmus (fuit enim & in eo mihi laborandum) splendidissima Germaniæ Ciuitas Colonia Agrippina Petrum quẽdam Schultingum Steinuich Iuris (ut uocant) Licentiatum Romam misit, ut is nomine Coloniensis Senatus cum Pontifice ageret, de priuilegijs quibusdam vniuersitatis, & Gymnasii publici confirmandis, & agendis. Qui cum de Institutionib. nostris audiuisset, Operis, & argumenti nouitate vehemẽter vt mihi visus est, captus, sæpe mę obnixè obsecrat, ut libri describendi copiam ei faciam, nihil posse prędicãs uniuersitati suæ gratius ex Italia exportare, cui cum re nondum absoluta non posse me obsequi se respondissem, idem rursus à Neapolitano flagitat: sed cum nec ab ipso uoti compos fieret, idem tandem ab ipso Pontifice per litteras, cum accessus ægre pateret, petit. Quarum litterarum, ut & eius rei apud cæteros quoque fides extaret, exemplum mihi curaui, erant autem in hæc uerba conceptæ.

AD cætera S. V. erga Coloniensem vniuersitatem magna beneficia humiliter oro, atq; obsecro, patiatur etiam eum cumulum accedere, ut reuertẽti mihi ad colonienses studiosos, liceat Institutionum

ſtitutionum Iuris Canonici, quas iuſſu S. V. feliciſſimè audio abſolutas, exemplnm deferre, vt iidem ab ea non ſolum ſacerdotiis, ac prouentibus, ſed etiam præclaris litterarum monumentis ſeſe adiutos eſſe perpetuo gloriari poſſint. E. B. V.

Colonien. exẽplar Inſtitutio. ſecum aſportaſſe et publice aliquã interpretatum anteaquã ederẽtur

Seruus humiliſs. Petrus Schultingus a Steinuich Legum Licentiatus Reip. Colonniæ Agrippinæ Nuncius.

Sed nec a Pontifice, quod nondũ eſſet res abſoluta, aliquid impetrare potuit. At pluribus elapſis menſibus Cenſorum Epiſtola Pontifici tandem redditur. Is illum diligenter cũ perlegiſſet. Cenſorib. craſtina die ad ſe ut ueniant, nuntiari iube.; poſtridie mane me Neapolitanus accerſit, edicitque illa ipſa die, mihi una cum Cenſoribus meis coram Pontifice conſiſtendum, ibique de ratione edendi Operis agendum, ad hortum in Vaticanum omnes cõuenimus, & me non ſubſequente, ne quid uel auribus meis dare uiderentur, uel liberius loqui impedirentur. aſtantib. ſex Cardinalibus, Cenſores atque una ſacri Palatii magiſter ad Pontificẽ intromittuntur & exhibito libro de toto negotio retulerunt, longa coram illo deſceptatio ac ſermo, cui licet non interfuerim, nihil tamen ſuſpicari licet eos retuliſſe, quod ab eo quod proprio firmaſſent Chirographo, diffideret. Poſtremus & ipſe admittor. Secundo demũ anno poſtquã Romã appulliſſem, qui pedib. de more exoſculatis expoſui breuibus, ꝙ cũ ſub initiis adepti a ſe Pontificatus ſuaſu, atque impulſu ſuo Inſtitutionũ iuris Canonici, quas antea inchoaſſem, abſoluendarum Prouinciam aſſumpſiſsẽ ab eo tẽpore per triennium ferme toto pectore operi abſoluendo inuigilaſsẽ, demũque impellentib. Peruſinæ Academiæ Scholaribus Romam me contuliſſem, ibique diu commoratus nullis laboribus, aut ſumptibus perperciſſẽ, donec eruditiſſimi, ac præcellentes uiri operi limam de mandato ſuo adhibuiſſent. Tũ ſi quid a me fuiſſet elaboratũ, quod ſublimitate Romani Pontificis non indignũ uideri, ac ſtudioſis aliquã utilitatem petere poſſet, primum quidem Deo Opt. Max. gratias agendas: qui etiam mutis, & elinguibus loquendi facultatem interdum largiretur. Deinde Cenſoribus ipſis, qui nihil diligentiæ. aut laboris intermiſiſſent, ut opus ipſum caſtigarent, & perpolirent: Reliquum eſſe ut ille ſupremam operi manũ imponeret, ut tãdẽ undecumque abſolutum in manus hominum deuenire poſſet. His ille gaudere ſe mirum in modum quod de meo ingenio, & eruditione, atque inſtitutionum noſtrarum elegantia plura ex doctiſſimis uiris audiuiſſet, qui quidem tam multa pdicaſſent, ut niſi illorum iudicium, ac fidem ſæpius in rebus arduis probaſſet, facile in eã ſuſpitionem adduci potuerit, ne ſcilicet ex nimia quadam in me beneuolentia, atq; amoris abundatia, potius quam ex iudicio ea de me ſentire, ac proloqui cogeretur. Sed cum ſæpius maximis in rebus illorum a ſe ſpectata eſſet integritas, quæ de me, atque opere retuliſſent, non tam eorum in me beneuolentiæ, quam cõſcientię, ac uirtuti tributa eſſe ſeſe credere, & pro certo habere. Proinde bono eſſem animo, ſtatuiſſe enim mihi obtemperare, & uelle librum edi appoſito a ſe proœmio deſiderare tamen nonnihil circa operis ordinem, & Rubricas, ut eſſem ex Cenſoribus intellecturus. Id autem erat huiuſmodi, ſcilicet vt quanto poſſem minus ab ordine Gregoriani operis diſcederem, nec mihi nouas titulorum inſcriptiones niſi cogeret neceſſitas, fingerem. De reliquo ſe datutum operam, vt meorum laborum me minime pigeret. His uerbis acceptis plenius ex ipſis Cenſoribus Pontificis de tota re ſententiam cognoui, quæ ad ſummam erat huiuſmodi, ut decernerent operi proœmium præfigere declaraturus ibidem, quam ſtatuerit illi auctoritatem impertiendam, idemque ea diſputatione adeo delectatus eſt, ut aſſereret conſtituiſſe ſe occupationibus ſuis horas ſuffurari, quibus librum totum perlegeret, ut is de ſuo iudicio ſupremam manum acciperet. Hucuſque (ſtudioſi Iuuenes) Inſtitutionum quas tantopere nunc a nobis flagitatis, edendarum tractatus proceſſit, nec ulterius ullo pacto progredi potuit, ſi quidem, cum, non niſi a ſe quoque diligenter recogni-

Auctor ad Pontificẽ admiſſus poſt biẽnium.

Auctoris ad Pontificem oratio.

Quid Põtifex auctori reſponderit

Hoc nec Paul' nec ſucceſſor fecit quæ fuit illorũ in ſtudioſos liberalitas.

Põtifex aſſerebat ſe ultimã opi manũ uelle imponere.

cum editurum librum Pontifex assereret, atque is esset, qui cum innumerabilibus, ac grauissimis negotiis senio iam confectus premeretur, cum uero etiam qui huiusmodi res cunctorum hominum opinione tardius soleret expedire, qui fieri unquam potuit, ut me uiuo, etiam nunquam interiturus ille uideretur, successiuis tantũ horis iustum opus perlegeret, cuncta minutatim rimaretur. limã ex suo iudicio apponere in lucem ederet, præsertim, quod, ut illi facultatum cęterarum cognitionem uel exactam concedamus, iuris quidem constat non fuisse ualde consultum, sed fuerit cõsultissimus certe, non ego librũ meum melioris fore conditionis existimare debui, quã Breuiarium ipsum Romanum, quod non modo ab initio initi a se Pontificatus, uerũ etiam (vt audio) in omni propemodum uita a se castigatum clericis legendum tradere statuerat, & ꝙ quotidie uel inuitus. dum horarias preces perlegeret, præ manibus habebat, & tamen nunquã absolutus tunc uideretur, & nunc nõ absoluisse liqat, forte circa tollendos improbatæ lectionis libros vehementer occupato, edendis bonis eodem tempore uacare non licebat. Vnde tum mea sponte, tum etiam uiris amplissimis, & quibus Pontificis ipsius ingenium longe melius quam mihi cognitum erat ita asseuerantibus per ipsum rem confici posse desperaui, itaq. nihil non egi, ut mihi priuato nomine librũ edere liceret. Eius rei testes mihi sunt illustrissimi uiri Bernardinus Scottus, Io. Reumanus, Scipio Rebiba. Testi s, si uiuat, Hieronymus Dãdinus cuius de omnibus benemerendi studium magnam mihi tunc admirationem mouit. Is enim, cum neq; ab Vniuersitate uestra litteras ullas accepisset nec aquoquã uel leuiter admonitus esset, neque me de facie, quidem nosset, simulatq. causam aduẽtus nostri nescio qua ratione cognitam habuit, ita negotium complexus est, ut nullã vnquam occasionnem, uel me ornandi, uel rei summo studio maturandæ interire passus fuerit, ita ut sola uiri humanitas nonnullorum erga nos inclementiam lenire, ac redimere potuerit. Testes Põpeius Piccolhomineus, & Andræas Matthæus Aquęuiuus, qui nostræ causæ ita semper fauerunt, publicas prope contentiones adeo strenuè susceperunt, ac sustinuerunt, ut propriam illos egisse causam credere possis. Testes denique Michael Gisilerius. & Gulielmus Sirletus, & si uiuant Virgilius Rosarius, & Daniel Blancus: quibus cum, quod specialiter, ambobus nouorum omnium operum iudicandorum, & edendorum prouinciam Pontifex delegasset, sæpe ac sæpius tam coram, quam per litteras egi, ut eius libri quem ipsi, & docti omnes probassent, edendi licentiam tandem mihi uel concederent, uel impetrarent. Sed nullo pacto id obtineri potuit, affirmantibus illis non esse sibi integrum, ut super his quibus summus ipse Pontifex manum iam apposuisset, aliquid statuerent, uel permitterent, sed eidem oĩa illibata reseruari oporteret. Ergo magnam temporis iacturam, & mille passus incommoda, & sumptibus penè exhaustus, cum negotia quædã familiaria causatus, a Neapolitano abeundi licentiam uix impetrassem, Elephanti, partum non duxi amplius expectandum. Roma itaque discedo, quibusdam prouinciam, q̃ Pontifici scirent esse cordi, a nobis deseri uehementer admirantibus plerisq. tamẽ turpem nos tulisse repulsam, atque improbatum opus nostrum existimantib. neq. omnino id temere. Quis enim tam ęquus rerum æstimator esse poterit, qui cũ ne post biennium fere exactum uix summis non dicam precibus, sed laboribus loquendi cũ Pontifice copia semel tantum impetrata, re propemodum infecta patriam rediisse uel uidet, uel audit, non pessime etiam de libro Institutionum nostrarum, ac de negotio toto iudicare debeat? En (inquiunt) rediit tandem nouus hic noster Tribonianus: at cur interim præclaras illas suas Institutiones nobis non exhibet, cur quasi thesaurũ in abdito asseruat. nimirũ thesaurus in carbones uersus est, no sti cętera. Atque hęc & in hanc sententiam similia eiusmodi sunt, ut illis nec ego quidem satis commode queam respondere, nisi ab ouo totius facti seriem recenseam at quantum quisque fidei orationi nostræ habiturus sit, alieni prorsus est arbitrii, nec apud multos mendacii suspitione omnino caret, ita sit, vnde me laudis saltem præmium referre oportuit, existimationis detrimentum feram, quod ut quoquo modo minuam, saltem quando ab eo me penitus uendicare non possum, non ab re forre exstimaui si operis ipsius compendio locupletissima etiam illustrium uirorum testimonia adiungerem,

Põtificis tarditas.

Breuiarium Romanum

Legendi libri licẽtia non ĩpetrata.

Auctor Remadi scedit.

rem,

rem, atque in uulgus ederem, quibus mali de nobis rumores paululum comprimātur neque enim ego omnium ſermonibus, qui de his rebus loquantur intereſſe, atq. omnib. ut in angulis ad tutandam cauſam meam adeſſe poſsum. Agendū itaq. mihi nunc eſt ut milites, uel militum duces interdū ſolent, hi enim ſi pugnæ ſic euentus acciderit ut quamquam in illis nulla culpa ſit, parum tā probè rē geſſiſse uulgo exiſtimentur ut ſe purgent, & ab omni culpæ ſuſpitione uindicēt, chartulas quaſdam in publicū edūt (Manifeſta illi appellant) quibus rei geſtæ ſeriē recēſentes, ac ea ꝓbatiſſimorū teſtium dictis confirmantes ſeſe ab oī honoris labe atque infamia aſserere, & eximire conantur. Et hoc quidem liberius ut facerem, ea etiam ratione sū adductus, ꝙ ita illorū qui ceptis noſtris fauere conati ſunt, collatum in nos beneficium, quod per mea ſcripta fieri poteſt, apud omnes teſtatum faciam, atque ita (Comicus inquit) Manifesta.

Vno labore exoluam ærumnas duas,

Videor enim mihi hoc debere meis fautoribus, vt quando ipſis gratiā referre nō ualeo, aliquā ſaltē grati animi ſignificationem oſtendere conari debeam, imitandusque mihi eſse ſtatui uiatores qui paulo ſint accuratiores. Veluti enim hi, ſi quid in itinere, ac peregrinatione offenderint, uel uetuſtate admirandum, uel nouitate gratum, ſi quos item latronum, incurſus uel fluminum impetus incolumes euaſerint, ſi cubi ab amicis ſplendidiore conuiuio excepti fuerint, ne quando ea excidant, proprio libello ſolent adnotare, & cum in patriam redierint, omnibus recenſere, ſic ego, qui ut adhuc portum non tenuerim, naufragium certe non feci, quæcunque mihi in huius negotii tractatione contigerunt quæ non indigna uiſa ſunt, de quibus meminiſse deberem, in hoc noſtrum commentariū congeſſi, eaque patronis, atque amicis meis (ſi vacet) legenda nunc libenter exhibeo ſicque (ut inquit Tragicus) *Viatorū accuratiorum mos.*

Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt

Quamquam & nō sū neſcius, ſi me rurſus exponere morſibus inuidorum, quorū liuori ſatius forte fuerat, ſilentio meo modū ponere, quā aliquid noui edentē, & ad hoc eadē in ſententia præſiſtentē, eorundem inſaniam prouocare ſed quando ſemel imprudes manum in flammam miſi proprio malo factū audentiorem, iuuat idē nūc facere ſcientē, prudentemque. Liceat tamen mihi ab his illud impetrare, qđ a canibus ſuis Hieronymus præcatur, ſcilicet ut hoc, quidquid eſt libelli, legant prius, &, poſtea deſpiciant, ac ꝓ libidine lacerent, ne ſi aliter faciant, uel inciuiles habeant q quaſi tota lege nō perſpecta iudicent, vel nō tā ex iudicio, q̄ ex liuore ignorata damnare videantur. Acceſſerunt huc præterea frequentes ueſtri iuris ſtudioſi, de Inſtitutionibus ipſis edendis interpellationes, quos ego aſſiduum interpretandi laborem cauſatus, in æſtiuos præteritos menſes reieceram, atque hucuſque tandem detinui, nunc cum a prælegendi munere diu, ac ſæpius ceſſatum ſit dilatoria huiuſmodi exceptione deſtitutus, apud plane (puto) decoxiſſem, niſi aliquo ſaltem commēto, atque aliqua ex parte promiſſa repræſentaſſem. Egi ergo uobiſcum, vt cum ſuis creditoribus ſolent tenuiores debitores; quibus ſatisfaciendi non uoluntas, ſed facultas deeſt; qui ſi ære alieno præmantur grandiore, nec dum omnino ſint ſoluendo, ſed interuallo temporis aliquam ſpem habeant, ne nimium differendo quaſi debitu inficiari uideantur, uel exiguam ſummam primum perſoluunt, in reliquo menſes, hebdomadas, dies creditoribus auferrendo, eadem tuentur ſuam. Sic uos hoc nunc a nobis accipientes Commentarium, atque operis totius Epitomem, vbi quam ſcribendi rationem, ac rerum ſeriem ſequuti fuerimus cognoſcetis, breui etiam (niſi Deo penitus renuente prouinciam hanc aggreſſi ſumus) ipſarum Inſtitutionum iuſtum opus, quaſi integrum crediti ueſtri ſummam accepturi, & conſequuturi. *In ciuile nisi tota lege perspecta iudicare.*

F I N I S   P R I M I   L I B R I.




FRANCISCVS CANTVCIVS

LECTORI.





Equentem librum consueuit Auctor interdum, quasi per arborem repræsentare: nec inconditè, vt vulgo solent: sed incipiens ab imis radicibus, atque inde perpetuo quoddam nexu progrediens ad stipitem ad ramos, ad ramusculos, ad frondes vsque ad summa cacumina, ordine tam eleganti, vt artem natura sui æmulam agnoscere facile possit. Sed, quando angustum chartulæ huius spatium eam latissimè ramos explicantem, & vno intuitu totum Jus Canonicum sub ipsis oculis ostendentem capere non potest; si hanc operis ac Commentarij huius partem, quasi stantem, ac radicibus nixam plantam contemplari non vales: at saltem tanquam concisam in ligna, & erectam in struem intueberis. Ita enim radicum, stipitis, ac ramorum principalium effigiem, ob oculos potuimus, vt arborem ipsam totam per te, quasi ex pede staturam Herculis, conijcere possis.



IVRIS Canonici.
Radices quædam, quibus cõstat, & innititur,
Ius naturale.
Legis præcepta.
Instinctus naturę.
Euágelij præcepta.
Mystica.
Moralia.
Mystica.
Moralia.
Consuetudo
Constitutio.
Ecclesiastica.
Ciuilis.
Statuta Conciliorum
Episcopalium.
Prouincialiũ.
Vniuersalium.
Decreta Pótificum.
Generalia.
Personalia.
Obiectum
Personæ.
Laici.
Clerici.
Res ecclesiasticæ.
Spirituales.
Incorporales.
Virtutes et dona Dei.
Quæ in iure consistunt.
Corporales.
Sacramenta.
Res sacrę et sãctę
Res religiosę.
Mixtæ.
Temporales.
Iudicia.
Ecclesiasticum.
Sæculare.





Homines alienæ prouinciæ, vel diæcesis
Subiectionem
Libertini.
Monachi.
Serui.
Vsurarij.
Delictum cōmissum
Fures.
Homicidæ.
Apostatæ.
Pænitentes.
Implicati negotiis sæcularib.
Baptizati in ægritudine.
Filii presbyterorum.
Impe-
diūtur
Promo
ueri ob
Suspicionē delicti futuri.
Martiri
Viduæ.
Eiectæ.
Meretricis.
Læsionem corporis
Voluntariam.
Necessariam.
Portuitam.
Laici
Sæculares.
taut
Regulares, qui
fiunt ex
Paterna deuotione.
Professione.
Tacita.
Expressa.
Voto
Solemni.
Simplici.



Cle
rici
qui
cō-
sti-
tuti
Sūt
ut
in
Sacer
dotio
ī quo
spe-
ctar.
Gradus
& ordo
nā alii
Excel
so, ut
Romanus Pontifex
Patriarcha.
Archiepiscopus.
Episcopus simplex
Adiu
tores
horū.
Coadiutor
Vicarius.
Archi diaconus.
Archipresbyter.
corepiscopi, quo
rum usus subla-
tus.
Inferiore, ut presbyteri.
Matrimoniūspi
rituale, qđ iter
hoc, & Ecclesiā
itercedit, Quod
Initiatur
Electione
Postulatione
Nominatione
per
Inspirationem.
Scrutinium.
Cōpromissum.
Ratificatur, confirmatione.
Consummatur, consecratione,
Dissoluitur.
Translatione, causa.
Vtilitatis.
Necessitatis.
Renunciatione, quæ fit ex
Consciētia criminis
Defectu scientiæ,
Irregularitate perso
næ.
Malitia plebis.
Graui scandolo.
Depositione
Verbali.
Actuali.
sacris
Diaconus.
Susdiaconus.
Minoribusordinib.
Acolithus,
Exorcista.
Lector.
Ostiarius.
Cantor.


Beneficia, prębendæ clericis annexa cõcedũtur per
Collationem, quæ fit per
Ordinariũ
Episcopum.
Capitulum.
Abbatem.
Legatum.
Natum.
Missum.
A latere.
Rescriptum Apostolicum, Quod
Fit
Aut
Pure.
In diem.
Sub conditione.
Aut
Motu proprio.
Ad postulationem.
Interpretationẽ sumit ex
Persona.
Loco.
Ordine scripturæ.
Causa.
Qualitate beneficii.
Institutionem ex iure patronatus, Quod
Cõstituitur.
Fundatione.
Dotatione.
Acquiritur
Donatione.
Successione.
Tollitur
Cessione.
Ecclesiæ destructione.
Collegii constitutione.
Delicti perpetratione.


Incorporales.
Virtutes, & dona Dei.
Quæ in iure consistunt,
Spirituales.
Sacramēta, de quib. proxima pagella.
Res ecclesiasticæ.
Corporales.
Res sacræ, & sāctæ.
Ecclesiæ.
Cōstitutio, q̄ fit
Consecratio.
Reconciliatio.
Reparatio.
Ob incrementum populi.
Ob commoditatem plebis.
Vniuersitatis in tuitu.
Priuilegio epi, p
Monasterio.
sepultura
vnio
Temporalis
Perpetualis.
ob
Vtilitatem.
Necessitatem.
Immunitas
Persoualis.
Realis.
Localis.
Subiecti erga epm
Personalis
Realis
Localis
vel
In re ordi: nis
Clericorū ordinatio.
Virginū bñdictio
Ecclesiarū, altariū que consecratio.
Lege iurisdictionis.
Ecclesiasticæ censuræ.
Excōicatio
Maior, alias Anathema.
Minor.
Canonis, alias latæ sententiæ.
Interdictio
Cāonis
Iudicis.
Gñale
Speciale
Suspēsio
Canonis.
Iudicis
Collatio
Institutio
Lege diæcesana.
Census.
Cathedraticum.
Ius decimandi.
Ius hospitandi.
Visitatio.
Procuratio.
Altaria
Reliquię.
Deputata diuino cultui,
Res religiosæ
Xenodochia.
Nosocomia,
Gerontocomia,
Orphanotrophia.
Bethotrophia.
Cęmeteria.
Sepulturę.
Mixtæ
Canonica portio
Decimæ
Episcopalis.
Parochialis.
Prædiales.
Personales
Temporales, quæ non alienantur nisi
Fructus.
Per precarium.
Ruinæ.
Serui Fugitiui.
Per præscriptionem.
Deuoluta solita concedi.
Inculta prædia, & Ecclesiæ Inutilia.
Modicum, ob bene merita in
Prælatum.
Ecclesiam.
Ex permutatione cum
Principe.
Alia Ecclesia.
In tuitu rei a sacerdote in Ecclesiam collatæ,
Modicum pauperibus pro eleemosyna.
In præmium arduæ recuperationis.


sacra
mēta
Alia
Necessaria, quorũ quædã pertinent ad
Ingressũ in Ecclesiã, ut baptismus
Fluminis.
Flaminis.
Sanguinis.
Progressum i Ecclesia, ut
Chrisma
Pænitentia, cuius
Spēs
Solemnis.
Publica.
Priuata.
Partes
Cõtritio.
Cõfessio.
Satisfactio.
Eucaristia, cuius partes
Forma visibilis.
Veritas corporis.
Egressum ab Ecclesia, vt Extrema Vnctio.
Voluntaria.
Matrimonium, de quo in tabella proxima.
Ordo
Maiores
Episcopatus.
Presbyteratus.
Diaconatus.
Subdiaconatus.
Minores
Acolithus.
Exorcista.
Cantor.
Lector.
Ostiarius.
Alia
Itesabilia, quæ characterem non imprimunt.
Pœnitentia.
Encharistia.
Extrema Vnctio.
Matrimonium.
Non iterabilia, quæ characterem imprimunt.
Baptismus.
Chrisma.
Ordo.



Matrimonium
Initiatur sponsalibus Quæ
Contrahuntur
Re.
Verbis.
Litteris
Cōsēſu
vel
Purè.
In diem.
Sub cōditione quæ eſt aut
Honeſta.
Turpis
Simplex.
Cōtraſubſtātiā
Impoſſibilis.
Diſſoluuntur
Ipſo iure
Subſequente matrimonio.
Sacrorum ordinum ſuſceptione.
Religionis ingreſſu.
Interuentu cognationis
Carnalis.
Spiritualis.
Facto hominis
Fornicatione
Carnali.
Spirituali.
Partium conſenſu.
Membrorum amiſſione.
Morbi incurabilis interuentu.
Abſentia diuturna.
2 Ratificatur, Conſenſu.
3 Conſummatur, Copula.
4 Impeditur
Cōtrahendum
Furore.
Voto ſimplici.
Cognatione, & affinitate.
Cōtractum
Errore
Perſonæ.
Cōditionis.
non
Fortunæ.
Qualitatis.
Voto ſolemni.
Cultus diſparitate.
Sacrorum ordinum ſuſceptione.
Crimine.
Iuſto metu.
Impotentia coeundi.
Publicę honeſtatis iuſtitia.
Cognatione
Naturali
Cōſanguinitate.
Affinitate.
Spirituali ex
Baptiſmo.
Chriſmate.
Adoptione.
Legitima ex
Arrogatione.
Adiectione conditionis contra eius ſubſtantiam.
5 Diſſoluitur
Morte.
Diuortio.
Separatio to ri ob
Fornicationem.
Viri ſæuitiam.
Carnalem.
Spiritualem.
Diſſolutio vera
Ante copulam
Ingreſſ⁹ religionis.
Impotētia coeundi ignorata.
Poſt copulam
Cultus diſparitas.
Machinatio in necē defuncti coniugis



Iudicium
Ecclesiasticũ
Ciuile
Ordinariũ
Plenarium.
Exercetur per
Syndicos,
Procuratores, qui
Principales.
Constituuntad
Negotia
Iudicia
Paterfamilias.
Filiusfamilias.
Prohibentur
Sacerdos
Monachus
Excommunicatus.
In criminalibus.
Definũt
Morte
Cõstituentis.
Constituti.
Reuocatione
Tacita.
Express.
Cessat
Pacta
Transactiones,
Cõpromissa in
Arbitros qui
Prohiben
Seruus.
Monachus.
Fæmina.
Laicus sup re spũali
Hæreticus.
Apostata.
Schismaticus.
Infidelis.
Excommunicatus.
Nõ cognoscũtcausas
Liberales.
Mrimoniũ carnaliũ.
Filiationum.
Monachationum.
Conuersationum.
Inĩtegrũrestitutionũ
Criminales (qretes.
Maiores iudices ex-
Definunt
Prolatione sentẽtiæ.
Morte
Arbitrorũ.
Litigatorũ.
Temporis lapsu.
Constat. Vt tabella sequenti.
Summarium
Quod cõstat
Citatione.
Petitione in
Verbo.
Scriptis.
Iuramento de
Calumnia.
Probationib⁹.
Veritate dicenda.
Sẽtẽtia lata iudice.
Sedente.
Stante
Extraordinariũ
Fit p delegationẽ
Ordinarii Principis qui creat
Lege.
Principe.
Vniuersitate
cõsuetudine
Dissoluit.
Reuocatione mãdati
Morte
Delegãtis.
Delegati.
Pronunciatione incompetentiæ.
Impedimento
Iuris.
Facti.
Lapsu temporis rescripti.
Exequutione sentẽtię Delegati Principis.
Per te.
Per aliũ.
Recusatione.
Criminale, de quo sequẽtib. tabellis
Sæculare.

Plenarū iudiciū cōstat

- 1 Citatione
  - Non arctat ad comparendum.
    - Personæ qualitate
      - Ius dicentis.
      - In ius uocati.
      - Incesti.
    - Loci conditione.
      - Extra citantis iurisdictionem.
      - Pestilentis, aut alias non tuti.
    - Formæ defectu.
    - Legitima causa impeditum.
      - Facto aduersarij
      - Concursu maioris Iudicis.
      - Vinculis.
  - Neglecta parit contumaciam quæ punitur, aut
    - Missionem possessionem.
    - Rei sequestratione.
    - Litis damno.
    - Mulcta.
    - Excommunicatione.
    - Expensarum refectione.
- 2 Libelli conceptione, & oblatione
  - Accusatorii.
  - Conuentionalis.
- 3 Exceptionibus, Quæ sunt aut
  - Dilatoriæ.
  - Declinatoriæ.
  - Peremptoriæ.
    - Simplices.
    - Litis finitę, ut
      - Transactionis.
      - Iurisiurandi.
      - Rei iudicatæ.
      - Contra testes
      - Excōmunicationis.
    - Anormalæ.
    - Præiudiciales.
- 4 Replicationibus.
- 5 Mutua petitione, Quę
  - Fit coram
    - Ordinario.
    - Delegato.
  - Prohibetur
    - Coram
      - Arbitro.
      - Iudice laico super causa spirituali.
    - In causa
      - Criminali.
      - Depositi.
    - Contra spoliatum.
    - Excommunicato.
- 6 Litis contestatione, per
  - Principales.
  - Procuratores.
  - Tutores, & similes.
  - Aduocatum.
- 7 Iuramento calumniæ. Quod
  - Remittitur
    - Clericis in causa suæ ecclesię.
    - Tacitè per Partes.
  - Permittitur etiam in causa.
    - Spirituali
    - Appellationis.
  - Præstatur per
    - Principales.
    - Procuratore
    - Syndicos.
- 8 Probatione quę habetur ex
  - Reo per confessionem.
  - Actore per
    - Testes, qui cēsent idonei
      - Natura.
      - Conditione.
      - Vita.
    - Instrumenta, scripturas.
    - Iuramentum
      - Necessarium.
      - Voluntarium, siue
      - Decisorium.
  - Iudice, puta per
    - Inspectionem loci.
    - Aspectum corporis.
  - Rebus ipsis, per
    - Notorium.
    - Suspicionem uehementem.
  - Est aut.
    - Interlocutoria.
    - Definitiua, Quę pōt esse cōtra ius
      - Constitutionis.
      - Litigatoris.
- 9 Snīa
  - Mandatur Executione, quæ
    - Fit per
      - Ordinarium mediante delegato.
      - Delegatum non parente ordinario.
    - Retardatur
      - Restitutione in integrum quæ datur
        - Intra quadriēnium.
          - Sententia.
          - Contractu.
          - Confessione.
        - Minori
        - Ecclesię
          - Læsis ex
            - Probationis omissione.
            - Tēporis fluxu.
        - Coram
          - Ordinario
          - delegato specialiter.
  - Suspenditur appellatione, qua
    - Opposita exceptione.
    - Cōmissa iā appellationis p principē
    - Est aut
      - Iudicialis a
        - Definitiua.
        - Interlocutoria.
          - Fraudis.
          - Nullitatis.
      - Extraiudicialis ab
        - Electionibus.
        - Postulationib.
        - & Aliis similib.
    - Fit
      - Verbis.
      - Factis.
    - Nō admittitur
      - Incerta.
      - In confessis.
      - Super notorio criminis.
      - In correctione facta plato, & aliis similib.



Simplex, Conuentionalis.
Simonia.
Hæresis.
Schisma.
Realis.
Conuentionalis.
Mentalis.
Aposta-
sia.
Perfidiæ.
Inobedientiæ.
Irregularitatis.
Deũ
Sortilegium.
Maledictia.
Sacrilegium quod admittit, ratione
Rerũ, cũ au fertur quid
Sacrum de sacro.
Sacrum de non sacro.
Non sacrum de sacro.
Personarũ per
Iniectionẽ manuum
Coitum.
In ecclesiasticas psonas.
Materialis Crimina, quorum alia principaliter lædunt.
Crimi naleiu diciũ cuius causa.
Furtum.
Vsura.
Adulterium.
Stuprum.
Incestus.
Sodomia.
Coniunctio cum brutis.
Raptus.
Hoĩes
Fornicatio.
Falsum.
Homicidiũ
Voluntarium.
Necessarium.
Fortuitum.
Iniuriæ, quæ inferuntur.
Re.
Verbis.
Litteris.
Accusationem.
Denunciationẽ
Inquisitionem.
Precedentibus
Inscriptione.
Charitatiua monitiõe
Diffamatione.
Formalis p
Purgationẽ.
Vulgarem, improbatam.
Canonicã, præcedẽte magna diffamatione.



COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI.

Ad Scholares Perusinos.

LIBER SECVNDVS.



FACTVRVS initium Institutionum Iuris Canonici, cum sciret au-ctor quæstionem, Quid nominis pręcedere debere quæstioné, Quid rei in vestibulo ipsus libri inscribit breuẽ titulũ. De iure Canonico, in quo primo ponit, unde, & qua ratione id ius nomẽ huiusmodi sortitum fuerit Inde transiens ad rem ipsam, describit, Ius ipsum Canonicum demum quibus partibus illud constet explicat, dicens constare Lege diuina, Consuetudine, & Constitutionibus.

Inscribit igitur sequentẽ Titulum de Lege diuina, Consuetudine, & Constitutio nibus, ac primum describit Ius ipsum Diuinũ, docens, illud esse immutabile distinguens tamen inter præcepta moralia, & mystica diuinæ legis, consequenter aggredi tur materiam Consuetudinis tamq̃ secundum fontẽ Iuris Canonici demõstrans, & origine eius, & qualem eandem esse oporteat, vt sit iuris istius portio. Inde ad tertiã partẽ iuris istius transitum faciens diuidit constitutiones in duas species. Sęculares, s. & Ecclesiasticas, subdens quæ uis, & quis usus sit secularium Constitutionum, apud Ecclesiam, & clericos, breui rem perstringens, quippe quod talium Cõstitutio num tractatus potius ad Ius Ciuile, quam ad Canonicum pertineat.

Dirigit igitur pleniorem stylum ad ecclesiasticas constitutiones, quas partitur in statuta Conciliorum, & Decreta Pontificum, addit his & dicta Sanctorũ subdiui-dit inde Concilia in Vniuersalia, Prouincialia, & Episcopalia illorum & originem & potestatẽ & differentiam breuiter enarrans: transit inde ad pontificum Decre ta, exponitque qualia illa esse debeant, vt legis obtineant efficaciam, & qualiter differant ab his, quæ ab interpretibus sacræ paginæ aut ab aliis Sanctis scripta comperiuntur.

His totius operis quasi iactis fundamentis, uenit ad subiectũ Iuris Canonici, illud circa tria uersari principaliter asserens, Personas nempe, Res, & Iudicia, & ad hanc trimembrem distinctionem redigit omnia quæ in quatuor libros congessit.

Exorditur itaque a tractatu personarum tamquam a nobiliore, ponensque Titulũ de Iure personarum primũ facit bimembrem distinctionẽ, dicens, personarum quosdam esse Laicos, quosdam Clericos, & eorum inter se differentiam planam facit: sub inde accipiens secũdum membrum (ex cuius intelligentia oritur cognitio primi) diuidit personas Ecclesiasticas in tres classes, prima est Sacerdotum, secunda Cõstitutorum tantum in sacris, tertia eorum, qui in Sacerdotio, neque in sacris sunt constituti quales sunt positi in minoribus ordinibus.

Rursus resumẽs primum membrum dicit, Sacerdotũ quosdam esse. qui sũt in gradum, & ordine altiore positi, quosdam, qui in inferiore. Et repetẽs primũ mẽbrũ in altiore gradu poni debere affirmat Episcopos, quorũ triplicẽ esse ordinẽ demõstrat,

Hoc secũdo libro bene Lãcelot redũdas operã ut nemo tibi institutionis inuentionẽ possit preripere docuisti quomodo uirum

que posset præripi, unde quasi sorex iudicio tuo negotiorũ tibi fecisti.

scilicet, Patriarchas, Archiepiscopos, & simplices Episcopos, & ordinis cuiuslibet ponit originem potestatem subnectens in fine de primatu Romani Pontificis, adquẽ omnes prędictos referri oportere deducit, & subiectos esse demonstrat.

Intendens autem horum plene tractare materiam, exorditur a causa efficienti docens prædictos creari duobus modis per electionem, & per postulationem.

Inde rediens ad electionem definit quid ea sit, ponens quæ ad legitimam electionẽ requirantur, & ibi ponit quid intersit per se, vel procuratorem, vnum, vel plures electioni quis interueniat distinguens tamen interim inter Romani, & aliorum Pontificum electionem, docetq; eam celebrari tribus modis per inspirationem, per Scrutinium, & per compromissum, unumquemque modum dilucidè describens, annectitque & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio, cum multis annexis quæstionibus, & ad rem facientibus.

Quo primo membro causæ efficientis expedito, trãsit ad secundum, scilicet, ad postulationem, illam describens, ponensque qui, & quibus casibus sint postulandi.

Et quia hæc sunt quasi quædam coniugii spiritualis initia postquam egit de electione, & postulatione, transit ad ratificationem talis matrimonii, quæ fit per confirmationem, docetque quid confirmatione quis consequatur, nempe ea, quæ iurisdictionis non quæ sunt Ordinis: & quomodo confirmans se habere debeat cum cõfirmando cum aliis ad materiam facientibus.

Inde transit ad consecrationem, per quam huiusmodi spũale coniugium consummatur, ponitque qualiter illa debeat explicari, cumque expediri non possit nisi consecrans sit palleatus commodè annectit de receptione, & auctoritate Pallij. Electo igitur confirmato, & per consecrationem, & consummationem coniugii spiritualis perfecto, & absoluto Episcopo, quędam moralia præcepta ponit, quæ ad vitam, & honestatem Prælatorum spectant, congruebat enim, ut posito quomodo instituant Prælati, diceretur etiam quomodo eos in Ecclesia Dei uersari oporteret.

Et quia officium pastorale monstratur esse latissimum, & hmõi, quod ab uno tantum homine uix rectè suscipi, & peragi possit, ostendit Ecclesiam vocasse quosdã in partem curæ pastoralis, ut sunt Archidiaconus, Archipresbyter, Vicarius, & coadiutor, & qui una cum Episcopo commissi sibi gregis solicitudinem gerunt, de quorum officijs & iurisdictione, & potestate singulis titulis agit, speciali etiam titulo apposito, quo Corepiscoporum usum sublatum esse demonstrat.

Descẽdit tandẽ ad dissolutionẽ istius, spũalis coniugij, secutus ordinẽ naturæ quo inductũ est, ut res prius nascantur, inde augeantur, uiuant, & intereant, dicitque dissolui hmõi matrimonium tribus modis translatione, renunciatione, & depositione.

Rediensque ad primum modum scilicet, translationis, docet eam fieri uel causa vtilitatis, vel causa necessitatis, subdens, qui possit transferre, & quis possit transferri, quomodo sit facienda translatio, nonnulla ibi & de beneficiorum permutatione, re ipsa suadente, subdens.

Consequenter transit ad secundum modum dissoluendi huiusmodi matrimonij, scilicet ad renunciationem, qua descripta ponit sex principales causas, ob quas licite potest quis rennunciare, quas dicit esse conscientiam criminis, debilitatem corporis, defectum scientiæ, malitiam plebis graue scandalum, personæ irregularitatem, quas singulas declarando prosequitur, subdens inde per quos, quomodo huiusmodi renunciatio fieri valeat.

Subinde trãsgreditur ad tertium modum quo tale coniugium dissoluitur, scilicet ad depositionem seu degradationem, quam diuidit in realem, verbalem, vtriusque vim, ordinem, & naturam breuiter attingens.

Quibus explicatis, redit ad 2m membrum personarum Ecclesiasticarũ primæ classis, hoc est Sacerdotum, quorum dixerat quosdam esse positos in altiore gradu, & ordine, ut sunt oẽs ordines Episcoporum, de quibus diffusè supra dixerat. quosdam esse positos in inferiore, vt sunt presbyteri, dr̃ igitur de origine presbyterorũ, & potestate, docens quædã esse in Ecclesia, quæ presbyter suo iure, quædã, quæ permittente Episcopo, quædam, quæ nec proprio iure, nec Episcopi permissu potest exequi.

Delabitur

Delabitur postea ad secundam classem, quæ est eorum qui sunt constituti in sacris tantum, non in sacerdotio, ut sunt Diaconi, & subdiaconi, illorumque sigillatum describit munus, & officium cum origine.

Inde transit ad tertiam classem personarum Ecclesiasticarum. quæ constat iis; qui tantum in minoribus ordinibus sunt constituti, vt sunt Acolytus, Exorcista lector, Ostiarius, Cantor: eorumque singulariter officia describit demonstrans, quæ inter hos, & illos superiorum classium sit differentia.

Et quoniam quædam in iure habentur, quæ communia sunt tam maiorum, quàm minorum ordinum, speciali tractatu complectitur ea quæ sunt omnium ordinum cõmunia, ubi congerit de maioritate, et obedientia, de scrutinio faciendo in susceptione ordinis: & de temporibus ordinationum? de eo qui per saltum, vel furtiuè promotus fuit, et pleraque, quæ in Decretalibus plures paginas occupant, quorum auctor singulos titulos singulis paragraphis artificiosè concludit.

Demum ponit etiam titulum de iis, qui promoueri non possunt: qui & ipse cõis est tam maioribus, quàm minoribus ordinibus, & in eo diffuse tractatur de generib. omnium ferme irregularitatũ: redigitque auctor omnem tractatum ad quattuor capita demonstrans alios prohiberi ordines suscipere ratione subiectionis, ut sunt ser ui, Libertini, Monachi, alienæ diœcesis uiri. Alios ratione delicti, ut qui commiserũt homicidium, habita tamen ratione an sit uoluntarium, necessarium, uel fortuitum: publice pęnitentes, usurarii, simoniaci, fures, et similes, Alios ratione suspitionis futuri lapsus, ut baptizati in ægritudine, filij presbyterorum, bigami. Alios ratione corporalis impedimenti, vt cæcus, aut aliter notanter corporale mutilatus, et uniuscuiusque capitis tractatum plene prosequitur.

Post hæc transitum facit ad materiam prębendarum beneficiorumque; sentiẽs tractatum hunc extra propositum legentibus uideri posse, cum se de Iure personarũ ab initio locuturum pollicitus fuerit, docet quemadmodum prębendæ sunt dignitatibus annexæ. Et per hoc incontinuè posse earum tractatum inseri, & annecti tractatui personarum: exorditurque iisdem ferre verbis quibus Iustinianus in suis Institutionibus super titulo de legatis, positaque ibidem descriptione præbendę, & ratione cur illæ inuentę fuerint, ponit duos modos, per quos conceduntur beneficia, & præbendę, scilicet per collationem, & per institutionem, per collationem stricto uocabulo liberam ordinarii concessionem tantum designans, per institutionem ea, quæ fit ad præsentationem patroni.

Amplexusq; primo membrũ collationis, ponit tres fontes, à quibus collationes ipsæ emanant, nempe ab ordinario, a legato sedis Apostolicæ, et Romano Pontifice.

Et prosequens primum caput definit, quis sit ordinarius collator, & qũo sit agendum, si duo sint ordinarii collatores, uel aliter ad collationem cõcurrere, dẽant, puta Eps, & capitulum, & qũo de uno ad aliũ fiat deuolutio, & intra qđ tẽporis spatium.

Transit inde ad secundum caput, cumque tres significet esse legatorum species, missos, s. natos, & a latere, declarat id, quod primo dixerat de legato simpliciter circa collationem beneficiorum, solummodo ad legatum de latere pertinere, atque illam ipsam conferendi potestatem certis limitibus cõtineri docet, ponitque, quid sit huic legato cum ordinario commune, & in quo etiam dissideant.

Explicitis duobus capitibus circa collationem descendit ad tertium scilicet ad rescriptũ Rom. Pon. ꝙ quidem dicit concipi posse tribus modis, purè, adiecta die, & sub conditione, ponitque, quid intersit, hoc, uel illo modo rescriptum concipiatur.

Addit latenter & aliam distinctionem, ꝙ. s. fit talis collatio per rescriptum Apostolicũ, uel motu proprio, vel ad alterius petitionem, demonstrans quæ inter unũ, & aliũ modũ sit differentia, subnectitque quãtum prouisio facta p Apostolicũ cæteris antecedat quãdo quis auctoritate Apostolica dicatur receptus, præfatosque Apostolici mandati fines diligenter custodiendos, nec ad alios præterq̃ expressos casus trahẽdos adiicit huiusmodi rescriptum e ex persona, ex loco ex ordinę scripturæ, ex causæ insertione, & qualitate beneficii recipere interpretationẽ, singula exemplis clara faciens, aliaque adiiciens, quæ ad rescripti gratiosi interpretationem pertinent.

Cumq; circa prouisionē factā per Apostolicum multa dixisset, quia specialia quædam videntur inducta circa beneficia uacantia in curia ponit tractatum separatū de beneficijs vacantibus in curia, edisserens, & quando in curia dicantur uacare, & qb casibus licet in curia, vacent, possint tamen ab aliis, quàm ab Apostolico conferri.

Hūc titulū resecuit ante editionē Auctor. quē admodūpauca quæ alia sātus breui cuidā Institutioni minus conuenire.

Explicito primo modo, quo beneficia nancifcimur, s. cum per collationem illa cō sequimur, descendit ad secundum, qui est per viam institutionis, ponens in quibus collationes, & institutiones conueniant, & quibus dissideant, & obiter tractat de iure patronatus, docens quibus modis illud causetur, & quare sit institutum, quis sit illius effectus, quę differentia sit inter laicos patronos, & Ecclesiasticos, & quomodo tales ius intereat.

Cumque prouissi, siue per collatione, siue per institutionē residere debeāt, subdit breuiter de clericis non residētibus, & quoniā a materia iuris personarū uidebāt aliquo pacto digressus, sub epilogo omnia prope, q̄ antea dixerat, reuocat ad memoriā subnectitq. materiam regulariū, & monachorum, qui licet sint personæ Ecclesiasticę non tñ erant comprehensi sub prima principali distinctione, cum tā Laici quā Clerici possint esse regulares. Dicit igitur monachū fieri vel paterna deuotione uel ꝓpria ꝓfessione, q̄ nūc expressam, nunc tacitā esse docet. uel uoti emissione, subdēs uotū esse duplex, simplex, & solemne prosequitur hæc tria membra vsque ad finē tituli, & libri ponens q̄d valeat patria potestas ad inducendā, uel prohibendā monachationē filiorum, quid intersit inter tacitam, & expressam professionem. inter hunc & illum ordinem, q̄ sint substantialia religionis, uel regularitatis, qualiter, & quo ordine monachi viuere debeant, & in quo a cæteris regularibus differant:

L I B. I I.

TRactatu Personarum explicito primo libro, aggreditur secundū principalemē brum, uidelicet Rerum, factaque generali inscriptione, de rerum diuisione. distribuit primo res oēs Ecclesiasticas in duo genera: scilicet, in res spirituales, & tēporales. Rursus spirituales subdiuidit in incorporales, & corporales, rursus distribuis corporales in sacramenta, in res sacras, & sanctas, & in res religiosas, demonstransque res incorporales particulari, & speciali tractatu minime indigere, aggreditur materiam corporalium, exorditurque a sacramentis tamquam a subiecto nobiliore. Facta itaque generali inscriptione, & titulo de sacramentis, definit quid sit Sacramē tum, inde ponit primam diuisionem Sacrorum, quod aut sunt necessaria, aut uoluntaria, subdiuidit inde necessaria dicens, quod quædam proficiunt ab ingressum in Ecclesiam, quædam ad progressum in Ecclesia, quædam ad egressum ab Ecclesia, Ponit item & secundam diuisionem, quod quædam characterem imprimunt, & non sunt iterabilia, quædam non imprimunt, & sunt iterabilia. Inde quibus partibus constet a quo, & cur instituta, quales, & cuius propositi, & intentionis oporteat esse ministros, ut Sacramenta conficiant breuiter exponit.

Quibus generaliter cognitis aggreditur auctor de singulis specialiter dicere, exorditurque a Sacramento baptismi, quod est cæterorum ianua, & fundamentum, illud describit efficaciam eius, & naturam exponit, qui baptizare, & baptizari, & quot genera sint baptismi, & quæ sint eius solemnia declarat.

subinde dicit de Sacramento Chrismatis, quod uidetur baptisme annexū, ponens & qui chrismate, & quos, & quando ualeant, & quæ Chrisma. propria, quæ cum baptismo habeat communia.

Postea transit a pœnitentiam, per quam potest baptismum: & confirmationem lapsis subuenitur, eaque descripta, tres ponit pænitentiæ species; s. solemnem, publicā & priuatam, quartum naturam, & uim describit prosequitur inde tres partes ipsius pænitentiæ: scilicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem annectens quæstiones a materia non abhorente.

Transitum inde facit ad Eucharistiæ Sacramentum præuiaque illius cōmēdatione, & quis illud exhibere, & quib. exhibere valeat explanat, ponitque quibus partib. hoc

hoc sacramentum constet,nempe uisibili forma,veritate corporis, & uirtute spirituali: quarum singularum partium declarationem prosequitur.
Habito itaque tractatu Sacramentorum,quæ ad ingressum in Ecclesiam,& progressum in Ecclesia instituta sunt.transit ad ea,quæ proficiunt ad egressum, & sic ponit de extrema unctione,duplicem inquiens unctionis esse speciem, & exteriorem & interiorem.

Explicitis Sacramentis,quæ sunt necessitatis,ponit de iis,quæ voluntatis habent, quæ sunt ordo,& matrimoniū, Et quoniā materia ordinis diffuse tractata fuit in primo libro,cum de personis ageretur,posita sola ordinis descriptione,transitum facit ad matrimonium,quod quidem primo describit, tum eius laudes & bona breuiter perstringens illud initiari sponsalibus,ratificari cōsensu,& copula consummari.

Rediensque ad materiā sponsalium,positaque illorum descriptione,docet ea contrahi uariis modis,ut putare,uerbis, litteris & consensu,& oppositis exemplis modorū inter se uarietatem,ac declarationem plānam facit,annectitque commodam distinctionem quod aut contrahuntur pure,aut adiecta die,aut sub conditione, exponens quid intersit hoc,vel illo modo contrahantur,& a quibus,& sub quibus conditionibus possint matrimonium,uel sponsalia contrahi.distinguens inter conditionē honestam,turpem,& impossibilem. Item quis sit sponsalium effectus ,quibus modis, illa dissoluūtur,docens ea interdum ipso iure dissolui,interdum facto hominis,& utrumque per plura exempla declarat.

Pleno igitur de sponsalibus habito tractatu transit ad ipsas nuptias,hoc est ad matrimoniū contractū per verba de præsenti. Item ad cōsummatū per copulā, ponens & qui,& per quæ uerba possint matrimonium contrahere,quæ possint matrimoniū impedire,& quia inter multa,quæ matrimoniū impediūt est error,ponit quatuor genera errorum: uidelicet personæ conditionis,qualitatis & fortunæ; secernitq; ea , q̄ matrimoniū impediunt,ab his ,quæ non impediunt: ponit,& ꝙ ualeat ad impediendū uel dissoluendū , ut matrimonium cultus disparitas , eaque occasione triplicem quodamodo matrimoniorum speciem,ac differentiam prosequitur,quippè quod illorum quædam fuit legitima,& nō rata,quædam ex contrario rata,sed non legitima: quædam vero,& legitima,& rata,& harum specierum inter se differentiam breuiter declarat ponit & de uoto solemni,& susceptione ordinum sacrorum,& de coactione metu de furore, frigiditate,de morbo incurabili?de publicæ honestatis iustitia,an & quando prædicta matrimonium impediant planum faciens.

Et quoniam cognatio contrahendo matrimonio adfert impedimentum.q̄ est triplex ideo connectit tractatum de triplici cognitione; spirituali scilicet, quæ contrahitur non occasione oīum sacramentorum,sed tantum baptismi,chrismatis,& catechismi,licet non omnibus casibus eiusdem sit efficaciæ,legali,ut est ea, quæ contrahitur per adoptionem,uel arrogationem,quam docet modo habere temporalē causam prohibendi matrimonii,modo perpetuam & naturali,quæ deducitur aut in cōsanguinitatem,aut in affinitatem: subnectitque quæ ad graduum cognitionē sunt necessaria, & quando, & quatenus,inter quos illa matrimonium contrahi impediat,distinguens inter affinitatem præcedentem ipsum matrimoniū,& susequentem: cūque ac detegenda huiusmodi impedimenta oporteat matrimonia esse non clandestina , ideo commodè annectit de clandestina disponsatione : & qui matrimonium possint accusare,uel contra illud testificari.

Deum plene tractat de diuortiis tamquam de quodam interitu matrimonii,monstratque diuortii nomen nunc pro uera dissolutione matrimonii,nunc pro separatione thori duntaxat vsurpari.

Ponit igitur primo casus,in quib.veram contingit matrimonii dissolutionem fieri cum suis rationibus. Inde prosequitur casus,in quibus cōtingit fieri thori tantū separationem,annectens quæ sint exceptiones,quæ possunt opponi a coniugibus repetentibus coniuges, cui tractatui adiungit uerbū de secundis nuptijs,exponēs qui spe secundarum nuptiarum destituantur, & qualiter secundas nuptias ecclesia suscipiat? Et completur per supradicta tractatus sacramentorum.

Transit

Transit inde ad alias species rerum Ecclesiasticarum corporalium. s.ad res sacras sanctas & religiosas, vt sunt Ecclesiæ, altaria, religiosorum domus, sepulturæ. Ponit que primo de costituendis, consecrandis, & reparandis Ecclesiis, & altaribus, docés quatuor esse causas Ecclesiarum ædificandarum, prosequiturque quæ ad Ecclesiarũ, altariumve ædificationem et dedicationem, & ad reconciliationem, (si execratæ fuerint) debeant concurrere. Transit inde ad vnionem Ecclesiarum, qua descripta, duas ponit unionum species, perpetuam scilicet, & temporalem. Ex quibus causis fit vnio facienda. Quis possit unire. Quis vnionis effectus, quomodo vnio dissoluatur.

His traditis transit ad Ecclesiarum immunitatem, quam triplicẽ esse dicit, localem personalem, & realem, & ibidem quamlibet prosequitur, indicãs quæ negotia in materiali Ecclesia sint exercenda, & quæ ab eadem sunt arcenda, & qui per accessum ad Ecclesiam impunitatem, uel remissionem pænam consequantur: a quib. muneribus clericorum personæ sint immunes Ecclesiæ, quin Episcopo subiiciantur, ponit etiã de Ecclesiarum subiectione, docens qua ratione, & quarum rerum intuitu Ecclesiæ sint Episcopo subiectæ, restringens omnia ad tria capita, scilicet ad ius ordinis, ad legem iurisdictioneis & legem diæcesanam.

Et quia supra dixerat de iis, quę ad Episcopos pertinet iure ordinis, & lege iurisdictionis, sub congruis titulis, prosequitur tertium caput, quod restabat; scilicet ea, quæ pertinent ad Episcopum lege dioecesana. Tractat igitur dioecesibus, de procuratoribus, exactionibus, vbi materiam censuum, iuris uisitandi late prosequitur, annectitque materia suadẽte, de capellis monachorum, et de religiosis domibus, ubi agit de pluribus inter se diuersis locis, quæ nos vulgo communi vocabulo hospitalia appellare consueuimus, de illorum regimine, et qualitate, compendiosè disserens.

Et cum sepulturæ sunt religiosæ, annectit de sepulturis, docens quid conferat sepultura in loco relgioso magis quam profano, et an vxor, an filiusfamilias, an impubes habeant liberam sepulturæ electionem, an etiam monachi, ubi quis sepeliendus non electa a se sepultura. Qui Christiana sepultura priuandi. Qua pœna afficiendi uendentes terram pro sepultura.

Et quoniam si quis posthabita parochiali Ecclesia, vel ea, in qua sacramẽta percipit, in alia ecclesia sepulturam eligat, parochialis Ecclesia de relictis pro anima a defuncto quartam detrahit, ideo subdit de canonica portione, qua descripta, illam in duas species diuidit, scilicet, in parochialem, & Episcopalem, ubique materiam utriusque diffusè prosequitur.

Cumque hucusque de rebus, quæ quadam spũalitate continẽtur, pertractasset, antequam ueniat ad tractatum rerum Ecclesiasticarum temporalium, quod erat sc̃d̃m caput primæ sectionis positæ in principio libri, prius dicit de decimis, quæ mixtã quãdam habent naturam inter res spirituales, & temporales, cum ius quidem decimandi spirituale sit, fructus vero decimarum temporales, vnde de his ponit in quodam quasi confinio rerum spiritualium, & temporalium, maxime ob magnam similitudinem, quam habent decimę cum canonica parochiali, et Episcopali.

Posita igitur descriptione decimæ, duas eius ponit species personales, & prędiales, ponitque earum naturam, et differentias, et quid habeant commune, docens qui soluere, & ex quibus rebus solui debeant, & quæ priuilegia ab illarum solutione prę stent immunitatem.

Demum uenit ad tractatum, rerum Ecclesiasticarũ tẽporalium, disserens de administratione, & alienatione ipsarũ, cumq. regula posita esset quod res Ecclesiasticæ alienari nõ possunt, excipit quosdã casus, et docẽs, quæ sint res Ecclesiasticæ, ponit an, et quando clerici in vltima voluntate possint aliquid relinquere, sicque ponit titulũ de peculio clericorum, relictis, et successionibus eorum, quo claudit secundum librũ, & tractatum ipsarum rerum, quod erat secundum membrum principale totius operis.

LIB. II.

Supererat tertius principalius totius opis articulus, videlicet, iudiciorũ, quẽ auctor par-

partitur in duobus libros, quorum altero cōplectitur materiam iudiciorum ciuiliū al tero criminalium.

Tertio igit libro agit de iudiciis ciuilibus, appositaque iudicii descriptione, diuidit ea in sęcularia, & Ecclesiastica: cuius distinctionis occasione ponit tractatū de foro competenti, docens, an, & qn̄ laicus conueniri possit corā iudice clerico: & cōtra.

Inde ponit aliam distinctioaem, scilicet, quod iudiciorum alia sint ordinaria, alia extraordinaria. Extraordinarium iudicivm appellans (vt & canones ipsi appellant) quod mediante delegatione exercetur ibique naturam utriusque describit, & fusius extraordinarij, vel delegati, quippe quod sit magis ordinario varium, ascribit igitur primo quis possit delegare & cum inter hos præcipuus sit princeps, indicat in quo delegatus a principe, sit magis priuilegiatus aliis delegatis, & quid intersit vni, vel pluribus delegetur, & an ultra ea, quæ sunt rescripto comprehensa, delegatus aliquid possit, docetque demum solui delegationem reuocatione, delegantis morte, impotentia delegati tam iuris, quam facti, executione sentētiæ, temporis fluxu, & iudicis tū pronunciatione, tum recusatione.

Addit, & tertiam iudiciorum diuisionem, quod aut sunt summaria, aut plenaria, & solemnia, vtrorūque natura exposita, annectit per quas personas possumus iudicia rxercere, ibique ponit tractatum de procuratoribus, admonens, qui, & quomodo, & in quibus causis possint procuratores constitui, & quid intersit, vtrum quis ad iudicia, an ad negotia sit procurator, in causa profana, an in Ecclesiastica, vnus an plures constituantur, & quibus casibus procuratorium expiret.

Cumque iamiam ad se irem, & acta ipsorum iudiciorum esset ventumus, quia accidit litigatores ad pacta, transactiones, & compromissa interdum venire, ponit, tā de pactis & transactionibus, quam de arbitris, eorum naturam, & efficaciam designans

Deuenit tādem ad telam ipsam iudiciorum, & exorsus a citationibus docet earum triplieem esse speciem, scilicet conuentionales, monitorias, & peremptorias: cumq; firmasset regulariter quemcunq; citatum teneri ad comparendum, ascribit etiā, quibus casibus citatio citatum minimè arctet ad comparendum, quod dicit accidere ex personæ qualitate, & loci conditione, ex temporis ratione, & citationis ipsius forma quæ quidem capita sigillatim declarat, & prosequitur.

Et quia iuridicè citatus, nisi compareat, efficitur contumax. ponit de dolo, & contumacia, & in possessionem missione, ubi fusè prosequitur, an, & quando, & quibus cautionibus præstitis contumax audiri, & quibus pęnis affici debeat, & quia citatus, si possideat alieno nomine dominum in iudicio nominare debet, ideo ponit de nominatione facienda. *Et hunc*

Et cum reo citato comparente debeat offerri libellus, subdit de libelli conceptione, & oblatione, docens duas esse libellorum species, & qualis esse debeat, ac quis sit effectus porrecti libelli, & quibus casibus non sit necessarius, & quia uiso libello potest reus quasdam exeeptiones opponere, ideo dicit de exceptionibus, tam ijs, quæ pr oponuntnr ante libellum, quam iis, quæ proponuntur postea quandocunque, de quibus ideo simul dicit, ut facilior sit huius tractatus traditio. *titulum rescruit auctor.*

Posita igitur exceptionis descriptione duas facit species exceptionū dilatoriarum scilicet, & perēptoriarum, docet dilatorias dici interdum ex persona actoris, interdum ex persona rei, interdū ex natura actionis, & qualitate causæ, & ex aliis locis, & harum quasdam etiam appellari declinatorias, vt puta quæ incompetentiam iudicis astruunt, quæ ante oēs alias proponi debent, & cum exceptio excommunicationis ipsa quoque sit dilatoria, habeat tamen naturam anomalam, pluribus de ea tractat.

Descendit inde ad materiam perēptoriā, quas & ipsas in duo genera subdiuidit, in perēptorias, s. litis finitr, puta transactionis, iurisiurandi, rei iudicatæ, & peremptorias simplices, puta pacti conuenti, doli mali, solutionis, earumque inter se drīam explanat, addit & tertiam speciem, siue qualitatem, s. exceptionum præiudicialium, addit, & de exceptionibus, quæ neque peremptoriæ, vere dici possunt, quales sunt exceptiones contra testes, subdens aduersus exceptiones replicationes dari, & alia.

Et quoniam si reus nullam aduersus actorem habeat exceptionem, poteit in acto

rem

rem reconuenire, ideo statim post exceptiones, ponit de mutuis petitionibus, illarũ naturam, & coram quibus, proponi possint explanans.

Sed cum spoliator non possit spoliatum conuenire, ea occasione ponit materiã restitutionis spoliatorum, & primum quid intersit spolium per modum actionis, an per modum exceptionis opponatur, & cõstituto, ac definito quis dicatur spoliasse, firmataque vulgari regula de restituendo ante omnia spoliato, plures ponit casus, in q̃bus spoliatus non est ante omnia restituendus.

Explicatis autem his, quæ contingit fieri plerumque ante causarum discussionem, & quæ sunt iudiciorum potius præparatoria, quam partes substantiales iudicii, uenit ad lapidem angularem ipsius iudicii, sc. ad litis contestationem, docens, quomodo fiat litis contestatio, & quis sit eius effectus, ponitque aliquos casus, in quibus nõ est necessaria litis contestatio.

Transitum inde facit ad iuramentum calumniæ, quod præstari debet circa litis cõtestationem, docens in quibus casibus, & per quos iurari de calumnia debeat, cum aliis ad materiam pertinentibus.

Et quia lis tunc pendet. & lite pendente nihil potest innouari, ponit titulũ, Vt lite pendente, &c. declarans quando lis dicatur pendere, & quibus casibus litis pẽdẽtia non officiat.

Deuenire ad ea, quæ merita causæ contẽnũt, dicit itaque de probationibus, & posito quid sit probatio, prosequitur primum materiam positionũ, quarum & originẽ & usum explanat, inde eggreditur tractatũ testiũ admonens quę seruanda sint in testiũ redẽptione. Quomodo sint cõpellendi ad testificãdũ. Quomodo se gerere debeat iudex, dum examina: quod testes censetur natura, conditione, uita an, & q̃n clerici, monachi, quando Christiani cõtra, Iudęos, uel cõtra, quando singularis personæ, ꝑ sua uniuersitate q̃n criminosi, quãdo domestici, & alii examinari ualeant, quot dilationes cõcedẽdæ ad examinandũ. subdit & de testibus reprobatoriis, & de reprobarijs reprobatoriorum. Item de errore, correctione, & publicatione, ipsorum testiũ.

Post hæc aggreditur tractatum instrumentorum, præfatusque, quid instrumẽtorũ appellatione contineatur, annectit & q̃n illa exhiberi, & qualia esse oporteat, ut fidẽ faciant in iudicio. quomodo te originali sint exẽpla sumenda, ut fidẽ faciãt. Prosequitur inde materiam iuri, quod in proposito diuidit in necessarium, & uoluntarium, licet ipsum alias sit multiplex: ponit itaque quod sit necessarium, quæ ve eius iuste sint recusandi causæ. postmodum attingit materiam iuramenti uoluntarii, inde ponit quosdam casus, quibus sola iudicis inspectatione probationes continentur, prosequitur demum & de notorio, de suspicione vehementi, de fama, aliisque hm̃oi ad probãdum ad miniaulus, quæ uel saltem large probationis uocabulo contineri possunt, & sic claudit tractatum de probationibus.

Ex probationibus transitum facit ad sententias, quarum duas facit species, interlocutoria scilicet, & definitiuum, vtriusq. naturam breuiter demonstrans, adiiciens quomodo iudex, in pronunciando gerere se debeat, tũ quoque quid intersit unus sit iudex, an plures ordinarius, an delegatus, an uero etiam arbiter, & quid si plures iudices in eadem causa diuersas tulerint sententias, quid intersit iudicet quis cõtra ius constitutionis, an contra ius litigatoris.

Et cum ex sententia nascatur res iudicata, annectit, & de re iudicata, & de executione rei iudicatæ, distinguens inter sñiam latam in actione reali, & latam in personali: inter eam, quæ lata est ab ordinario, & eam quæ à delegato, apponens quosdam casus, in quibus res iudicata non potest executioni mandari.

Sed cum per appellationis remedium prohibeatur sñia in rem iudicatam transire subdit de appellationibus. Posita itaquẽ descriptione, diuidit eas in iudiciales, & extraiudiciales, rursus iudiciales in appellationes ab interlocutoriis, & in appellationes a definitiuis, docens quæ sit inter eas differentia, & quando liceat appellare, & q̃bus, & aaliter, quam uel scriptura, & quid intersit vnus, uel plures appellare dẽant, ab vno, vel plurib. sit appellandũ, & quid si prohibita sit appellatio, an tũc quoq. q̃busdam casibus possit appellari, subdit. & de reuocatione attentatorũ, & corã quib. sit

ſit appellandum, cum pluribus ad materiam appellationum pertinentibus præcipu deſertione cauſæ, & temporibus ipſarum appellationum.

Et quia remedio appellationis deſtitutis ſubuenitur per reſtitutionem in integrum ponit de reſtitutione in integrum, qui reſtitui debeat, & contra quos, & quibus caſibus & intra quę tempora; & quoties, adiiciès verbum etiam de querela, & de ſuplicatione per quas pariter iis, qui appellare nō poſſunt, ſuccuritur, & de hoc titulo claudit tractatum ciuilium Iudiciorum, & ſic primā partem, tertii articuli principalis totius operis per conſequens etiam tertium librum.

LIB. IIII.

QVarto libro, qui cæteris breuior eſt. proſequitur auctor ſecundum membrū principalis articuli totius libri, ſcilicet, materiam Iudiciorum criminalium. & ipſorum quoque criminum, demonſtrans ea inſtitui tribus modis. Per accuſationem, quā pręcedere debet inſcriptio. Per denunciationem, præcedente charitatiua monitione, Per inquiſitionem, quam præcedit diffamatio, & quid interſit, crimen magis iſto quā illo modo opponatur; addit & quid iuris ſtatuendum ſit, ſi crimen non his modis, ſed p exceptionem opponatur.

Inde tranſiens ad cauſam materialem horum iudiciorum: ſcilicet, ad ipſa crimina, diuidit illa in duas claſſes: quarum prima contin tea, quæ Deum principaliter lædunt, ut ſimonia, hæreſis, ſchiſma, apoſtaſia, ſortilegium, maledicentia, ſacrilegium: ſecunda uero quæ principaliter lædunt proximum, vt homicidium, adulterium, ſtuprum, rapina, furtum, vſura, falſum, iniuriæ, de quibus omnibus poſtmodum ſeparatim tractat. De ſimonia igitur primum exorſus, eam deſcribit, inde diuidit illam in conuentionalem, & realem, ponitque plures caſus, & exempla, quibus committi, vel non committi ſimoniam oſtendit, addens pęnas tam ordinantium, quam odinatorum per ſimoniam ac quid interſit, vtrum quis ordinem per ſimoniam, an beneficium conſecutus fuerit. Quomodo cum ſimoniaco poſſit diſpenſari, quique admittantur ad accuſationem tam deteſtandi ſceleris, cum pluribus materia connexis.

Tranſit inde ad alia crimina, quæ Dei læſionem principaliter continent, dicitq; de hæreticis, de ſchiſmaticis, de apoſtatis, docens quæ ſit inter hos differentia, de pœnis ſingulorum tractans: præcipue vero hæreticorum, declarans, quando per abiurationē, dicantur reincorporati. Item quando relapſi. Item quomodo agēdū cum relapſis, & his, qui ſemel abiurauerint, quomodo cū ſuſpectis, & vſque ad quē gradū hæreticorum pœna tranſeat in deſcendentes. Demū de apoſtatis differens tres in apoſtaſia cōſiderat ſpecies. ſcilicet, apoſtaſiam perfidię, apoſtaſiā inobedientię, & apoſtaſiam irregularitatis.

Conſequenter tractat de ſortilegis, maledicis, & ſacrilegis, de illorum natura, & pœnis differens, docens ſacrilegium committi tribus modis, ratione perſonarū, ratione rerum, & ratione locorum.

Deſcendit inde ad crimina, quę etiam hominum lęſionem continent, exorditurque a furtis, his annectit de vſuris, quarum plene tractat materiam, adiungit de adulteriis, & aliis coniunctionibus illicitis, vbi agit de inceſtu tam ratione naturalis cogationis, quam ratione ſpiritualis, de vitio Sodomitico, de commiſtione cum brutis, & de raptu, addit de crimine falſi diſtinguens, an quis circa litteras Apoſtolicas, an circa alia documenta falſum cōmiſerit, falſauerit ipſe, an falſis ſcripturis fuerit vſus. Item ſubdit de homicidio, vbi agit de aſſaſſinio, de interficiente latronem, de homicidio fortuito, de opprimente proprium filium, de exponente filium, de impedientibus conceptionem, vel procurantibus abortum, & de his qui ſibi mortem conſciſcunt.

Tractat demū de iniuriis, & damno dato, dicēs iniuriā inferri verbis & litteris.

Et quia interdum, licet, quis de crimine non poſſit conuinci, publica tamen laborat infamia, ob quam indicenda eſt diffamato purgatio, ideo ponit de purgatione, qua deſcripta, duas ſubdit eſſe purgationum ſpecies, vulgarem, & canonicam, & vtriuſque naturam, & ordinem demonſtrat.

Demum cum ſæpiſſime per totum librum inueniatur facta mentio eccleſiaſticarum cen-

censurarum, quas quis incurrit, non modo ratione contumaciæ, verum etiam aliorum excessuum, de quibus auctor dixerat immediate supra, ponit quasi in fine operis titulum de Ecclesiasticis censuris: & cum appellatione Ecclesiasticę censuræ demostrasset contineri excommunicationem, interdictum, & suspensionem, quæ quid sint ibidē sigillatim definit, de vnoquoque facit titulum, & tractatum separatum.

Incipiensq; ab excōicatione duas ponit excōicationum species, maiorem, & minorem, quō inuicem differant, declarans. Item rursus diuidens, aliam dicit esse excommunicationē canonis, aliam iudicis, declarant canonis excommunicationem eam esse, quę alias appellatur excommunicatio latæ sententiæ, cuius materiam diffusè prosequitur dando exemplum de his, qui eam incurrunt ob in clericos manuum iniectionem.

Prosequitur inde materiam excommunicationis, quę fertur à iudice, ponens quę sint partes iudicis in ea ferenda, quid stattiendum sit de participantibus excommunicatis. subdens in fine de absolutione a excommunicatione quam plura cum cæteris omnibus tractatui annexis.

Transiens inde ad interdictum declarat, illud si quędam habere cum excommunicatione communia, quia & ipsum aliud inducitur à canone, aliud a iudice. Inde addit quomodo sit interpretandum, quæ sit illius uirtus & efficacia, quæ interdictum violantium pœna. Vltimo agit de suspensione, quam & ipsam docet esse aliam canonis, aliam iudicis, ponitque eius descriptionem, & naturam, & hoc titulo librum quartum claudit, & operi finem imponit.

Operis nexus. Hæc sunt totius operis prima quædam lineamenta. Si quis autem colores ipsos umbras & totius corporis quasi quandam effigiem intueri, totum percurrat necesse est: in quo præcipue in eo uidetur auctor laborasse, vt. si ita tractatus tractatui annecteretur, vt vnus ex alio sponte sua fluere, non vi quadam trahi uideretur: quod cum ad libri pulchritudinē, tum multo magis ad tyronum, & eorū, qui lecturi essent, profectum, & memoriam iuuandum pertinere est arbitratus. Vsus est hoc fermè ordine, vt ante omnia rem, de qua ageretur, prius definiret, vel uerius describeret, vel p exempla declararet. Inde diuideret in species, vbi diuisio locum habere poterat, uel poneret originem, vel initia ipsius rei, tum effectus demum, & interitum ostenderet. Satis autem habuit, si rem ita definisset, vt si minus tali definitione essentiam, & substantiam complexus esset, saltem rei intelligentiam clauderet, nec enim fuit sibi propositum tales definitiones redigere ad strictam normam Logicorum, cum sciret quam difficile, & periculosum sit definitiones formare, quas auctor plerumque non ex ipsis canonibus, & in quibus raræ admodum reperiuntur, sed ex classicis, & probatissimis auctoribus fuit mutuatus, eas etiam interdum unius rei plures posuit, vt quod una minus comprehensum uidebatur, alia suppleretur, sed hoc non nisi raro, & ex optimis auctoribus, sumpsit enim hoc sibi. vt quę ad materiam concinne, ac methodice pertractandum pertinere arbitratus est, etsi illa minus uerbis, ac contextu ipsarum Decretalium expressa inuenirentur, dum tamen ex mente iuris fluerent, libro suo insereret, licet hoc per quam raro. Sed nec fuit auctori propositum omnia, quæ cæteris Iuris Canonici libris continerentur, in suum librum congerere, & quasi transcribere sed ea tantum, quæ Isagogice tradi potuerunt, quæ variis locis, ac libris nullo fere ordine dispersa in vnum colligere, & quodammodo in medullis canonum abstrusa, & recondita in lucem elicere fuit longe difficillimum: nec secus atque si quis uetustam aliquam, & insignem statuam in multas partes confractam, & uariis locis disper sam, & opertam multis ruderibus, effossis, & conquisitis vndique membris glutine aliquo ita composuisset, vt ad pristinā formā, atq; pulchritudinem restituta appareat. Satis igitur esse arbitratus est, si iis, qui lecturi essent, id utilitatis liber afferret suus, & quasdam tenebras modico labore discuteret in quibus positas impossibile est aliquid diligenter inuestigare, & intro spicere, tantumque in ea facultate afferrent luminis. vt quis, sine cuius quam ductu per se breui temporis spatio expedire per totum Ius canonicū quasi per immensā syluā peruagari possit, & certo pede discurrere, quædam et consulto ea ratione prętermisisse uidetur quod non satis uetuste, vel ob prolixitatem, vel ob aliā causam operi suo inseri posse cōsideret: quæ tamen omnia breuibus, quibusdam

Definitiones.

Nonnulla sumpta ex optimis auctoribus.

Quæ contineantur libro institutionū translatæ.

Quid præstet institutionū liber.

Quarta- tio.

dam notulis est complexus. Quædam etiam ex professo uidetur interdum dixisse compressius, & perplexius, tum quod aliquo labores agnita, & intellecta solent nobi esse iucundiora: tum, quod sciret eadem cum multo fęnore esse dictis notulis explicanda. Stillo scriptus est liber exili, & tenui; quasi scilicet debet librum scribi qui solum. ad docendum atque adeo ad tyrones prima artis rudimenta docendum compositus sit interdum tamen pro materiæ qualitate nonnihil assurgit, vt cum agit de primatu Romanæ Ecclesiæ, & Romani Pontificis. cum de vita, & honestate prælatorum disserit, & in aliis quibusdam raris locis. Lingua usus est auctor neque omnino pura, & candida, neque omnino sordida, & impura, sed quantum potuit simili cæteris libris Iuris Canonici. Plura etiam fere ad verbum ex canonibus in opus suum transferens, institutionum iuris ciuilis ductus exemplo: nam cum daret operam, vt iste libellus reputari posset iuris ipsius canonici quasi portio; absurdum arbitratus est membrum vnum a reliquis corporis partibus cultu etiam, & vestitu dissidere, ac non proprium, sed ab alio quopiam mutuo sumptum videri. Accedit, quod cum cuiusque artis, & scientiæ sunt propriæ voces, & peculiaria uocabula, ac plerumque barbara, si quis iis, alia Latina voluisset reponere, quod ipsum factu fuisset multo difficillimum (vt fieri potuisse demus) longe tamen a proposito aberrasset, cum institutum auctori fuerit ea, quæ difficilia. & inuoluta essent, dilucide explicare, & plana facere, non nouis uocibus, & insolitis uocabulis obscurare, cum (vt ille inquit) ornari res ipsa uetet contenta doceri.

FINIS LIBRI SECVNDI.



COMMENTARII INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI

Ad Scholares Perusinos.

LIBER TERTIVS.

Bene Instituti a contentionibus abhorrent.

Libentius maledictis aliis qua laudanti se ipsũ uires accomodam.

VENTVM iam est (Iuris studiosi) ad eam partem instituti operis, quæ nobis vna omniũ, & difficilima videtur, & molestię plenissima, nempe ad confutationem eorum, quæcumque aduersus nos, atque scriptas a nobis Institutiones obiiciuntur: Nam, ut omittam, quod vt quisque optime institutus est, ita etiam a contentionibus sponte sua maxime solet abhorrere, natura ita comparatum est, vt, quæ in alios vel temere dicuntur, libenter excipiamus: eos vero, qui se, vel sua etiam necessario laudant, non sine stomacho audire possimus. Vnde aduersariis nostris id relictum est, quod voluptatem lecturis non mediocrem sit allaturum, nobis vero, quod statim nauseam sit facturum, nam si de me, ac mea diligentia libere, atque magnifice interdum loquar, non dubito, quin statim arrogantię nomine suspectus omnibus sim futurus. Sin id frigidius fecero, non satis valide aduersariorum obiecta refutare, ac nostra tueri uideri potero. Sed ita profecto sermoné instituere conabimur, vt nec causæ defuisse, & modestię rationé habuisse ęquis iudicibus videri possimus. Et quanquam ex his, quę initia inchoati huius nobis cōmentarii perscripta sunt, tam pręstantissimorum uirorũ testimoniis, atque auctoritate, quam etiã ualidissimis (vt nobis quidem uidetur) rationibus facti, atq; instituti nostri rationem satis, superq; omnibus probare potuisse uideamur, quia tamen eorum, quæ aduersus nos obiicerentur quædã, vel parcius attigimus, vel omnino prætermisimus: quippe quod nemini tunc respondere, sed tantũ gesti negotii seriẽ explicare, nobis propositum erat, ne quis ea dissimulasse, & quasi causę nostrę diffisos consulto præterire uoluisse nos existimet, colligemus in præsenti eorum omnium qui contra nos sentiunt argumenta, quibus in vnũ locũ cũ gestis semel ominibus respõdere conabimur, imitabimurq; Imperatores, qui post comissa leuiora prelia, eductis demum omnibus copiis, de summa rerum decernunt. Et quoniam præliorum, ac copiarum meminimus, erit opere pretium diuersæ opinantium numerum, in suas quasi classes distribuere, vt quibuscum negotium nobis futurum sit, facilius, atque explicatius agnoscere ualeamus.

Tria genera diuersa opinantium

Horum omnium tria genera colligere mihi posse videor. Plerique enim graues, & docti viri nostrarum harum Institutionum editionem ita mihi probasse visi, sũt, vt uehementer etiam admirentur, tot annorum & seculorũ decursu, ex tot partibus, qui in utroque iure floruerunt, nemini uenisse in mentem ut talem librũ cõscriberet quo Pontificii iuris elementa certa ordinis ratione complexus, ad cętera, quę plus quã expediat, inuoluta sunt, & ardua, quasi gradũ faceret. Earumq. promulgationé omnino maturandã censeat, vt non solum posteri, sed etiam nostræ tépestatis homines eius rei uberé fructum capere aliquando valeant. Contra vero alii ab his toto cælo dissidentes in ea re oleũ. & operam perdi affirmare nihil dubitant. Quippe qui consultius esse existiment, scientibus (vt ipsi dicunt) ex ipsis fontibus, ac ueterum libris, quibus vniuersum Ius Canonicũ (quasi mare quibusdã littoribus) cõcluditur, quam ex deductis inde riuulis non tam potũ haurire, quam uix primoribus labris degustare. Iustinianique ipsius institutum, qui institutiones in iure ciuili curauerit tyronibus concinnandas, incusare audent, remq. fecisse nõ modo nullius studiosis utilitatis, verũ etiam noxiã contédunt: satis enim fuerat (inquiunt) iuuenes præclaris illis veterum cõsultorũ monumentis [illegible], atq. iis memoriã exercere, quã minutulis illis rebus, quæ

Penitus ? pugnãtes Iustiniani institutiones parum probata.

quatuor

primis quidem mihi per omnia conuenit, habeoque subscriptores grauissimos, ac doctissimos viros. Aliorum vero adeo deliram, & multorum sæculorum cõsensu cõfutatã esse opinionem, sic omnes intelligunt non nisi ineptus uideri possit is, q̃ eo laborat, vt eam multis argumentis, reiicere, ac cõfutare conetur. Quemadmodum.n. in corpora mollia, cedentiaq: non possis egregiam plagam infligere, eo quod obsistere, contraq. niti non queant: i a eos, qui palam insanire non verentur, nemo forti redargutione percellere poterit: inania.n. ita sua sponte concidunt, & euanescunt, vt ex pulsorib. illum omnino locum relinquant. Ideoque istorum, nescio quo pacto melior est causa, q̃ eorum, q rõne aliqua aduersantur. Quippe quod ipsis responderi non possit, id vero non subticebo, quidquid isti garriant, censere me idq: etiam ex maximis, & in iure ciuili eruditissimis uiris sæpius audiuisse ex vniuersa illa enucleati iuris collectione, ac compositione, q̃ Iustinianus nobis reliquit, nihil esse absolutius, & a se comparandum in toto iure ciuili lumen quoddam, cõducibilius, q̃ illud institutionum opus, qđ isti ex iuuenum manibus excutiendum, & ab omnib. gymnasijs eliminandum, quasi nullius prorsus vtilitatis, tam stulte censent. Nam qđ isti iuris Cæsarei ac Pontificij libros quasi pacatissima maria iuniorib. ipsis exhibẽt, nõ satis quidem scio, num illorum in eo iudicium desiderem, an accusem inscitiam. omnino q̃ parum in utraque iure versati fuerint, planum faciunt, nã tam multi sunt in utraque facultate anfractus, & disputationum procellæ, tam multa nodosa, ac durissima, vt nullo pacto iuuenum [illegible] concoqui possint. Sed vt uerissimum sit, qđ isti afferunt, & utriusque iuris libri pacatissimi maris speciem nobis referant, illud certè negare non poterunt, stulte scilicet facere eos, qui sint penitus natandi rudes, si se mari primum, quamq̃ tranquillo ac non placidioribus undis, nec ita profundis magis credere uelint ut se in [illegible] postmodum tutius committere valeant.

Insana loquentibus aliquo pacto commodius conditio, quod ipsis r[e]sp[o]nderi nõ possit.

Institutionũ ciuiliũ opus pulcherrimũ atq; absolutũ.

Multi sũt in utroq iure anfractus & difficultates.

Plusculum igitur erit nobis negotii cum iis, q nostri instituti rationem magnopere probantes, rem tamen adeo arduam, & difficilem existimant, vt p̃ difficultate nec tentandam quidem, nec si tentet̃ ipsa [illegible] feliciter absolui posse iudicent, nam si fat urũ est vt cum quemadmodum iuris ciuilis Institutiones, ita etiam noster liber legis uim sit habiturus, quanta tandem doctrina, prudentia, & vigilantia eos esse oportebit, q tantã prouinciam aggredi velint, & librum conscribere audent hmõi, in quo nihil anceps, nihil obscurum, nihil cæteris canonib. cõtrarium esse, nihil deesse, nihil abundare debeat: & in quo punctus deficiens, vel syllaba temere adiecta. nos in magnam aliq̃, vel difficultatẽ, vel errorẽ possit cõiicere. Addunt præterea nõ uideri verisimile nihil hmõi cogitasse tot Ro. Põt. quorum plures fuere, qui maxima cum laude ius ipsum cenonicum professi fuerunt, si quo pacto idere studiosorum, vel publica fuisset. Illud versimilius cogitasse quidẽ, illos, sed tanq̃ id esset plenissimum periculi, ac difficultatis cuiusdam insuperabilis, huius operis cõficiẽdi, uel tentandi cõ silium ab iecisse, aiuntq. huic eorum sententiæ Innocentium IIII. subscripsisse videri posse, q cum tam feliciter hunc quasi campum Iuris Canonici excoluisset, quemadmodum p̃ clara sua scripta facile testant̃, ad Põtificatus ipsius apicem tãdem euectus, nõ sibi id sumpsit, vt, q̃ a se essent conscripta, legis auctoritatem habere vellet, sed simplicis tñ cuiusq; interpretis, nimirum prudentissimus Põtifex, & erudissimus satis põderauit, q d ac quanti demum cõsilii, & deliberationis esset, leges cõdere. Demũ addunt, vt cõmode fieri id posse det̃, nihil tñ esse causæ, ob q̃ q s hmõi laborẽ nullo ferme usui posteris futurum sibi sumat, cum antiquorum (ut ipsi ap pellãt) Summistarum scripta, & p̃ sertim Hostiẽsis satis elegãter, & cõcinne totius Iuris Canonici quasi quoddam corpus cõtineant, quib. si q s diligenter insistant, breui proculdubio magnam (ut cõstanter asserunt) in illo iure sciam sibi cõparare poterit. Horum ego dicta nec aspernari debeo, grauium. s. & doctorum virorum, nec itẽ illis quasi re [illegible] eos iudicata acq escere qđ instituti nostri rõnẽ non satis ad huc hi mihi p̃pendisse v ideant̃ rñdebo autem, si primũ illud præfatus fuero, ita videlicet, ferre naturam rerum, ut nihil sit tã rectũ nihil tãta rõne in uitã, vsumq; hominum inductum, cuius nouitas nõ sit aliquib. ingrata, nec inculcatas vias facile mutari posse, atq; hæc eq; ardua reputari, vetustis grat iam dare, & nobis auctoritatem. Docendum igitur nobis nunc est, eum quidẽ, quo de agimus

Cur Romani Põtifices nõ cõscripserint. Institutiones iuris canonici.

Innocẽt. quid uideatur sensisse in hac re.

Hostiẽsis Sũma uideatur facere superfluas institutiones iuris Canonici.

Cōuenit in omni facultate esse libros cōtinentes princip a artis.

mus, Institutionum librum nullo periculo, non tā nullo negotio, etiam quasi Pontifice actore, potuisse conscribi: quod postquam euicerimus, tum demum ēt debere ob eā, q̃ inde studiosi consecuturi sunt vtilitatem ostendemus. Ac primum quidem nullos præterit esse in vnaquaque facultate certos conscriptos libros quib. auctores alieni commodi ac profectus amatores, prima quædā cuiusque scientiæ rudimenta cōplexi, ad cætera magis ardua gradum fecerunt, & uiam a carceribus adi vltimam vsque metam certo ordine statuerūt, cum summa perueniri, nisi ex principiis, non possit. Nam vt corporum, ita etiam animorum, atque ingeniorum quædam est infantia; in qua cōstitui, solidiora, & crudiora, nec mandare, nec concoquere possunt. Vnde bonarum artium doctores, qui se ingeniorum altores esse voluerunt, nōnullos libellos quasi lac, & molliores quosdam cibos conscripserunt, quib. cognitis ingenia veluti adultā etiam duriora deuorare, digerere valeant. Eius rei multa quidem ad manus nobis sunt exēpla, sed vt de aliis taceamus, maiores nostri Institutiones Iuris Ciuilis quasi uix quisquam sine his aliquid in legitima prudentia proficere valeat, magno in honore semper habuerunt, & varia interpretatione, ac Cōmentarijs exornatas, & locupletatas ad nos transmiserunt, huiusmodi aliquid & in hac Iuris Canonici facultate, cur excogitari, & conscribi non possit, ac debeat, ego non ; nisi forte quis cum his sentiat, qui Iustiniani factū improbare non desinunt. Mihi quidē Ius ipsū Pontificiū diligenter aliquando intuenti, præstantissimę materiæ, sed nōdū ad certā ædificii formam constructæ cōpositæ, vel (si mauis) ædificio quidem ianuis tū atq; omni aditu carenti persimile videri solet. Nam si quis, q̃ sint eius iuris initia, quove libro eius prima elementa concludentur, interroget, nemo facile respondere possit. At (inquis) hoc ideo contingit, quod ea res non facile explicari potuerit ꝑ immensum quendam, tū laborē, & difficultatem, tū vero etiam periculi metum das tu quidem: ergo fieri hoc potuisse, vel ēt nunc posse: sed, quod id aliquando ante ꝑfectū non fuerit, in causa laborem, & immodicam difficultatē, ac periculi formidinē fuisse [illegible]. Quid ergo? si sint q̃ cum laborem vel iussi vel sponte subierunt, & difficultatē superarint? erit plane q̃ illis habeas gratiam. Erit quidem (inquies) sed uix in animum possum inducere eius eruditionis, ac iudicii uiros hodie reperiri posse, quibus id oneris satis tuto credi posse existimem, hic tu mihi naturam iniuste nimis accusare uideris, quasi non eadem, earundemque virium illa non sit, q̃ olim fuerit, aut tempestate hac nostra tamquam effœta, & debilis, uires in angustum cōtraxerit? Nam si eadem naturę uis, quæ olim fuerit, idem vigor manet plantis, pecoribus, ac cæteris brutis, quæ (malum) iniuria est vnis hominibus eandem mentis uim, easdem iudicii, & ingenii vires, quæ paulo antiquioribus fuerit adimere? nisi forte similes illis sumus, quib. superior annus semper fertilior videri solet. At si uerū amamus nec ipsi nos, ac bona nostra nimis contemnimus, contrarium vero proprius esse, & rōne & certis rerum argumentis statuendum erat. Siquidem cū eadem semper generi humano ingenita solertia, atq; idē insitum semper mentis acumen fuisse inficiari non possimus, nostræ tempestatis homines, ad naturalem, ac perpetuam illā vim ingenii multam ēt ueterum monumentorum lectionem multa præteritarum rerum experimenta adiunxerunt: ita, vt mirum videri non debeat, si recentiores a ueterib. accepta & excogitata sæpe reddidere meliora, aut imitatione ueterū ipsi quoq; quædā noua inueniant, cū hic nostrę docēdæ ætati cęteræ elaborasse videri possint; nec temere a nostris Iure consultis illa usurpari credendum est, omne scilicet artificiū incremētū recipere, & quanto quisq; sit iunior, tanto esse etiam perspicaciores. Quod quidē, vt de aliis taceam, nostra sane, & parentum nostrorum tempora satis planum faciūt quib. nō modo bonæ, ac liberales artes antiquo nitori restitutæ sunt, verū ēt quædā, comperta, vel a veteribus nō excogitata, nec cognita, vel etiam antea fabulosa credita. Quis unquam apud antiquos librorū formis excudendorum rationem nouit? Quis antiquorum æreas fistulas conflatas ad pilas ferreas iaciendas aspexit? Quis Antipodes adiit? aut quis potius non hæc antequam fierent factu impossibilia credidisset, aut [illegible] fabulis nō adnumerasset? at cūcta hæc vel nostra, vel Patrum memoria facta cognouimus: nō dabimus ergo recentiorum ingeniis, vt exiguū libellū

atque

Etiā ingeniorū esse quædā infantia.

Ius canonicū cōparari potest ædificio, sed ianua atque aditu carenti.

Nullus certus liber continet elementa iuris canonici.

Eadem nunc est naturæ uis quę olim fuit.

Superior annus uideri quibusdā semper solet fertilior.

Quanto iuniores tāto perspicaciores.

Nostræ ætatis in quo melior conditio.

atque illum quidem ad alterius veteris imitationem, maximo præsertim aspirante Principe, cõscribere possint? cuius rei explicatio prę his, q̃ nunc attigimus, mea quidem sententia ludus æstimari poterit. Et sanè superuacuus longior in studiis foret labor, si nihil liceret melius inuenire præteritis, & quæ magna nunc sunt, atq; admirabilia, tempus aliquod quo primũ efficerentur, habuerunt. At (inq.s) potest quidem id fieri, sed laboriosum est, difficile est, periculosum est: Bene iã nobiscũ agi incipit fieri enim posse iã cõfiteris. At ad erit magni lab oris? noli tu nunc tam vehementer de labore alterius laborare, & quasi ante tubam trepidare: nã q̃ pulchra sint eadem & difficilia esse oportet: erit q. laborem libenter amplectatur, q. superis bene iuuãtibus, difficultatem superet qđ si vnus non sit par oneri ferendo, illi comes adiũgetur nec unus tantum, sed si res exigat, etiã plures: nec.n. vsque adeo est hæc ętas effœta, & Princeps pręclaris, & eruditis viris sic indiget, vt rem hanc aggredi vereatur, dũmodo nos incassum non laborare, & Trebonianos, Theophilos, & Dorotheos tẽporibus quoque nostris reperiri posse cõfitearis. At adhuc urgebis, cum periculosum (inquis) id sit ꝙ vel punctus, vel syllaba, ne dũ dictio, vel oratio secus posita, q̃ deceat nos ducere posset in graues errores, ea propter abstinere ab hoc incepto satius sit, quam temere nullius necessitatis impulsu periculo huic obiicere. Hic quidem satis prudenter illi nos monent, ne punctus, vel syllaba secus in opere ponatur, quam deceat. ne scilicet in magnos errores incidamus, propterea que ad eam uitandam adhibebitur, vel adhibita est potius, quanto maior potuit diligentia, & ne quid accidat huiusmodi, legetur opus, relegetur opus, expolietur opus, nõ ab vno tantum, sed pluribus, addetur aliquid, & expungetur, mutabitur, multorumque sententiis, iterum, atque iterum auditis, & collatis, eorum sequemur iudicium, qui prudentissimè, & doctissimè sentire videbuntur, nec enim sumus nescii, nihil umquam humano ingenio elaboratum tam exactum initio fuisse, quin multorum postea accedente iudicio perfectius reddi potuerit. Quidquid enim optimum reperitur, ante nõ fuit, & quæ uetera nunc sunt, fuerunt olim noua. At quod fæliciter rem posse cedere diffidis, etiam, si opus recoquatur, refingatur, & sæpius incudi reddatur, & propterea abstinendum ducis, hic ego te ad Iustinianũ reuoco, cui ex immensa illa silua Iuris Ciuilis, & infinita prope veterũ librorum mole suas Institutiones elicere, fęlicissimè cessisse multorum sæculorum testimonio cõprobatur: qđ si nos ab hac suscipienda prouincia laboris & periculi metus retrahere debet, iã & nauiũ vsus quasi generi humano pernitiosus improbandus sit: quippe quod nauigaturis, ab vndis omnibus horis præsentissimũ mortis periculum immineat; & quod (quamquã prætiosas merces aduecturi, & magnum quęstum facturi videantur) facile tã fieri possit vt transfretantes obrutis, & illisis nauibus medio mari mergantur. Agricolis cãpis semina mandare ne permitamus, qđ post totius anni exantlatos labores vredine euacuatũ germẽ ita corripi possit aut alia calamitate seges ita atteri, & quassari, vt nec ipsum quidẽ semẽ ager reddere valeat, quamquam de certo fructu, ac prouentu longe nobis est exploratius, q̃ aut nautis, aut agrorũ cultorib. nec.n. antea liber edẽdus est, q̃ bene maturuerit, & rebus ad unguẽ discussis, illum edi in rem esse studiosorũ luce meridiana clarius appareat. Sed quid si ẽt reb. nõ ita ad amussim perpensis nullũ subesse magnũ periculũ planum facimus? aut si subsit, nullo ferme negotio id posse uitari doceamus? Neq; ego aliquid nunc cogito, de illa a Censoribus nostris prudẽtissime excogitata cautela, qua putant ex re esse, si Põtifex ipse desertè testet, qđ harũ Institutionũ editione iura noua inducere, aut vetera abrogare nulla rõne intendat. nam istud quidẽ adeo nobis plana, & expedita reddit omnia, adeo aduersariorum obiecta contundit, vt neç Momo quidẽ nullum reprehendendi locum relinquat, verũ etiã si nulla huiusmodi testatio, quam tamen ego obuiis vulnis amplector, adhibeatur. Principio nihil pcipue timẽdũ est in eo, qđ æquę uniuersis accidere solet. Est autem perspicuũ, non solum ea, q̃ paulo scripta sunt grauius, verum etiam nullũ prorsus esse genus scriptorum ita clarũ, & undequaque absolutũ, quum interdum vel ad dictum ambiguũ illustrandum, vel ad loca q̃ inuicem pugnantia videantur cõciliãda, vel ad fusius qd explicandũ, benigna legentis, vel docentis interpretatione indigeat. At-

Quæ præteritũ re administrãdo memoria copora.

Non est trepidandũ an te tubã.

Nihil perfectũ ab initio.

Laboris et periculi metus non debet nos abhorre stia pro uinciare trahere.

Nullũ subesse in aditione libri periculũ et si diligẽtia fuerit remissior.

Cautela Censorũ.

Oĩa scriptorũ genera benigna legentis in ter.

pretatione interdũ indigent.

Sacra scriptura indiget interpretatione.

Vix posset ius ciuile subsistere sine interpretatione.

Quibus modis interpretes iuris se a perplexitatib. conentur eximere.

geat. Atque vt (quemadmodum solent boni Poetæ) a Ioue ipso exordiemur. Quis nescit in ipsis sacrarum literarum oraculis diuino numine sanctissimis viris inspiratis nihil esse contrariũ, absurdũ, nihil perperã positum, oĩa pia, oĩa ueritati consona, oĩa deniq: ab vno, eodemque Spiritu tum inspirata: tum dictata? & tamen si quis Iudaice uerbis tantummodo mordicus inhęrere velit, nec ullã prorsus interpetandi rationẽ admittat, multis erroribus causam tribuat necesse est, de quo utinã non tam multa nobis exempla nostrorum tẽporum calamitas suppeditaret. notiora quidem sunt hæc, q̃; vt exẽplis indigeant, nec tã adeo quis insanus est, & à cõmuni sensu Christianorum tam abhorrens, qui solem ipsum de mundo tolli satius esse existimare non debeat, q̃ illa ipsa alicuius perplexitatis, vel ambiguitatis obtẽtu ab omnibus non legi, non concoqui, in succum, & sanguinem uerti; nimirum qđ, quæ qñque perplexa sunt, vel ambigua ab eruditissimis, ac sanctissimis viris explicentur, ac clara fiant. Iam vero si ad ueterum Iurisconsultorum monumenta, & Imperatorũ rescripta & sactiones, quib. intelligendis, enucleãdis dies, ac noctes inuigilamus, animũ referimus; & si nihil in his contrarium deprehendi posse Iustinianus cõstanter ausus fuerit affirmare, tam multa tñ, saltẽ ad speciẽ, inuicẽ pugnantia cõperiuntur, vt in eo potissimum nostrates interpretes insudare videantur, quemadmodum. s. ea, quæ ex diametro videntur aduersa, conciliari valeant, atque adeo interdũ in eo laborãt, vt quasi cum monstro quodam frustra diu luctati demũ dent manus. seque victos cõfiteri minime pudeat: sed, vt saltẽ quoquo modo sese ab inextricabilib. perplexitatib. eximant, & legislatorib. suis honorẽ seruent, aut vnũ responsum secundũ alterius legis sententiã accipiendũ asserunt, aut hoc quidem inspecta dispositione Iuris antiqui, illud vero recentioris, obtinere affirmant, aut hoc stricte, illud large accipi debere contendunt: nunc ẽt facti speciẽ inter se diuersam, contra verba contextus cõminiscuntur, & vno quidẽ casu hoc, alio uero illud procedere affirmant. Quid plura non satis quidẽ illi acutẽ, sed proculdubio ui quadam, & necessitate compulsi, & adacti, vel quid minus rectẽ dictum erudiẽdorum iuuenũ gratia cõtendunt, quasi uero docendi gratia errare, vel pugnantia loqui liceat, vel difficultatib. succũbẽtes nos ad Appollineos Tripodas reiiciũt. Cogitarã hic pauca huius rei exẽpla subnectere, sed hæc minus ẽt, q̃ mediocriter in iure Ciuili versaris cognita sunt, & penitus perspecta, obtinuerunt tã, & obtinent Digestorum libri Imperatorumque Constitutiones, & Institutiones Iustiniani nomine conscriptæ vim legum, nec ꝑpterea abiiciuntur qđ plurima in his ualde ambigua multa, quę videntur contraria, nonnulla inextricabilia deprehenduntur, nimirum qđ velut Vrsæ informes, & recenter natos catellos suos lambendo ad elegãtiorem formam redigunt: ita interpretationis munere id cõsequimur, vt quæ ab Auctorib. scripta videntur durius, & ꝑplexius, interpretando quasi admota leniter manu ad molliorem tactũ, & ad quandam rerum planiciem traducamus. Non permittam hic orationem nostram ambitiosius vagari, vt idem accidere & in philosophorum, Medicorum, poetarum, & oĩum ꝑpe Scriptorum libris planum facere velim, cum & res multis nõ indigeat, & satis nobis sit, si nos intra ꝓpria castra, ac domesticos cancellos contineamus, illud non dubitanter ausim affirmare, ne quotidianum quidem ac familiarem amicorum inter se sermonem posse subsistere, si ita verbis inhæreas, vt nullam prorsus interpretationem admittere velis.

De hoĩe Ipi Ferdinandi Farnesis ad Flauium Vrsinum in operis limine.

Quid ꝑstet interpretatio.

M. *Ne tu* (inquid Comicus) *istic hodie malo tuo compositis mendacijs*
Huc aduenisti audaciæ columen consutis dolis.
S. *Immo equidem tunicis consutis huc aduenio non dolis.*
M. *At mentiris etiam certo pedibus non tunicis uenis.*

His captionibus si nihil interpretationi demus, non modo Comicorum scena, verum & iam grauissimorum quorumuis auctorum scripta sunt obnoxia: sic qui in clericũ violentas manus intulerat non incidisse in pænam Canonis, Si quis suadente diabolo, contendebat, quod sua sponte verberasset, non diabolo suadente, sic qui per annum non communicauerat, pęnis capituli, omnis vtriusque sexus, nõ teneri, quod illud de hermaphrodito tantum loquatur, sed (inquit Paulus) non oportet iuris verba captari, sed qua mente quid dicatur animaduertere.

Cauen-

Cauendum igitur erit summopere, & quãtum humana põt præstare industria, & solertia, vitãdum, ne quid in ista noua Institutionũ Iuris Canonici editione sit ambiguum, perplexum, contrarium, & nos id studiose cauimus. Sed post q̃ oĩs erit diligentia, & cura adhibita, si quid minus perspicue dictum exciderit, aut q perplexitatem præseferat, nihil adeo peruerse scriptũ deprehendetur, quin interpretationis bñficio quasi manu medica adhibita ad sanum intellectum retrahi, ac traduci possit: q̃d utiq; futurum esset, ẽt si diligentia adhibita fuisset paulo remissior, q̃d quidem relectione voluminum vtriusq. iuris facile intelligere possumus, quibus colligendis, ac disponendis, q̃ nõ magnum adhibitum fuerit studium nostro incommodo quotidie experimur. Cur tantum formidamus, ne huic nostro cęterorum etiam librorũ subeunda sit fortuna? scripserunt antiqui Pontifices libros suos atq; legis vim obtinere voluerũt, eosq. hodie am plectimur, & exosculamur, in quib. tñ plurima sunt obscura, nonnulla vero ita inuicẽ ẽt in eodem libro, & sub eodẽ titulo pugnantia videntur ut maximum conciliare volentibus negotium faciãt. Possem ego hic sexcẽta hmõi afferre exempla, sed profecto clarior est res, q̃ vt exẽplis illustrãda sit. Nec hoc a me eo dr, quasi imitandum istud putem, quod vtique tamquam scopulum semper magno mihi studio, ac labore vitandum censui, sed, ut aliqñ ipsis rerum experimentis, ac certissimis exẽplis isti intelligant, nullũ magnum formidãdum, & extimescendum esse in hac editione periculum. Alii tñ, nec illi quidem (vt sibi videntur) inepti, ita ad huc argumentantur. Aut quæ in Decretalium libris comperiuntur, nullis oĩno mutatis verbis in tuum librum transtulisti, & tunc cũ sint illa ipsa pænitus, q̃ alibi ab ipsis Pontificibus scripta reperiuntur, ẽt nullius nouę approbationis interuentu, vbi leguntur, eandem semper retinebant auctoritatem. Aut non quidẽ ad verbũ trãstulisti, sed pro ingenio, & iudicio tuo illa tibi finxisti, & tunc Põtificis interuenire approbationem est valde periculosum. Video, quid isti moliantur, & q̃ mecũ astute, ac callidẽ agant sentio, nempe, vt nos oĩ penitus laude spolient: ita enim putant, si fateatur is se in suum librum ad verbum ex aliis Iuris Pontificii libris omnia transtulisse, nõ tã Auctoris operis noui sibi nomen vendicare poterit, q̃ simplicis librarii nobis ministeriũ sese præstitisse confitebitur. Sin se pleraq; pro suo ingenio innouasse asseruerit, eum metu imminẽtis periculi, de suo illum instituto deiiciemus, atque ita nostrę causæ arcẽ inuasisse existimant, vt se vel suspendio vitam finire velle magno clamore iactent, si qñ me voti compotem fieri contingat: quem, qui sim, satis, iam (vt isti prædicant) omnes norint. His obiectis facile me posse respondere non dubito, q anteq̃ faciam, paucis mihi lautus iste vir est admonendus, & compellendus. Si nescis (bone uir) cum ita excandescis, cum sic stomacharis, cum me obliq; in angulos perstringis, cum laqueum te meditari uociferaris, si Pontifex approbet, atq. alii uiro graui indigna euomis, auctoritatem tuam, quę sola tibi superest, ad euertenda cõsilia nostra, apud eos, qui te solũ in cute norunt, multum imminui, atque arma ipsa, quæ aduersus nos non cessas intorquere, ipsemet infringis, oportuit te sedatiore aĩo hanc cãm attingere, nosque, & Institutiones nostras ad speciẽ interdum ornare tuo testimonio ac laudare, atque ita fouere, vt cum boni uiri existimationem, atque intercedentis inter nos amicitiæ opinionẽ tibi comparasses, tũ me facilius quasi per cuniculos oppugnare, & dum altera manu scaberes altera ferire posses, nec alicui alieni a nobis animi suspitionẽ ingerere antea oportuit: nullæ. n. grauiores sunt insidiæ, quã q̃ in simulatione necessitudinis, & beneuolentię delitescunt, quod, vt facias, ego te aliqñ conatum intellexi, sed vsque adeo in uisceribus tuis venenum ebullit, ut illud intra stomachi claustra continere, & comprimere non semper possis, sed vel te inuito, interdum erũpit ardentius. Quod, vero (ut asseris) qui sim, norint oẽs. Nõ satis mirari possum quomodo id passim prædices, q me nõ multis ante mesib. ipse noueris, immo nec nunc quidem forte bene cognitum hẽas, sed me quidem huius rei, sit ita sit, minime piget; te certe pauci omnino sunt, qui sicut ego, & alii quidã bene norint, & plane nõtu talis es, qui aliquid in hac nr̃a mediocritate despicere possis. Num meministi cum primum Romam appulissem, neque me de facie antea nosses, quãto studio mecum inire amicitiã quæsieris, quoties me inuiseris, quoties domũ tuã, quo si vete-

In libris iuris canonici multa sunt quæ uidentur pugnare, & q̃ non facile conciliantur.

Insidiæ latentes graviores q̃ in simulatione necessitudinis delitescunt.

rem amicum perduxeris? quantis laudibus ingenium, iudicium, atque opus meũ extulerit, quã sæpe Pontificem ipsum magna mihi eo nomine debiturũ prædicare soleres, quam sæpe & Pontificis ipsius cunctationem, & vicem meam dolere te diceres, q̃ omnia tunc ego non subdolo, sed humanissimo, & candidissimo animo dici, & fieri abs te credebam: nec adagii memineram, intempestiuam, scilicet beneuolentiã simultatis loco habendam. Itaque nihil non egi, vt, quod unum te spectasse, & ambisse nõ multo post comperi inter Censores meos, quos tu illico forte auro onerandos crediderás ab ipso Pontifice legereris. At postquam hi, quib. melius, q̃ tunc mihi cogniti esses, optimo iudicio, ualde ambientem repulerunt. vix dici potest q̃ mihi repente fueris immutatus, q̃ ab illa tua simulata humanitate, atq; animi candore recesseris tibi hõ, paulo ante plane cũ Tribonianis, ac Dorotheis cõferendus, statim nullius eruditionis, ac iudicii visus fuerim, q̃ demum mihi iniquus factus, & omnibus cœptis nostris aduersatus fueris. Demum quid te cogitari potest leuius, & incõstantius q non modo aduersus ea, q̃ sæpe dixeris, verum etiam contra illa ipsa, quæ proprio chirographo aliquando confirmasti, tam imprudenter, atq; imprudenter coram amplissimis uiris de me ac meis scriptis obloquutus fueris? num meministi, cum librũ, quẽ tibi legendũ tradideram, reposcerẽ, & tu me sic extolleres, vt Tribonianis ipsis parẽ facere non dubitates, petiisse me ex te, vt illius tuę sententiæ scripto fidẽ faceres num eorũ, q̃ scripseris penitus es oblitus? vel me adeo supinum arbitraris, vt ea, q̃ ad existimationem meã valde pertinent, tui similis factus prorsus negligã? falleris amice, falleris. Nam veluti eo tẽpore, quo iam mihi in aliq̃ tergiuersationis suspitionẽ ueneras, ꝓpriũ a te chirographum extorsi, ratus, ita me posse penitus coercere ꝑ cacitatẽ istã tuam, q̃ quasi tempestatem quãdam (velut ex longinquo) iam tum mihi uidebar intueri, ita illud ipsum, ut impudentissimam garrulitatem tuam, saltem quoquomodo reprimam, diligentissime assero, & cum opus est proferre soleo, ut miretᷣ iã nemo, si mihi tam inique detrahere conaris, qui nec ipsum tibi parcere noueris: & aliud stans aliud sedens dicere assueueris atq: chirographum illũ tuum cõmentario huic nostro inseruissem, nisi ab illaudato viro laudari turpissimum duxissem. Qui sim (iniquis) oẽs iam bene norunt: ac norint quidẽ oẽs, ecquem me tandem norunt? ecqua labe inquinatum? ecquo scelere, vel turpi nota commaculatũ? norint omnes (in q̃) me, nec enim recuso, nam & in patria nunc celeberrimi nominis viri, & qui aliquando in Aula maiori q̃, tu, q in ea contenuisti, in pretio fuerunt, & nunc sunt, me collegam nec dedignantur, neque aspernantur, & ibidem probati quiq; cõsuetudinẽ nostram appetũt; & Romæ illustrium virorum patrocinijs nõ destituimur, &, qđ forte scis apud Maximum Principem maximis nos laudibus maximi uiri ornarunt. Sed tu nec ẽt ipsis parcis, & fœdo isto tuo atq; incondito sermone grauissimorũ, & doctissimorũ virorum laudes ita conspurcas, vt has ego obtrectationes, ac teterrimã istã tuã verborum colluuiem æquiore animo iã ferã, cũ mihi socios, tantos scilicet viros adiungis, vnde nihil impedio, quin more ignauorum canũ, q nõ pro ueritate, sed pro consuetudine latrant, quantumuis garrias. Sed reuertor iã ad causã nostrã, & præclarã argumentationẽ tuã, neque committam, vt diuerticulũ, ne responderem quæsisse, & (quod dicitur) nimirum altercando ueritatẽ perdere uoluisse uideri possim. Vnum illud addo, qđ te suspendere uelle iactas, si quasi Pontifice auctore liber exeat: ꝑ me quidẽ, & si non exeat, id facias, licet: immo te, ac tui similib. aduersãtib. non exiturum facile conii cere possum, nõ qđ magnam omnino tibi inesse auctoritatem uideam, sed qđ in demoliendo plus vnum, q̃ in construendo plures ualere intelligã, sed tu, si cuius alterius sceleris conscientia, quasi furiis ad laqueũ urgeris, tantisper obsecro subsiste; ac subsiste, donec ad præclarã illã tuã argumentationẽ breuissime respondero. Breuissime (inquã) tum qđ prior parti cũ de imminenti periculo cũ populo ipso nos admones, sæpius supra, ac varie a nobis responsũ est, tum qđ anterior pars egregiæ istius tuæ cõplexionis tantũ abest, vt contra nos faciat, vt illam ipsã maxime nostrã causã adiuuare cõtẽdamus. Quero (inquis) quomodo egeris; & an ad uerbũ in librũ tuũ Canones ipsos intexueris? quomodo me gesserim alias supra satis dilucide explicaui, vñ nũc nõ repeto, cũ ꝑsertim tibi satis id inexplorarũ putem,

Plus unꝰ põt in destruẽdo q̃ multi in construẽdo.

tem,

tem, nam & pluribus diebus perlegendi operis tibi potestatem feci, & ex me ipso de tota rõne instituti nostri sæpius cognouisti, quinimmo quidam nec illi quidẽ aspernandi ex nostro Codice, dum illum apud te esse paterer, exẽplũ clanculũ sumpsisse, atq. illud asseruare te domi diligẽter ausi mihi fuerunt affirmare, Sed fac me ad uerbum transtulisse. Quid ꝑterea? Ergo (inquis) nulla noua necessaria est Principis approbatio. Præclara mehercule illatio, & hoĩe valde dialectico plane dignissima: sed finge, me concedere nullam necessariam esse Principis cõprobationẽ, quod tñ falsissimum esse proxime docebimus, non ꝓpea ẽt euincis, approbationem Principis nulla rõne interuenire oportere: multa siquidem comperiuntur, q̃ quidem, vt necessaria non sint, quia tñ vel decora sunt, vel vtilia, non solum recipimus, verum ẽt magno studio vndiq. cõquirimus, qđ satis liquido apparet, dum vestes nobis curamus dum ædificamus, dum agrum colimus. Nec.n. oĩa ad solam necessitatem referimus, sed multa vtilitatis, nonnulla soliusq; ẽt decoris, ac pulchritudinis gratia facimus, imitamurq. in hoc naturam ipsam, q̃ licet nihil agere frustra credatur, q̃dam tñ ostentat in herbis, florib. in plantis, frõdib. atq. terrestrium aĩalium pellibus, in pennis auium solius decoris, ac pulchritudinis causa a se conficta: nec tu (puto) inficiaberis, tum magnum operi decus accessurum (q̃q̃ hoc minime oĩum cupis) tum Pontifici illi gloriosum futurum quo quasi auctore Iuris Canonici Institutiones in lucẽ sint ꝓdituræ cum inter egregia se gesta maximus Imperator reposuerit, qđ se auctore, Iuris Cæsarei Institutiones exissent, nisi forte tu, vt mihi, ita & Põtifici ipsi inuideas, nec quẽquam præter quam te aliquam gloriæ particulam assequi, ęquo animo pati possis, sed, puto dabis decorum hoc futurum supremo Pontifici, saltem, vt illius amans, & studiosus uidearis; ergo, vt hoc necessarium quidẽ non sit, gloria tñ Principis, atque operis ipsius decus satis est causæ vt quasi illo auctore liber in publicum exeat; huc accedat profectus studiosorum, ac vtilitas, qui lõge alacrius, & impensius huic perdiscendo, & enucleando operi inuigilabunt, si quasi de manu Pontificis, q̃ si ab hoĩe priuato sint recepturi: quippe qđ ita natura comparatum est, ut munera ipsa non magis interdum materia, q̃ auctores ipsi grata nobis, ac prætiosa faciant, ut non immerito Iustinianus ipse non semel inuentuti a se docendæ gratuletur, qđ tanto honore digni tyrones habiti fuerint, ac tanta felicitate affecti, vt prima legum rudimẽta ab Imperiali (ut ille inquit) splendore, ac uoce principali accipere debeãt. Accedit qđ cum iuris Põtificii facultas ius ipsum Ciuile quasi emuletẽ, iniuriam qđ amodo illi facimus, si queadmodum iuri Ciuili cõtingit Iuri ẽt Canonico, quasi Principe auctore sua principia nõ cõcedimus? præsertim qđ illo suadente in libros collecta, illo iubente recognita, ac reuisa sunt, ac nõ nisi illo permittente sint edẽda. Vides ne igiẽ ẽt si ipsorum Canonũ verbis ad amussim usum esse me tibi concessero, multas tñ esse causas, q̃ q̃q̃ necessitas (vt uis) non urgeat, quasi Pontifice auctore liber exire debeat, suadere possint. Sed in præsenti nihil nos adiuuet, qđ Pontificis approbatio operi magnum decus adderet, nullum habeat momẽtum, qđ ea res futura est approbanti Põtifici gloriosa: Nec attendamus, ꝙ sit lecturis vtilitatẽ allatura, nec indecens habeatur, qđ Iuris quidẽ Ciuilis elementa, quasi Imperatore magistro discimus, ac Iuris Canonici a priuato accipiamus, oĩa hæc nec assis faciamus, nec aliquo modo ad rẽ pertinere confitemur. At q̃d tandẽ dices, quo tandẽ cõfugies si ue tibi dederim me a Canonum verbis ne latũ quidem vnguẽ recessisse, tunc tñ maxime hmõi necessaria esse approbationẽ extorsero? si tu te id sponte tua cõfiteberis? rñde sodes, uir acutissime, & q̃ tã anceps Dilẽma ex quodã ꝓfundo Dialecticæ artis expiscatus es, quo quasi cornub. quibusdam ita posse nos impetere tibi persuaseras, vt nusq̃ posse nos effugiũ aliquod reperire credideris? respõde (inq̃, sodes) cuiusnam auctoritate muniunt Iura ipsa, q̃ in gratiã tuã fateor nunc me ad illũ meo libro intexuisse? Romani (inq̃s) Põtificis, tũ ꝑterea dicas, obsecro, eadẽ illa, cuius loquẽtis ꝑsonã nobis exhibẽt, atq. exprimunt, & pariter nõ negabis, qđ Romani Põtificis. si ergo ad verbum translata sint in nostras Institutiones, nonne, & ibi Põtificem loquentem intueri necesse erit? & hoc quoque negare non poteris. Quid ergo? non putas tunc necessariam Pontificis approbationem? quasi mihi homini priuato in priuato opere liceat sine scelere, ac falsi crimine Pontificis induere personã? Quid tu ad hæc? quo pacto elaberis

Multa, quæ non sunt necessaria, fiunt cã utilitatis ac decoris

Iustinianus de Institutionibus suis gloriatur

quomodo ab hoc laqueo te expedies, video q̃ subito, q̃ nullo negotio non dicam corruerit tota illa machina, q̃ ad quatiendam causam nostram paraueras, sed in te ipsum retorta fuerit? vidēt, vt tuo te gladio confoderim, videsn q̃ parum sis in dispu tando acutus? Quid dicam? videre non potuisse te, quod uel pueros latere non potuit? an potius vidisse te quidem, sed facile nostris atque aliorum oculis tenebras offundi posse existimasse? sed neutrum horum statuam, nam nec tibi mediocris ingenij ac iudicii laudem inuideo, neq. itidem te de nobis tam praue sentire audio; ut huiusmodi nugas facile nos imbibere posse existimes. Sed profecto ita natura cōparatū atque vsu compertum est, vt cum primum mentem liuor occupat, animus quasi cæca caligine inuolutus, nihil rectum cernere valeat, vnde multos alioquin oculatissimos viros, impugnandi studio in fœdissimos errores fuisse delapsos legimus. Sinamus igitur hos pro sua libidine blaterare, prosequamurque illorum obiecta confutare, qui, vt multo q̃ hi nobiscum agunt modestius, ita & nobis modestius excipientur.

Impugnādi studiū ansā tribuit erroribus.

Aiunt, si huiusmodi Iuris Canonici Institutiones conscribi, aut necessitas cogeret, aut suaderet vtilitas, uel res aliqua ratione sine magno periculo transigi potuisset, vtique futurum fuisse, vt alii Romani Pontifices eas conscribendas iampridem nobis curare debuerint, neque existimandum hanc paratę sibi laudis materiam posteris illos fuisse relicturos. Ego uero, quid illi curauerint, vel non curauerint, nō multum ad rem pertinere arbitror. Primum enim nimis iniquo loco recentiores cōstituimus, si eisdem omnem inueniendi rationem præreptam statuimus, quod falsissimum esse supra demonstrauimus, cum rerum ipsarum parens & repertor tempus, non omnia simul perficiat, sed sub variis temporum spatiis, & distinctis annorum interuallis: & ex vnius perfectione alterius quoque rei trahat, & deducat inuentionem. Et (vt prudentissime in Ethicis docet Aristoteles) omnes præclarę artes ab exiguis principiis profectæ sunt, atque inde ad magnum decus peruenerunt. Sed per me cogitarint quidem, & alii Pontifices, non tamen continuo euincis eos difficultate pręteritos huic rei manum non admouisse, id enim fieri potuit, quod hi ad alia negotia animum vehementius appulerint. Illi non diu superstites fuerint. Sed demus alios pontifices omnino vacuos fuisse, diu superuixisse: demus de componendo huiusmodi opere cogitasse: demus difficile id immo impossibile reputasse, & ideo abstinuisse, & si quid quærunt amplius, num propterea nobis quasi lex quædā dicta est, ut non idem possimus & non excogitare, & tamen aliter, atque ipsi opinari demum rem ab ipsis desperatam aggredi ac tentare? Nonne sæpe, fit, vt quædā nobis non possint, magis ex sententia cadere, quæ tū non tam conficiendi, & absoluendi spe magna ducti, q̃ libidine tētandi aggredimur? Quin immo inquit Comicus

Non oīs inueniēdi rō est recētioribus prærepta.

Licet nobis a ueterib. dissentire.

Imprudens itidem & sæpe iam multis locis
Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.

Et idem rursus.

Insperata accidunt magis sæpe, quam quę speres.

Et desperata cadūt interdū ex sententia.

Quis scit igitur quin aliquo amico numine, fauente, vel causa, possint recētiores feliciter id absoluere, de quo veteres desperarint? Dij. n. (vt est in adagio) faciētes adiuirāt, & oīa uendunt laborib. Quamq̃ alia ratio diligentius id cogitati solet interdū occurrere, quamobrem illi nullas in Iure Canonico Institutiones cōscripserint, nē pe q̃ veteres circa quædam Iuris illius quasi cunabula ad Pontificatū euecti ad firmandum, cōstituendumque Ius ipsum Canonicum, qđ tum videbatur adolescere aīū intenderent, nec potuerint Ius ipsum vel nullum oīno, vel certe rude adhuc, & vix inchoatum ad rectā methodum redigere, quod satis liquido apparere potest, si quis ad tempora Gregorii noni, Bonifacii octaui, & Clementis quinti, aīū, & memoriā reuocet, q quidē haud ita multis sæculis suos libros promulgauerunt, q̃ nouissime Iuri Canonico certam quandam formam, & corpus, quod hodie retinemus, cōstituerunt Institutiones, itaq. tunc tpis quasi deficiente materia cōscribere minime potuerunt sacrosancti illi Patres, qđ in ipsis fuit, satis luculenter præstitēt, nēpe vt ius ipsum fundarent, & constituerent. Nūc cū ipsa materia abunde suppeditet, accipienda est, atq; ex ea quasi de rudi prope marmore effigies ducenda. Nec ego ppterea Pōtificum illorū libros male digestos esse cōtēdo, sed ad id, qđ molimur, nullum

Nō habilis cur ueteres Pōtifices in iure canonico Institutiones nō cōscripserūt

aut

aut certe perexiguum vsum præbere: nec.n.illis fuit propositum, vt nos iura ueterū docerent, aut rudes aliquos instituerent, sed tm̄ vt quæ uel in vniuersum statuerunt vel antiquorum Imperatorum instar consulentib. rn̄derunt. Iustitiæ, & diuinæ legi consona essent, in eo āt nulla necessaria erat Methodus, aut docendi rō, sed diuinæ tm̄ Legis peritia, & eorum, quæ antea constituta essent, sciētia. Atque cum interdum factum illorum cum nostro comparo, illud interesse mihi propè uideri solet, quod inter marmorum, ac lignorum maceriem, optimam quidē illā, & ad ædificandum longe præstantissimā, sed dissolutam, ac male congestam, atq. ex eadem materia fabrefactam domumnam marmora, & ligna eadem sunt illa quidem, sed vsum lōge diuersū nobis p̄bent artificis manu certa rōne composita, & tenacissime inter se compacta, q̄ disiecta, ac in varias partes dissipata, vel ad inhabitandum nō satis oīno illa cōmode constructa. Veluti ergo cōmode inhabitare uolentib. non satis est saxa, atq. materiam, & cetera ædificanti vtilia congerere, nisi disponendis eis, collocādisq. artificiū manus adhibeantur, sic non satis est facultatem q̄libet abundare rerum copia, cumulum tm̄ habere, nisi illas certa disponendi ratio in ordinem digestas, atq. inter se cōiunctas deuinxerit: eodem accedat oportet uia, atq. ea cum ad ingrediendum, tum ad demostrādum incipientib. expedita, neque propterea ista comparatione antiquis illis Patrib. aliquid uos detractum velle quisquā existimet; nihil.n. mirum, si id illi nō præstiterunt, qđ vel deficiente ipsa materia, uel alia quacunque cā suadente, ne tentarunt quidem, minimum illud est, quod nobis vendicamus, atque hmōi, ut si eò ueteres aīum appellere valuissent, vel voluissent, elegantius forte, q̄ nos id ipsos præstare potuisse non negemus, hoc est, nonnullā forte laudem non inepte dn̄o disponendi ac rudiorib. expeditiore quadam & compendiosiore via tradendi ea ipsa, a ueterib. non modo præclare cogitata, atq. diuinitus inuenta, uerum ēt ad constituendā Christianam Remp. solemniter sancita, ac salubriter decreta fuerunt, vn̄ præter faciliorem quendam ordinem ad eas perdiscendas, cætera oīa ipsis relinquimus: atque multo magis illos nobis, q̄ Cererem ipsam, q̄ frugum inuentricem Poetæ fabulant̄, molitori cuidam, vel pistori præstare existimamus. Quod aūt de Innocentio dr̄, qui suis scriptis legis auctoritatem non est impartitus, nihil nos mouere debet, si quidem is nec cum scripsit, Pontifex erat, nec si fuisset quasi Legislator scripsit, sed quasi purus interpres, nec utique dubium esse dēt, eundem, si collibitum esset, potuisse libris suis auctoritatem Legis concedere, cum illius multas Decretales cæteris Canonibus admixtas habeamus: sed credēdum est eundem ideo abstinuisse, quod multa noua suis libris inseruit, quæ non ea, qua decet legem ferri diligentia expendisset. Cum multum intersit interpretemne quis se exhibeat, an Legislatorem, & ut cætera desint, certe non plus vnius nos mouere debet Innocentij auctoritas, qui omnib. a se scriptis vim legis non tribuit, q̄ Gregorij, Bonifacij, Clementis, atque adeo ipsius etiam Innocentij, aliorumq. qui Iūs ipsum Canonicum, quasi a fundamentis erexerunt. His accedit, quod diuersa prorsus est ratio noua scribendi, quod illi contigit, alia eorum quæ etiā non modo scripta, verum etiam ab omnib. recepta sunt, ad certum ordinem rationemque redigendi, quod nos molimur. Extorsimus itaq;, in harum Institutionum editione periculum aliquod magnopere formidari non oportere, dispiciamus nunc, an eæ necessariæ sint, & quā allaturæ sint legentib. vtilitatem, & an oīno prouinciā istā suscipiendo, oleum, & opam luserimus. Quam q̄, q̄ de hoc instituit̄ disputatio probabilior sane fuisset, si quis opus nōdum aggressus esset, quā nunc, cum res iu eo statu sit, vt suprema tm̄ manu indigere videat̄. Quis.n. q̄rat, an necesse sit, quid tentari, quod p̄pe absolutum ostendatur? conemur tn̄ etiam his (si possumus) satisfacere. Ac primum quidem, si librū hunc n̄rum ita esse necessariū, vt sine eo nemo satis p̄ficere valeat, astruere coner, imprudentissimus sim, quis.n. nō nouit quotquot unq̄ in ista n̄ra Iuris Canonici facultate floruerunt, neq. cogitasse q̄dem, neq. librum attigisse similem? Sed quemadmodum ius ipsum Pōtificium in oī vita profiteri volentib. non oīno illum necessarium minime diffitemur, ita cum oīb. cōducere, tum vero quosdā sine eo nihil posse proficere, affirmare audeamus. Principio neminem latet, ut p̄xime disseruimus, quā deceat vnāquāq; facultatem certum habere librum, quo ipsius

Veterib. Pōtificib. nō tā docere propositum fuit q̄ sta tuere.

Nihil detrahitur ueterib. Pōtificib.

Innoc. plures decretales condidit.

Innoc. cur oīb a se scriptis legis auctoritatē nō dedit.

Diuersa rō est scribendi noua uel vetera ordinandi.

prima

Ciceron. auctoritas.

prima elementa concludantur, ac velut in arte redigantur, cuius rei, quamquã per se ipsa satis pateat, locupletem tamen testem apud M. Tullium habemus Marcũ Crassũ Oĩa fere (inquit) quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa, & dissipata quõdam, fuerunt vt in Musicis numeri, & uoces, & modi, in Geometria lineamenta, formæ interualla, magnitudines, in Astrologia cæli conuersio, ortus, obitus motusque siderũ in Grammaticis Poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborũ interpretatio, pronunciãdi quidã sonus. In hac denique ipsa ratione dicendi excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quondam omnibus, & diffusa late videbantur. Adhibita est igitur ars quædam, extrinsecus ex alio genere quodam quod sibi totũ Philosophi assumunt. Quæ rem dissolutam, diuisamque conglutinaret, & ratione quadã cõstringeret. Sic ergo in Iure Ciuili finis hic legitimæ, atq: vsitatę in rebus, causisq; Ciuium ęqualitatis conseruatio, tum sunt notanda genera, & ad certũ numerũ paucitatemq: reuocanda. Genus autem, id est, qđ sui similes cõione quadam, specie autẽ differentes, duas, aut plures cõplectitur partes, partes uero sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant subiiciuntur: omniaque, quæ sunt vel generum, vel partium nomina definitionibus, quam vim habeant, est exprimẽdum. Est enim definitio earum, quæ sunt eius rei propriæ quam definire volumus, breuis, & circumscripta quædam explicatio: his ego rebus exempla adiungerem, nisi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar, qđ proposui breui si enim aut mihi facere licuerit; qđ iam diu cogito, aut alius quispiam, me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, vt primum omne Ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt, deinde eorum generum quasi quędam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectam artem Iuris ciuilis habebitis, magis magnam, atque vberem, q̃ difficilem, & obscuram, atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sint coguntur, vel passim licet carpentem, vel colligentem undique repleri ista Iuris Ciuilis scientia. Hæc ille. Et hoc quidem, quod in iure ciuili tantopere: se desiderare, atque expectare Crassus aiebat, & se facturum aliquando credebat, abunde suis Institutionibus Iustinianus videtur præstitisse: quod tamen tunc non erat perinde, ac nũc circa Ius Põtificũ necessarium. Si quidem, Ius Ciuile maxima sui parte, ex veterum Iuriscõsultorum libris. & interpretationib. constat, dum illi aliquid vel ad Senatusconsultum, vel ad legem, vel ad Prætoris edictũ cõmentabantur, quibus suis lucubrationibus et ordinem quendam vt hoĩes erant magna, tum doctrina, tum iudicio, certamque rõnem seruasse comperiuntur, dum finiendo, diuidendo generales quasdam positiones formando rem tractant, ita vt ipsorũ Iurisconsultarũ monumẽtis, idẽ ꝑpe labore haud multo maiore cõsequemur, cum inde Institutiones illius ferme ad verbum desumptas, excerptas fuisse videamus qđ de iure Pontificio non item affimari potest: quippe ꝙ potissimum ipsorum Pontificũ ex cõsultorum rñsis totum ferme constet, vt omittam interea, quantũ putem interesse inter ipsorum Iurisconsultorũ & Pontificũ, aut eorum, quorũ opera ipsi usi sunt in pretractandis, ac subtiliter peruestigandis disciplinis, eruditionem & exercitationem. Si quis igitur, quantumuis rudis quinquaginta Digestorum libros perlegat, non modicũ legendo cõsequet iniure ciuili cũ doctrinę, tum iudicii, nõ idẽ legenti oẽs Decretales vsu ueniet, cũ illæ cũcta fere ad solam oblatæ speciei decisionẽ nullo neq; docẽdi vel certa rõne interpretandi sine ipsis cõditionib. proposito emanarint: Si igit Iuris Ciuilis Institutiones recipimus, laudamus, & tanq̃ necessarias exosculamur, cur nõ multo magis idẽ existimemus de Institutionib. Iuris Canonici? cuius libris si diligẽter q̃s inspexerit, aut nulla aut certe ualde tenuis finiendi, diuidendi, certa Methodo explicandi rõ cõtinetur, qđ de Pandectarum libro uere prædicari nõ põt. Accedat huc qđ studiosorum hominum, quib. liber hic noster vsui esse poterit, duo genera considerari posse vidẽtur. Alterum eorum, q̃ huius Iuris peritiam sibi ad quæstum cõparare nituntur, vt sunt ii, q̃ ꝑ multos annos Iuri Cæsareo in publicis gymnasiis operam dantes in recessu uix, paucis mensib. aut ad summum anno Iuri Põtificio ita sese dedunt, vt tanquã de Nilo canes recedẽtes uix pauca degustent. Alterum est eorum, qui non tam ad quęstum q̃ ad proprium vsum eam sibi facultatem parare cupiunt, vt sunt Theologi, q̃, cum ius ipsum

Institutiones in iure Canonico magis necessariæ q̃ in iure ciuili & quãobrẽ.

ius ipsum canonicum cũ Theologia communioné, in plerisque, & affinitatem quandam habeat, nõ multũ se profecisse existimant, nisi ad eam et Iuris Canonici cognitionem, si non exactam, at quacunque saltẽ adiungant. Et audiui ego sæpe, magnos in Theologia uiros ad ius Pontificium quasi sibi occlusas fores conquerentes. Quippe quib. ad publica gymnasia honeste non detur accessus neq: si detur multũ sint profecturi, cũ ibi iudiciorũ, vel beneficiorum tractatus, vel si q̃ sunt alii ad lucrũ parãdũ aptiores interpretari doctores suis auditorib. consueuerint. Quæ vero habeat cum Theologis quædã cõmunia, & ad pænitentiarium forum spectant, neque digito quidem attingere solent, eodem ferme loco, & Aulici sunt habendi, & præsertim q̃ ecclesiastica aliqua dignitate sunt insigniti quib. circa suarum ecclesiarum administrationé, & multiplicia negotia impeditis non vacat multos annos in eius iuris sibi paranda cognitione consumere, cũ tã passim ea illis occurrant, q̃ non possint sine illius iuris notitia explicari? siue igitur ad quęstum, siue ad proprium vsum huius iuris cognitionem referas, neutris harum Institutionum editio ingrata esse debet. Si quidẽ ii, qui ad quæstum rem totã referunt, eo ipso anno, quo iuris ciuilis desinunt audire prælectiones, & ad Pontificium se transferunt, vix vnius, aut alterius tractatus cognitionem assequ ualent. Ea enim his temporibus inualuit interpretandi ratio, vt interdũ uix tribus, aut trib. mensib. vnius decretalis interpretionẽ absoluant, ita fit, vt interdũ uix duo eorũ solũmodo tractatũ notitiã tenentes sese, vel domũ recipiant, vel ad ciuilia obeunda munera conferant, & sæpe incidunt quęstiones, quarũ prima illa rudimenta ne olfecerunt quidẽ, adeo, vt sedes ipsas principales incidentis quæstionis miserere interdũ emẽdicare cogantur. his igit hoc certe cõmodũ liber hic noster afferet, ut, si vel mensem in eo diligenter perlegendo ponant, quocunque sub, tractatu emergens quæstio reponatur, ex illius lectione si non decisionem, q̃ tã sępe sunt ibidẽ inuenturi, at certe loca, vñ quæstionem soluere possint, nota nullo negotio habere valeant. Qđ quidem, & ad laborem leuandũ, & ad vitandã grauem tẽporis iacturam, q̃ quis dius q̃rendo facere cogeretur, valet plurimum: ut omittam interea, qđ generalis illa oĩum, q̃ Pontificio iure continentur, rerum cognitio incredibile est, quantum mentis tenebras excutiat, & ad vnumquodque quantumuis abstrusum inuestigandũ adiuuet. His vero quibus circa Thelogiæ cognitionem, vel alia negotia occupatis in iure Pontificio perdiscendo non vacat multos annos collocare, non modo vtiles erunt Institutiones illæ verum et omnino necessariæ. Ac primum quidem quomodo hi nulla iuris ciuilis cognitione imbuti, quæ proculdubio multũ adiuuat, audebunt tãtam prouinciam aggredi? Quomodo Decretales ipsas incisas & plerumque longissimam facti speciẽ continentes ferre poterunt? aut si possint, quẽ inde succum elicient? cũ eæ uti sunt iustitiæ, & æquitatis plenissimæ, ita tanquam ad consultantium vota pro tempore ab auctoribus scriptæ, nullum certe ordinem cõtinere potuerunt, aliquid forte hi ex libro Gratiani (quẽ Decretũ appellant) consequi poterunt, sed non est incognitum quantum illius libri nutet auctoritas, q̃ etiam perplexo ordine conscriptus sit: qui tã vt sit optime digestus, & totus aureus, certe multa sunt in eo posteriorum Pontificum constitutionibus immutata, & correcta, multa nouiter inducta, de quib. uerbũ in eo nullum inueniat: & si omnia ibi sint, fusius tamẽ inueniuntur pertracta ta, quã vt his qui expeditam quandã discendi uiã sequi capiunt, conueniãt, quod quidẽ libri ipsius magnitudo satis aperte ostẽdit. Sed neq; Hostiẽsis sũma hos meo iudicio multũ adiuuare poterit, nec. n. liber ille ab auctore ad eum vsum, de quo nobis nũc est institutus sermo, editus fuit, sed scripsit egregius ille vir non minus consummatis viris, q̃ tyronibus, neque vt suo libro elementa Iuris Canonici complecteretur, sed vt oĩa, q̃ vsque ad tempora sua in iure tam pontificio, q̃ Cæsareo, a quibusuis interpretibus quantumuis ardua, vel ambigua cõscripta essent, in librum suũ congereret, quod satis perspicuè ex operis ipsius procemio liquere potest, vbi id ipsum auctor clarissimè testatur. Et proculdubio, si omnia, quæ in illo libro congessit, numerentur, plura sunt quam ea, quæ tribus ipsis Iuris Canonici libris continentur. Accedat, quod illius lectio non potest non esse periculi plenissima, si quidem constat Hostiensem antea scripsisse, q̃ Bonificii, Clementis, nonnullorumq;

[illegible] sit licet necessarium.

Aulici ecclesiastica dignitate insigniti.

Generalis terminorũ cognitio ad iuuat uolentes profiteri Ius Canonicum.

Decretũ Gratiani.

Hostiẽsis sũma nõ est scripta solis tyronibus.

Grãditer est liber Sũma Hostiensis, q̃ oẽs Canonũ libri.

Lectio sũma Host.

lorumq. aliorũ Põtificum cõstitutiones promulgarent ac velut Citharedus, q̃tũuis peritissimus, si ea Cithara, ĩ qua plures principaliores fides cõfractæ fuerint, pulsãda sit, nullum suauẽ concentum reddere poterit, sed obstrepet verius, q̃ personet, sic vir ille insignis, cui scribendum fuit multo antea, q̃ bona pars librorum illius iuris, q̃d in terpretabitur, esset in lucẽ edita, non potuit non multa dicere, q̃ aliter, atque ipse putauerit, hodie statuta comperiuntur. Ponit quidem ipse, q̃d maxime iuri, & æquitati pro tpe consentaneum sibi videretur, scriptis suis mandare, quid posteriores Pontifices constituturi essent, diuinare non potuit. Quod itẽ & de aliis pluribus dici potest sed demus, illum scripsisse nudiustertius, q̃s obsecro oĩum rerum rudis ad Ius Canonicum perdiscedum accedens, summãq. Hostiensis legendam assumens, primum quidem tam grandis libri machina non terreatur, atq; inde legendo operi incumbẽs ob tã multiplices (vt vocant) allegationes, ob tã uarias antiquissimorum doctorũ, quas recenset opiniones, ob tam multas quæstiones, non adeo se multiplicium rerum mole grauatũ sentiat, vt in ipso statim limine (vt dicebat Imperator) desertor fiat studiorum, aut aliter, q̃ cum labore maximo sero eo perueniat, quo leuiore, & simplici via ductus citius cum maiore et profectu peruenire potuisset? Alẽda profecto primo tpe sunt ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda, non asperiorum tractatu rerum atterenda, aut difficultate numerosæ, atq. pplexæ institutionis deterrenda. Et sane si Hostiẽsis liber hmõi putetur, qui aliquem institutionib. ullis locum non relinquat, iã & Iustiniani institutiones frustra mẽbranas occupabunt si quidem & Placẽtinus & Azo, aliique nonnuli in ius ciuile Summas dicam (audacter) elegantius, quam in ius Pontificium Hostiensis, cõscripserunt. Q̃d si neq. Placentinus, nec Azo, nec alius q̃s q̃ ita scripsit, vt Cæsareæ institutiones hodie superfluę existimari debeant, neq. istorum libris ad ius ciuile paratus ingressus, sed per eas tñ ad illud primus nobis aditur patet, cur itẽ, & de institutionib. Iuris Canonici existimari non debeat, nõ satis q̃dem pspicere possum, deniq. ut ea, q̃ Hostiensis, & alii similes scripta reliquerunt per oẽs numeros penitus cognoscere ad summum scientię necessarium est, ita incipiẽtib. quędam breuius, ac simplicius tradi magis conuenit. Sed puto iis, qui metã contigerint, & in iure isto Pontificio ita progressi sunt, vt vix illis supersit, in quo proficere vlterius valeant in hoc libro nr̃o iudicando perinde accidere, atq. si quis arduũ, ac præruptum iter ingressus emenso longo spatio, terminum tñ tandem contigerit. Nã si ad eundem locum expeditiorem quandam viam ei quis polliceatur, aspernetur, tum quod ei q̃ ad metam peruenerit, q̃q̃ cum labore, nulla noua, qua illam ingredi oporteat, via necessaria est, tum etiã quod uix æquo aĩo pati põt, alios breui, ac quasi nullo labore eo peruolare, quo, vt ipse pertingeret, multũ insudauit, ac multos menses cõsumpsit. Cuius rei ex eo cõiecturam facio, q̃p pauci ij, qui institutum nostrum non perinde mihi probare interdum videntur, hi ferme hmõi sunt, quib libri huius nostri usus minime videatur necessarius, & qui didicisse malunt, q̃ discere. Quamq̃ non desunt multi seniores, docti etiam, ac graues uiri, qui rem hanc mirum in modũ collaudent, atq. amplectant, horum ego tam multos in præsentia proferre possem, vt uel nuda illorum nomina vtramque paginam facere possint. Vt tñ vnusquisque de re tota possit exploratius iudicare, placuit breuissimum compendium, & prima totius operis lineamenta edere, ac quasi Apellis tabulam in publico proponere: obtestorq. eos, qui lecturi sunt (si quis tñ hæc quoque,) vt si qua sunt, quæ aut praue posita iudicet, aut quæ quaque rõne illis nõ probentur, mihi ante editionem nota facere minime grauentur, a quib. tñ abest, vt aliquid mihi detractum putem, vt hoc ipsũ maximi beneficii loco sim repositurus. Neque. n. ego is sum, qui ei, qui in scriptis meis aliquid desiderauerit, uel reprehenderit inimicitias denunciare velim, cuius enim esset hoc intemperantiæ, aut qui obtineri id põt, vt hoĩes etiam quę non probent, laudent? immo hæc reprehensio non solum sine offensione, verum etiã accidit cum gratia ita. n. se res habet, vt qui alterius librum corrigere conatur, si quid affert, q̃p in rem sit, gratia sit ei habenda, sin autem, vt eius saltem sedulitatem amare debeas.

Periculosa & q̃uã obrem.

A principio alẽda sunt ingenia nõ atterenda.

Malunt hoĩes didicisse, q̃ discere.

Nõ tñ ut quis surripiat.

Gratia sunt ei agenda q̃ alienũ librũ conatur emendare.

FINIS LIBRI TERTII.

DE COMPARATIONE IVRIS PONTIFICII ET CAESAREI. ET VTRIVSQVE INTERPRETANDI RATIONE.

Prælectio in Rubricam ext. de Testamentis.

IO. PAVLO LANCELOTTO
I. C. PERVSINO AVCTORE.



VENETIIS, MDCVI.

Apud Petrum Mariam Bertanum.



ILLVSTRISSIMIS ET ERVDITISSIMIS HENRICO, ET CAMILLO GAIETANVS FRATRIBVS.


Ioan. Paulus Lancelottus I. C. Perusinus. S. D.

DVm post peractum fæliciſſimè curſum ſtudiorum veſtrorum reditum in patriam paratis, quã magnum in hac noſtra Peruſina Academia veſtri deſiderium ſitis relicturi, cum argumentis multis, tum ex eo facile potuimus conijcere, quod quam primum eſt id auditum, bona pars iuris ſtudioſorum, qui non omnino prima initia vrgebant, ſed qualeſcunque in iure progreſſus fecerant, vos quaſi duces quoſdam ſecuti, in album Iuriſconſultorum referri ſe, atque adſcribi, iurauerunt, vobis hinc diſcedentibus & ipſi euolaturi. Quis enim non torqueatur, qui diu ſuauiſſima veſtra, atque omni genere virtutum, ac leporum refertiſſima conſuetudine frui ſolitus, intelligat ſibi in poſterum tanta veſtra humanitate, & tanta comitate, demum tam illuſtri bonitatis, & prudentię ad imitandum propoſito exemplari eſſe carendum? At illi hinc diſcedentes quoquo ſaltem modo deſideriũ fruſtrantur ſuum. Nobis autem interpretibus quid erit agendum, quib. neque hinc commigrare licet, & nihilominus diſceſſus veſter eſt ægerrime ferendus, verendumque eſt etiam, ne magnorum præſtantiſſimorumque virorum (quibus Romana curia abundat) cõſuetudine implicitis vobis, tenuiores, inelegantioreſque abſentes amici, vel inuitis, ex animo penitus effluant, quanam ratione iacturæ huic noſtræ occurramus? Cæteri quid acturi ſint, neſcio. Ego quidem (quando aliter conceptam ex diſceſſu veſtro animi moleſtiam excutere non licet) eos nũc mihi imitandos eſſe ſtatui, qui aliquo ſibi neceſſitudinis uinculo coniunctis longam peregrinationem adornantibus imagunculam, vel anulũ vel quid his ſimile proficiſcentibus largiuntur, quo largientium memoriam diutius abfuturi retinere, ac conſeruare ualeant, ſitque inter eos mutui (vt Poeta inquit) amoris monumentũ, ac pignus. Id autem erit huiuſmodi quod & vobis & mihi maxime congruere exiſtimaui, nempe libellus De comparatione utriuſque iuris, quo nos hoc anno noſtris interpretationibus præluſimus, iuſque ipſum Pontificium Cæſareo lõge

præ-

præſtare oſtendimus. Conuenit autem id (quidquid eſt munuſculi) vobis quam maxime, non modo quòd eius iuris fueritis ſemper ſtudioſiſſimi, peritiſſimique nunc habeamini, verum etiam quod id ipſum per Bonifacium octauum gentilem veſtrum Pontificem Maximum, maximũ incrementum receperit, cum illud rude, atque inchoatum tantum antea vndique prope abſolutum, Sexti (vt appellamus) editione reddiderit. Mihi vero, & idipſum congruit, quod in eo iure interpretando ætatem conſumpſi ferè omnem, viamque eius capeſcendi expeditiorem poſteris aliquando reddidi. Accipietis igitur lucubrationem noſtram quaſi exignam quandam Iuris canonici imaginem, rudi tamen manu depictam, quam ego ſi propriis coloribus effingere, & ad viuum reddere potuiſſem, nihil dubito quin (quod Plato de virtute dicere ſolebat) mirabiles ſui amores apud ſtudioſes omnes excitaret. Sed qualemcumque illã accipietis tanquam noſtræ in vos teſtem obſeruantiæ, non vt eam ab inuidorum obtrectationibus (vt vulgo ſcriptores ſuis patronis efflagitare conſueuerunt) auctoritate veſtra tueamini, neque enim ita ſcripta eſt vt inuidiam apud quemquam excitare debeat, & qui aduerſus inuidos, detractoreſque ſe præmuniunt, ij videntur mihi eodem tempore de ſe ſentire glorioſè ac ſuperbè, de cęteris prauè, ac malignè. Tum is ego sũ ſanè, qui illorum ſcriptis ſoleam admodum inuidere, qui plurimos habent inuidos, inuidiamque ipſam illis vehementer inuideo, atque vt in hominibus ſenectutem, ita in ſcriptoribus inuidiam optatiſſimum malum appellare conſueui. Nam, etſi ea per ſe praua eſt, ac deteſtanda, eſt tamen teſtis virtutis, nec niſi ſumma petere conſueuit, à ſummitate autem noſtra tam procul abeſt lucubratio, quam ad eam accedit propè veſtra in me beneuolentia, meaque in uos viciſſim obſeruantia, quarum vtraque ita iam peruenit ad ſummum, vt incrementum recipere nõ poſſit, vtraque vos eo auditores habuiſſe glorior clariſſimos, ita vos contra doctorem audiuiſſe me non omnino obſcurum recordari ne dedignemini. Peruſiæ. Id. Maij 1573.





DE COMPARATIONE IVRIS Pontificij, & Cæsarei vtriusque interpretandi ratione.

IOAN. PAVLO LANCELOTTO.



LEges omnes, ac iura omnia in dirigendis humanis actionibus ad bene, beateque viuendum, non aliter se habent, quam habenæ, fræna, & calcaria ad incitandos, et moderandos gressus, & cursus equorum, vnde cum lex iubet alieno abstinere, ab iniuria temperare, neminem denique hominem lędere, cōtrafaciemtibusque pęnas addit nobis ac cupiditatibus nostris, quasi fræna quædam inijcit, & habenis premit, flagellisque coercet. Cum vero honesta iubet, atque ad ea præmiis nos allicit, naturæ humanæ ad bonitatem stimulos addit, & calcaria subdit, demum cum quædam benignè indulget, permittit, vel tolerat, habenas laxat. Sed tamen tam cohibendo, quam incitando, quam etiam indulgendo ad vnicum tantum, ac certum finem genus humanum dirigit, nempè ad bene, beateque viuendum.

Erga homines qualiter se habeant leges.

Sed illud mirum accidit hac in re, nam cum humana mens vna sit, vnus tantum sit humanus intellectus, vna demum generis humani natura, cui moderantur leges, vniformes & illas esse oportuit, & decuit, cum tamen interea multæ sint, tam varia, tam contraria vni homini præcipientes, vt speciem interdū nobis referant plurium insessorum eūdem equum in varia, ac diuersa eodem tempore agentium, & distrahentium, ita ut quo tempore hic calcaria admouet, eodem etiam ille habenas contrahat: alius in gyrū vertat; quo nihil uidetur fieri excogitari ve potuisse incongruentius, & absurdius. Nam cum leges nobis dominentur, certè vel Euangelica veritate admonente duobus dominis diuersa, immo contraria iubentibus obtemperare, non magis possumus, quam equus eodem tempore cursum arripere, sistere, ac circumduci. Huius rei exempla sunt in promptu, nam vt omittamus magnam inter ius naturale, & gentium diuersitatem, quæ nemini nota non est, quam magna est diuersitas inter ius Pontificium, & Cæsareum quibus duobus vniuersa ferme Christiana respublica regitur? quam multa vtroque iure statim municipalibus legib. quotidie immutātur? Ecce ius ciuile, vt sit licitū finis, induxit vsucapiones, & pręscriptiones, quas disposuit procedere, & compleri ēt si possessori mala fides superueniat l. cum notiss. C.

Vna mēs humana vnus intellectus

Leges diuersa ac cōtraria pcipientes

vsucapio quā varie considerantur

e de

de pręſcrip.30.vel 40.ann. At ius canonicũ inhibet omnino pręſcriptiones ſcientia rei alienæ,&ſic mala fide ſuperueniente,c.vigilanti,& cap. fin.de præſcrip.c.poſſeſſor,de re iud.in 6.idq.(vt quidam ſcrupuloſiores uolunt)etiam ſi completa præſcriptione mala fides ſuperueniat, Bald. in Authen. Ad hæc C.de vſu. Ius vero gentiũ hunc per pręſcriptionẽ dominia quærendi modum non agnouit,iure vero naturali nec dominiaq. dem ipſa erant cognita,cũ omnia communia tunc eſſent, l.ex hoc iure. ff.de iuſt.& iu. Eadem apparet iurium diuerſitas in matrimoniis cõtrahẽdis. Nam iure quidem naturali Primæuo vel quælibet maris fæminæ cõiunctio pro matrimonio haberi poterit,inſti.de iur.natur.gent. & ciuili. in prin. Ius gẽtiũ ſtrictius circa eam rem egit,vetuit.n.certas perſonas cõiungi, & coniunctas inceſti crimine dãnauit, l.quod ſeruus.ff.de cond. ob.cauſ. Adhuc ſtrictius ius ciuile,quod alias nuptias præter eas,quæ erant iure gentium prohibitę, illicitas declarauit,Auth.de inceſt. nupt.p tot.ſtrictiſſime oĩum ius canonicum, quod prohibitiones nuptiarum fuſius,quam gentium,vel ciuile extendit, extr.de conſang.& affin.per tot. Sunt & in ea re etiam regionum conſuetudines,quę ab his quæ a iure, vel Cæſareo,vel Põtificio traduntur, interdum recedunt, c.1.de ſponſ. & c.1.vbi Doctor.de cogn.ſpi. Sexcenta adduci poſſunt huiuſmodi exẽpla,in quibus iura naturæ cum iure gentium pugnant. Item ciuilia a Pontificis diſſident,& a iure gentium. Quinimmo ſæpe ius ipſum ciuile vel ipſum ius Pontificium ſibi minime videntur conſtare, & in vna eademque re diuerſa ſtatuere deprehenduntur. Quod quidem qui iura tenent præſcriptionum, & matrimoniorum inficiari non poſſunt, cum circa ea idem ius diuerſa ſanciat,fac.c.non debet de cõſang.& affi.C.de præſcrip.longi tẽporis per tot.& C.de præſcrip.30.vel 40.ann. per tot. Vnde nihil videri poteſt homine ipſo miſerius,qui cum his legibus parere teneatur,eodem tempore tam varia diſtrahitur,& ab explicãdis certa ratione negotiis,ac rebus certa uia pertractandis,ad quas uno iure vrgetur,atque impellitur,alio iure retrahatur,ac diuellatur, non ſecus atque ſi equus eodem tempore calcaribus vrgeatur, frenis cohibeatur,habenis circumuoluatur.

Matrimoniorũ materia quã varie conſiderata.

Sed hęc oĩs admiratio facile ceſſauit,ſi ſcierimus nihil mali poſiũt in rebus eſſe,ſed tantum in earum vſu,vnde veluti ſi inſeſſor recte calcaribus,atq. habenis vti ſciat,facillime,atque feliciſſime longa,atque aſpera itinera conficiet,contraque ſi neſciat,nihil vel in patenti planicie,pgredietur. Sic ſi horum variorum iurium originem, naturã, tempus,locum, finem,bene quis habeat cognitum,ita iis utetur,vt magna ex eis ad bene beateque viuendũ ſibi prouenire adiumẽta ſentiat. Quæ res vt clarius appareat,pauca ad rem pertinẽtia de hominis natura, ac variis qualitatib. percurramus. Atque interim vos auditores optimi, q̃ mihi hactenus præſtitiſtis in audiendo attẽtionẽ, eandem etiam in poſterum accõmodate, res enim nec vulgaris eſt,& a nobis ea diligẽtia tractabitur,vt hic nobis penitus diſſoluatur,eloquentiam tamen,aut linguæ candorẽ nemo a no

Mali nil in rebus, ſed in uſu.

bis

bis expectet hoc tempore,quemadmodũ.n. in sacra Deo virgine fucus, ac cincinni proculdubio vituperãdi essent, ita in Canonista veneres in oratione aucupari, & lauticias vocum affectare vitio vertendum esset. permittamus nos hæc leuiorum quarundam rerũ doctoribus, & nam & mollis incessus, & ludibundi oculi histrionem quidem, ac saltatorẽ valde decent: grauem ciuem, ac patritium non decent. nec idem ornatus esse debet matronæ, qui puellæ, nec eadem canonistarum, quæ oratorum, vel historicorum esse debet oratio, immo magnopere cauendum est nobis interpretibus, nedum eloquentes, ac Latini haberi volumus, vel alio interprete, indigeamus, vel auditor orõne, quasi calamistrata illectus ita in ea demoretur, vnde rerum grauissimarũ medulam non pertingat, ac peruadat, & cum canones ipsi, quos interpretemur, crassiore quodã dicendi genere conscripti sint, indecens profecto esset interpretem ipsorum canonum ob affectatam in dicendo elegantiam magis indigere interpretatione, quam ipsos canones, quos interpreteris, vt omittamus interea, quod & si omnino cessaret obscuritas, minime tamen decet eum, qui famulatur nitidiore, ac splendidiore pallio indui, quam ipsum dominum. Sed iam ad propositæ quæstionis solutionem accedamus- *Canonista an sit affectare eloquentiã*

Iuris interpretibus cauẽda affectatio linguæ politioris.

Homo cuius solius causa omnes mundi leges institutæ sunt, ac promulgatæ, considerari potest quinque modis. Primo considerari potest in suo tantum genere, id est, vt animal, ac creatura sensibilis, non tamẽ rationalis. Secundo in sua specie, id est, vt homo, & ratione pollens. Tertio tamquam subditus Romano Imperio. Quarto tamquam subditus sedi Apostolicæ. Vltimo considerari potest tãquã ciuis, & municeps cuiusque ciuitatis, puta Bononiensis, Perusinus. Quẽadmodũ autem varijs modis consideratur, ita etiã varijs iurium, vel legum speciebus vtitur. Nam si consideretur in suo tantum genere, hoc est, nõ vt homo, & rationalis creatura, sed vt animal, & creatura sensibilis, eo iure vtitur quod naturale appellamus, & quod natura omnia animalia docuit, vnde marem fœminæ coniungi, liberos procreare, educare, dicitur homo facere iure naturali dictante, quòd hæc omnia non magis homines natura docuerit, quam cætera animantia. Videamus etenim (inquit tex.) cætera quoque animalia istius iuris perita censeri, insti. de iure nat. gẽt. & ciuili, in prin. Sed consideratus homo in sua specie, & tamquam homo, vtitur iure, qđ gẽtiũ appellamus, propterea quod est cõe oĩum populorum. §. singulorum. insti. de rerum diu. l. omnes populi, ff. de iust. & iu. quo iure inductũ est, vt fidẽ seruemus, pacta non frangamus, vt Deos, Patriam, Parentes obseruemus, & colamus, l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. & de const. pecu. l. vt vim. ff. de iust. & iu. quæ gerere nulli animantium cæterorum natura concessit, sed soli homini Si consideretur homo, ut subditus Romano Imperio, utitur iure ciuili Romanorum, quod hodie cõe appellamus, §. ius autem, insti. de iur. nat. gẽ. & ciuil. l. C. de sum. tri. & fi. cast. Si cõsideret vt subditus Ecclesię Ro. utitur iure Põtificio, siue canonico. Si cõsideret, ut ciuis cuiusuis ciuitatis, puta Bononiẽsis, Perusinus, vtit pro- *Homo quinq; modis cõsiderari potest.* *Homo varie consideratus varijs legibus vtitur.*

prijs statutis Bononien. & Perusinis, vel alterius ciuitatis, vel loci.

Iurium cunctorum finis vnus cōseruatio. Porro horum quinque iurium licet inter se diuersorum vnus est, finis variari tamen videtur propter varias qualitates, re aūt ipsa vnus est, est aūt is, Conseruatio. finis iuris naturalis, quod conuenit homini in suo tātum genere considerato, est conseruatio ipsius generis, nam maris & fœminæ coniunctio, filiorum procreatio, educatio, quæ omnia iure naturali sunt inducta, nullum alium habent finem, nisi generis ipsius conseruationē, & perpetuationem, quod genus his medijs efficitur immortale, & propterea pulchre tex. in Auth. de nup. in princ. inquit, Ex filiorum procreatione renouata genera manent, & matrimoniū artificiosè immortalitatem introducit. Iuris gentium, quod homini competit, non simpliciter tamquam animali, & creaturæ sensibili, sed tāquam homini, & rationali creaturæ, finis est eadem conseruatio, sed non tam generis, quā quatenus illa est rationis particeps, & ab alijs speciebus differt? vnde conuētiones, contractus, & alia iure gentium inducta, quorum præter hominē animantia cætera sunt expertia, ratione suadente, & humanis necessitatibus cogentibus fuerunt inducta ad conseruationem societatis humanę in quibus etsi quædam sint per quæ prima facie potius videatur destrui humana species, quam conseruari, vt sunt bella, captiuitates, seruitutes, nihilominus si consideretur homo, vt ratione pollens, & cum ratione viuens, & non tanquam corporaliter, & sensibiliter tantum viuens, vt pecora, & bruta, etiam bella, captiuitates, & seruitutes tamquam probabili, vel necessaria ratione inductæ conseruant rationalem hanc creaturam, nec enim alia ratione permissa sunt bella, nisi vt quiete viuere possimus in pace. Finis vero iuris ciuilis est, vt hominem conseruet, quatenus est aīal politicū, dirigitque eius actiones ad beatę viuendum in rep. in certo numero hoīum certæ rationis, vel certi loci. Siue hoc sit ius ciuile Romanorū, siue alterius cuiuscunque ciuitatis. Itaque ciuilis iuiris finis est ciuilis quædam amicitia, quod præclare admodū vt omnia explicat Arist. li. 1. Eth. secūdū quē nihil est aliud Ius, quam ordinatio ciuilis societatis. Nec. n. aliud est ciuitas, quam multitudo hominum collecta ad statū rerū suarum tuendum per se sufficiens, quæ legum consensu est vitæque coniuncta, vt diserte explicat Agricola de Dialect. inuentione. c. 5. Pontificii vero iuris finis est multo quam aliorum excellentior, cōseruat. n. hominem, quatenus est Christianus, & quatenus vitā aliā, & æternam sperat, nec humanam spectat solum amicitiam, sed ēt cælestem, nō Romanæ, Venetæ, vel alterius ciuitatis, sed cæli nos facit ciues. demum non hominum solum nos amicos facit, sed Dei iuxta id, quod in sacris litteris habetur, Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed aliā futuram inquirimus. Ius aūt hoc Pontificium cæterorum omnium iurium fines, vel qualitates potius amplectitur quidē, sed ita, vt interim æternæ saluti dispēdiū afferri non patiatur. Quod ita discurrendo facile demonstratur. Finis iuris naturalis primæui est generis ipsius conseruatio, & ea propter, vel quælibet maris, & fœminæ coniunctio est eo iure permissa, immo

Matrimonium cōciliat immortalitatem generis.

Bella et & serui tutes homines in sua specie conseruant, & qua ratione.

Ius ciuile secundū Arist. ordinatio ciuilis societatis

Iuris Pōtificij finis excellētior cæteris

Quoniā modo ius canonicū fines cæterorū iuriū amplectatur

immo inducta, huic quidem fini minime aduersatur ius Canonicũ, immo amplectit, vt apparet, vt ex his, quæ de matrimonijs dicto iure traduntur. Sed cũ æquè genus ipsum humanum conseruet, si coeant hoĩes certis legibus ac si nullis, & concubitu vago, cum promiscuus coitus, & indistinctus puta ascendentium, & descendentiũ impediat æternæ beatitudinis finẽ, recessit ab hac (vt sic loquar) indistinctione ius Pontificiũ adhæsitq; legi diuinę, & certas huic coniunctioni leges posuit, per quas generis conseruatio, & iuri naturalis finis non impeditur. Ius gentium permisit bella & quasi necessitate vrgente suo tempore indistincte legitima esse statuit, sed quia iniustam causam belli gerando tueri æternæ beatitudini aduersatur. Ius canonicum nulla bella permisit, nisi quæ iusta essent, puta contra infideles, contra hæreticos, contra quoscunq; cõtumaciter rebelles, not. in c. sicut 3. de iureiu. Ecce, quod ius Pontificiũ non simpliciter a iure gentium recedit, sed solum in quantum illud æternæ beatitudini aduersatur, non ergo quærit ius canonicum speciem humanam destruere, sed potius, perpetuo, & immortaliter conseruare, vnde conuentiones honestas, & cætera iure gentium inducta amplectitur, nisi æternæ saluti sint aduersa, c. 1. & per totũ de pact. iuri ciuili cordi est, ne lites fiant immortales, quia sic nimirum forensibus iurgijs vexatur resp. l. properandum. C. de iud. Sed cũ dñm tam breui tẽporis fluxu fraudari dominio rerum suarum esse, non solum iniquum, sed etiam æternæ ipsius possidentis saluti contrarium, recessit in eo ius canonicũ, & vt causæ iustitiæ complementum sortiantur, noluit instantiam certis terminis pręfiniri, sed tamen interea amplexum est breuitatem litiũ, ideoque gratia citius earum expediendarum expeditiorem, faciliorem que procedendi modum adinuenit, quam ipsum ius ciuile pręscribat, Cle. dispendiosam. de iud. cle. sępe de verb. sign. ius ciuile, vt sit litium finis, inuenit vsucapiones, & pręscriptiones; easdem approbauit ius canonicum, nisi inquantum æterne saluti sint contrarię, quod tunc accidit cum possessioni mala fides additur socia, c. fi. de pręscr. c. possessor. de re, iu. in 6. iure ciuili ad detegenda crimina regulariter per inquisitionem procedi non potest. l. 2. §. publico, ff. de adul. Abb. & alij. in Rubric. de iud. sed cum hoc nihil aliud sit, quam criminibus latibula fabricare, & in ęternę salutis dispendium manifeste vergat, iure canonico indistincte permissum est, vt possit per inquisitionem procedi. glo. & Doc. in c. infames. 6. q. 1. retectis enim delictis, quasi ęgritudine patefacta, magis in promptu sunt remedia quę ad sanitatem, hoc est ęternam beatitudinem perducunt, eodem fonte manat, quod omnia statuta, & consuetudines, quæ sunt peccati nutritiuæ, improbat ius canonicum, nec eo iure subsistunt habetur in c. cum Ecclesia S. Mariæ. de const. Hinc facile tria colligi possunt, quod horum iurium finis non sunt contrarij, sed vnus alium adiuuat potius, & quod ius canonicum omnes amplexũ est, & redigendo ad normam Christianæ religionis perficit. Secundũ quod non satis iusta est querela existimantium, & dolentium eodem tempore ubi

Cõseruatio generis per ius Canonicũ cũ iure naturali.

Bella per ius canonicũ cũ iure gentium.

Litium breuitas per ius canonicum cũ iure ciuili.

Vsucaptiones per ius canonicũ.

Inquisitio per ius canonicum.

Iuriũ fines non cõtrarij.

Finis iuris canonici per fiet fines aliorum iurium.

contra præcipit. Tertio claret, quanto cæteris iurib. antecellit ius canonicum, nimium, quantũ æternum commodum temporali, infinitum finito, cęlum terris, amicitia cęlestis, humanæ: vnde non satis interdũ admirari possum, quid sit, quod cum nostrum ius istud Pontificium cęteris omnibus longe antecellat, iuuenes tamen non modo in hac nostra Perusina Academia, sed etiam in cæteris totius Italiæ ei, & rari, & breuissimi temporis spacio dent operam: nam pauci qui iuri Pontificio dãt operã, id ẽt ita efficiunt, vt potius tamquam de Nilo canes delibare, quam haurire, & sitim explere velle videantur: at in iure ciuili, perdiscẽdo nihil se consecuturos putant, nisi insenuerint, & totos septem annos, atq; interdum plures consumpserintq: cum ius Pontificium Cæsareo præstet non modo supradictis; verum ẽt alijs nominibus multis. Et quoniã res, & locus postulant, & tẽpus patitur, & vobis quantum ex silentio vestro, & attẽtione conijcere mihi licet hæc a nobis instituta oratio, & disputatio, non est omnino ingrata, percurramus ẽt breuiter originem primũ vtriusque iuris, secundo materiã, demũ decidendi prudentiam, & sãctitatem; ita enim adhuc clarius quãtũ alterũ alteri præstet intelligemus.

Ius canonicum raros habet audito-res.

Origo iuris ciuilis & iuris canonici

Origo iuris ciuilis est in promptu: sumpsit enim initium a legibus quibusdam curiatis, & legibus duodecim tabularum, edictis prætorum, Imperatorumque constitutionibus, vt late traditur in l. 2. ff. de orig. iu. at ius Pontificium non ab homine aliquo, sed a lege ipsa diuina fluxit. cap. qualiter. el 2. de accusa. & per Abb. & alios in capi. 1. de transslat. Episc. non Senatus Romanus, sed sanctissimi viri ex vniuerso orbe ad celebranda. Oecumenica concilia ductu sancti spiritus congregati condiderunt. c. canones D. xv. demum ei Romanus Põtifex, & Vicarius Iesu Christi incrementum dedit, vt traditur prolixe D. xix. D. xv. D. xxj. qui tantum dicitur præstare Romano Imperatori quantum spiritus carni, & Sol ipse Lunæ, vt habetur in c. solitæ. de maio. & obed. & in c. per venerabilem. qui fil. sint leg.

Materia iuris ciuilis.

Materiã, atque rerum, quæ tractantur naturam, ac magnitudinem si spectemus vtriusque iuris, non magis ab auro ferrũ, & (vt inquit Poeta) a cupressis viburna distant, quã a iure Pontificio Cęsareũ: agit enim ius ciuile fere semper de rebus priuatorũ exilibus, ac modicis, vti, liceat ne religare funes arboribus in ripa natis, §. riparũ, insti. de re. diui. an liceat piscatori in littore, siccare retia. §. littorũ, d. titulo. an ficedula, vel alia auicula capta in alieno fundo sit capiẽtis. §. fere: quæ sit apũ, colũbarũ, anserum, pauonum natura. §. pauonũ, §. gallinarũ: an emplastrum factũ alienis medicamẽtis sit facientis, §. cũ ex aliena: an is, cui relictus est vsus possit vti oleribus, pomis, stramẽtis: itẽ an possit vti pecoribus ad stercorandũ agrum, institu. de vsu & habi. Nec credantur hæc, & his similia institutionibus Iustiniani tm̃ cõtineri, quibus res quædam tenuiores, quasi iuris ipsius prima elementa ad inuitãdos, & alliciendos rudiũ adolescẽtiũ animos, & ingenia continentur, nã eius farinæ rebus & digestorum libri pleni sunt; quib. tamen nõ prouectiores modo scholares, verũ etiã

nullus

nullus iuris peritorum non assidue vtitur, hinc apud Vlpianum, vt chartis legatis libri debeantur, & an libris legatis debeantur ēt libri non mal leati. l. librorum. ff. de l. 3. an lignis legatis, carbones, & nuclei oliuarum debeantur; item an titiones, & sulfurata contineantur. l. ligni ff. de leg. 3. Vino legato an veniat acetū. l. 1. ff. de vin. tri. & oleo leg. item an debeantur cū amphoris l. 4. §. 2. d. titulo; an cui dulcia legata sunt, debeat habere ficus. l. fi. ff. de vin. trit. & ol. le. an scopae, & perticae, quib. araneę in domo deterguntur; & vas in quo sapa coquitur sint instrm fundi. l. quaesitū. ff. de fund. instr. An fullo teneatur, si vestimenta mures roserint. l. item quaeritur. §. si fullo. ff. loca. Quis sit optimus coquus. l. si quid. in fi. ff. de aedil. edict. an sit sanus cui dēs abest. l. cui dens, an & qui maxillam alterā maiorē, aut eminentes oculos, & cui os oleat, l. qui clauū, an & qui in lecto sōno, vinoque sepultus, aut ēt pigritia surgendi vrinā faciat. l. quaeritur. §. puerperam oībus. ff. de aedil. edict. quid iuris sit, si mulio mulū plus iusto onerauerit, in l. si seruus, §. sed & malum. ff. ad l. Aqui. quid itē si mulio impetum mularum retinere non potuerit. l. idem iuris. §. 1. d. tit. quid item si boues, aut arietes cornibus se inuicē lacessunt. l. 1. §. cum arietes. ff. si quad. paup. fe. di. qua paena puniendus qui canem irritauit. l. itē Mela. §. item & cum eo. ff. ad l. Aquil. At sicubi causa paulo maioris ponderis incurrerit, veluti si sit petenda haereditas, tunc vero quasi de maximis rebus sit controuersia, senatum, ac fere totum populum cognitorem aduocant, & eas Centumuirales causas appellant. l. item veniunt. §. ait senatus. ff. de peti. haere. l. sed & si lege. §. 1. ff. peti. haer. quod a centum uiris huiusmodi causę sint terminandae, quod satis luculentum argumentum est quam parum graues causae iure ciuili tractentur, Neq; tñ ego inficior, haec esse huiusmodi, quae in recte instituta Repub. ignorari non debeant, quemadmodum & alia multa, quae longe sunt tenuiora: sed quod cōparatione eorū quae iure Canonico comprehenduntur valde sint exilia, & quae magna ingenia diu detinere non debeant; cū iure Pontificio ea potissimum cōprehendantur, & tradantur, quae maiora prope videantur cogitatione ipsa humana. Primum. n. ius canonicū tractatū complectitur omniū sacramentorum abstrusum, & longe grauissimū, Christianis hoībus cognitu apprime necessariū, de quibus in vniuerso iure ciuili nec verbū inuenias itē quanta sit uis atq; efficacia iuramenti, docet ius Canonicū; quis sit Ecclesiasticarum censurarum vsus, docet ius Canonicū; quatenus vota nos ligent, docet ius canonicum, denique quaecumque sunt ardua iure canonico explicantur. ibi reperies vtrum imperium sit immediate a Deo, an ab Ecclesia, vt in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. & in c. solitae, de maio. & obed. an Imperator possit aduersus Rom. Pontificem bellum indicere, in c. sicut. el 3. de iureiu. an Papa possit se subijcere Imperatori, in c. cum Ecclesia S. Mariae, de const. quando succedat in iurisdictionem Imperatoris, in c. quod super, de voto. quando dispenset circa legem diuinam, in d. c. per venerabilem, quando solus dispenset contra constitutionem Concilij, in c. ex parte, de capel. Monach. an ligetur dictis Sanctorum;

Magnitudo, & grauitas rerū contentarū in iure canonico.

rum, an possit in fide nouum articulum inducere, in c.cum Christus, de hæret. deniq. omnia, quę tam ad perpetuam cuiusque beatitudinem pertinet, quam ad fœlicem militantis Ecclesiæ statū spectant, ius canonicum proprio sibi iure vendicat, in quibus & si quædam, vel etiam multa a sacra Theologia accepit, non propterea illa eadem sunt iuris canonici minus propria. Nam vt ad Theologos quidem speculari, ac disputare spectat, sic statuere, decernere, & firmare, quæ ab ipsis euentilata sūt, ad Romanos Pontifices, & sacrosancta concilia, id est, ad auctores, & (vt sic loquar) ad parentes iuris canonici pertinet. Posuimus hoc vsque in tuto (nisi fallimur) ius pontificium Cæsareo præstare non modo ratione finis, sed etiam ratione originis, & materiæ. Videamus postremo loco, si quando idem casus vtriusque iuris censura terminetur, quodnā horum ad scopum iustitiæ, bonitatis, & ęquitatis proprius accedat, & sane ausim affirmare, tanto sanctius, & prudentius iure Pontificio, quā Cæsareo res decidi, ac terminari, vt qua parte iuris ciuilis decisiones a iure canonico dissident, non tam bonum, & æquum, cuius artem profitetur se tradere, quam scelus quodammodo continere videātur, quod quidem collatis circa easdem facti species iuris vtriusque determinationib. satis liquido apparere potest quas licet innumeras adducere possemus, paucis tamen, quæ rem ipsa luculentissime demonstrabunt contenti erimus, imitati Iurisconsultum, in l. si ita vulneratus. §. fi. ff. ad l. Aquil.

Ius Canonicum a sacra Theologia multa mutuatur.

Collatio terminationū iuris Canonici, & ciuilis circa easdē facti species.

Titius humana lapsus fragilitate cum propria cōsanguinea rē habet ex nefario cōcubitu contra parentum vota proles nascitur, videamus quomodo circa hoc factū ius ciuile disponit. deinde quomodo ius canonicū. Ius ciuile prolem hanc vehemēter insectatur, nam horum filios nec naturales nominari permittit, sed hoc tolerari pōt. Iubet hos ab hæreditate paterna esse penitus alienos, & hoc ferendū erit. Iubet alimēta negari: at hoc est immanissimum, quod nec humanus sensus ferre potest [Ex cōplex (inquit) nefario aut incesto, seu damnato liberi nec naturales sunt nominandi oīs substantiæ indigni beneficio, vt nec alantur a patre,] Repeto absurdissimū verbū, [vt nec alantur a patre.] Iubet igitur ius ciuile his filiis a parentib. cōtra ius naturale alimenta denegari, iubet necari, nec. n. aliud est negare alimenta, vel ipso iure ciuili id testificante, quā interficere, l. vel necare, ff. de lib. agno. & qđ grauius est iubet a patre necari, & tamen qui alieno potius quā proprio laborāt vitio pena digni nō erāt ipso iure ciuili fatente. l. lege duodecim tab. C. de natur. lib. Quod si quasi Romulū quendā, vel Cyrū, quos licet expositos ad summam tamē imperii peruenisse testantur historiæ, & hos diuinus fauor adiuuerit, quos tam acerbe ius Cæsareū insectatur, vt nō solū viuant, verū & diuites fiant, an si pater, est, totius patrator sceleris, mutatis fortunæ vicibus, egeat, alendus sit ab eis iure ciuili, videamus alendū esse cōstat. Auth. de incest. nupt. in fi. princi. & hoc non reprehēderim. Sed quanā ratione filius, qui vt ex damnato coitu natus sit, nihil

Auth. ex cōplexu. C. de incest. nup.

Aut. de incep. nup. in princ.

tamen

tamen commisit, quam ob rem puniretur fame, necandũ a patre statuit ius ciuile, patri autem qui auctor est totius sceleris pareit? cur insontes pęnis, noxios beneficiis afficit? At quanto mitius, quanto prudẽtius ius canonicum quod (vt habetur, & legitur in ca. cum haberet, de eo qui duxit in vxore, quam per adult. poll.) vtrumque viuere patitur. Sed ita uiuere, vt in patre delictum impunitũ esse nõ sinat, & in filio effectum nefarię coniunctionis detestari apparet. Viuit quidem pater, & hoc est humanitatis, & pietatis, & quadam in humanam fragilitatem indulgentia. arctissimæ pęnitentię subditur pater est iustitię, quę delicta impunita minime derelinquere debet, est prudentię, & charitatis, vt & ipse ad frugem melioris vitæ reuertatur, & exemplo suo arctissimę pœnitentiæ subditus, cæteros abstinere, & innocentes esse doceat, viuit filius nec a patre necãdus, vt statuit ius ciuile, sed alendus, quia nihil peccauit. d. l. inge. 12. tab. non numeratur inter libros, sed paternæ substantiæ alimentis exceptis est penitus expers, vt decus matrimonii seruetur, & vt parentes in huiusmodi filiis seuerius puniantur, dum eos non solum a paterna substantia alienos, verum etiam omnibus honoribus, & priuilegiis exutos intuẽtur, vnde si hęc diligenter expendantur, quis dubitet iuris canonici prudentiam iuri ciuili longe anteponi oportere.

Aliud rursus præbet nobis humana fragilitas eiusdem farinę exemplum. Pater filiam domi suæ, vel etiam generi cum adultero cubantem deprehendit, Ius quidem Cæsareum permisit, vt in ipsa deprehensione propriam filiam pater interficiat, propriis visceribus arma inferat. l. quod ait. ff. de adult. etiam si forte sit prægnans. Bar. in l. Imperator. ff. de stat. hom. Felin. in cap. si vero, de sentent. excommu. Quid pot est inhumanius cogitari? cohibendus fuit pater in illa alienatione mentis ex fedissimo spectaculo exorta, non ad seuissima proposita impunitate vrgendus, peccauit quidem filia, & punienda est, sed vbi nam auditum, vt vnum peccatum alio grauiore peccato tolli possit. adulterium parricidio puniatur. Quanto ius canonicum sanctius, quod patris, & mariti manus a proprio sanguine mundas esse iuuet, nec tamen impunitam adulteram esse sinit, sed ita punit, vt appareat pænam ad delinquentis salutem tendere, atque ad eos ipsos, quos corrigit iuuandos, non ad sæuitiam. Non enim occiditur adultera, sed thorus separatur, & in arctissimum monasterium ad pænitentiam agendam fœmina detruditur., cap. de benedicto. 32. quæstio. 2. & per totum. An (inquit) ius Ciuile studet non commodo cuiuique priuati, sed communi vtilitati. Sed quantum præstat communi vtilitate, singulorum etiam vtilitatem coniungere, quod egregie præstat ius Canonicum. Quid multa. inducit interdum ius Ciuile, quę communem vtilitatem potius impugnent, quam tueantur. Vsuras uoraginem esse patrimoniorum, perniciẽ rerum publicarum, nemo est qui nesciat, nemo est qui nõ prædicet, capit. primo, de usur. in sexto. & post miserabilem, de vsu. in antiq. & tamẽ ius ciuile non modo eas permittit, sed fouet ẽt, atque ad eas petendas efficacissimas

l. quod ait. ff. de adult.

c. de benedicto 32. q. 2.

prijs statutis Bononien. & Perusinis, vel alterius ciuitatis, vel loci.

Iuriũ cũ ctorũ finis vnus cõseruatio.

Porro horum quinque iurium licet inter se diuersorum vnus est, finis variari tamen videtur propter varias qualitates, re aũt ipsa vnus est, est aũt is, Conseruatio. finis iuris naturalis, quod conuenit homini in suo tãtum genere considerato, est conseruatio ipsius generis, nam maris & fęminæ coniunctio, filiorum procreatio, educatio, quæ omnia iure naturali sunt inducta, nullum alium habent finem, nisi generis ipsius conseruatione, & perpetuationem, quod genus his medijs efficitur immortale, & propterea pulchre tex. in Auth. de nup. in princ. inquit, Ex filiorum procreatione renouata genera manent, & matrimoniũ artificiosè immortalitatem introducit. Iuris gentium, quod homini competit, non simpliciter tamquam animali, & creaturæ sensibili, sed tãquam homini, & rationali creaturæ, finis est eadem conseruatio, sed non tam generis, quã quatenus illa est rationis particeps, & ab alijs speciebus differt? vnde conuẽtiones, contractus, & alia iure gentium inducta, quorum præter hominẽ animantia cætera sunt expertia, ratione suadente, & humanis necessitatibus cogentibus fuerunt inducta ad conseruationem societatis humanę in quibus etsi quædam sint per quæ prima facie potius videatur destrui humana species, quam conseruari, vt sunt bella, captiuitates, seruitutes, nihilominus si consideretur homo, vt ratione pollens, & cum ratione viuens, & non tanquam corporaliter, & sensibiliter tantum viuens, vt pecora, & bruta, etiam bella, captiuitates, & seruitutes tamquam probabili, vel necessaria ratione inductæ conseruant rationalem hanc creaturam, nec enim alia ratione permissa sunt bella, nisi vt quiete viuere possimus in pace. Finis vero iuris ciuilis est, vt hominem conseruet, quatenus est aĩal politicũ, dirigitque eius actiones ad beatę viuendum in rep. in certo numero hoĩum certæ rationis, vel certi loci. Siue hoc sit ius ciuile Romanorũ, siue alterius cuiuscunque ciuitatis. Itaque ciuilis iuiris finis est ciuilis quædam amicitia, quod præclare admodũ vt omnia explicat Arist. li. 1. Eth. secũdũ quẽ nihil est aliud Ius, quam ordinatio ciuilis societatis. Nec. n. aliud est ciuitas, quam multitudo hominum collecta ad statũ rerũ suarum tuendum per se sufficiens, quæ legum consensu est vitæque coniuncta, vt diserte explicat Agricola de Dialect. inuentione. c. 5. Pontificii vero iuris finis est multo quam aliorum excellentior, cõseruat. n. hominem, quatenus est Christianus, & quatenus vitã aliã, & æternam sperat, nec humanam spectat solum amicitiam, sed ẽt cælestem, nõ Romanæ, Venetæ, vel alterius ciuitatis, sed cæli nos facit ciues. demum non hominum solum nos amicos facit, sed Dei iuxta id, quod in sacris litteris habetur, Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed aliã futuram inquirimus. Ius aũt hoc Pontificium cæterorum omnium iurium fines, vel qualitates potius amplectitur quidẽ, sed ita, vt interim æternæ saluti dispẽdiũ afferri non patiatur. Quod ita discurrendo facile demonstratur. Finis iuris naturalis primæui est generis ipsius conseruatio, & ea propter, vel quælibet maris, & fęminæ coniunctio est eo iure permissa,

Matrimonium cõciliat immortalitatem generis.

Bella et & seruitutes homines in sua specie conseruant, & qua ratione.

Ius ciuile secundũ Arist. ordinatio ciuilis societatis

Iuris Põtificij finis excellẽtior cæteris

Quoniã modo ius canonicũ fines cæterorũ iuriũ amplectatur

immo

immo inducta, huic quidem fini minime aduersatur ius Canonicũ, immo amplectit, vt apparet, vt ex his, quæ de matrimonijs dicto iure traduntur. Sed cũ æquè genus ipsum humanum conseruet, si coeant hoïes certis legibus ac si nullis, & concubitu vago, cum promiscuus coitus, & indistinctus puta ascendentium, & descendentiũ impediat æternæ beatitudinis fine, recessit ab hac (vt sic loquar) indistinctione ius Pontificiũ adhæsitq; legi diuinę, & certas huic coniunctioni leges posuit, per quas generis conseruatio, & iuri naturalis finis non impeditur. Ius gentium permisit bella & quasi necessitate vrgente suo tempore indistincte legitima esse statuit, sed quia iniustam causam belli gerando tueri æternæ beatitudini aduersatur. Ius canonicum nulla bella permisit, nisi quæ iusta essent, puta contra infideles, contra hæreticos, contra quoscunq; cõtumaciter rebelles, not. in c. sicut 3. de iureiu. Ecce, quod ius Pontificiũ non simpliciter a iure gentium recedit, sed solum in quantum illud æternæ beatitudini aduersatur, non ergo quærit ius canonicum speciem humanam destruere, sed potius, perpetuo, & immortaliter conseruare, vnde conuentiones honestas, & cætera iure gentium inducta amplectitur, nisi æternæ saluti sint aduersa, c. 1. & per totũ de pact. iuri ciuili cordi est, ne lites fiant immortales, quia sic nimirum forensibus iurgijs vexatur resp. l. properandum. C. de iud. Sed cũ dñm tam breui tẽporis fluxu fraudari dominio rerum suarum esse, non solum iniquum, sed etiam æternæ ipsius possidentis saluti contrarium, recessit in eo ius canonicũ, & vt causæ iustitiæ complementum sortiantur, noluit instantiam certis terminis pręfiniri, sed tamen interea amplexum est breuitatem litiũ, ideoque gratia citius earum expediendarum expeditiorem, faciliorem que procedendi modum adinuenit, quam ipsum ius ciuile pręscribat, Cle. dispendiosam. de iud. cle. sępe de verb. sign. ius ciuile, vt sit litium finis, inuenit vsucapiones, & pręscriptiones; easdem approbauit ius canonicum, nisi inquantum æterne saluti sint contrarię, quod tunc accidit cum possessioni mala fides additur socia, c. fi. de pręscr. c. possessor. de re, iu. in 6. iure ciuili ad detegenda crimina regulariter per inquisitionem procedi non potest. l. 2. §. publico, ff. de adul. Abb. & alij. in Rubric. de iud. sed cum hoc nihil aliud sit, quam criminibus latibula fabricare, & in ęternę salutis dispendium manifeste vergat, iure canonico indistincte permissum est, vt possit per inquisitionem procedi. glo. & Doc. in c. infames. 6. q. 1. retectis enim delictis, quasi ęgritudine patefacta, magis in promptu sunt remedia que ad sanitatem, hoc est ęternam beatitudinem perducunt, eodem fonte manat, quod omnia statuta, & consuetudines, quæ sunt peccati nutritiuæ, improbat ius canonicum, nec eo iure subsistunt habetur in c. cum Ecclesia S. Mariæ. de const. Hinc facile tria colligi possunt, quod horum iurium finis non sunt contrarij, sed vnus alium adiuuat potius, & quod ius canonicum omnes amplexũ est, & redigendo ad normam Christianæ religionis perficit. Secundũ quod non satis iusta est querela existimantium, & dolentium eodem tempore sibi

Cõseruatio gen. ris per ius Canonicũ cũ iure naturali.

Bella p ius canonicũ cũ iure gentium.

Litium breuitas per ius canonicum cũ iure ciuili.

Vsucaptiones p ius canonicũ.

Inquisitio p ius canonicum.

Iuriũ fines non cõtrarij. Finis iuris canonici per fici fines aliorum iurium.

contra præcipit. Tertio claret, quanto cæteris iurib. antecellit ius canonicum, nimium, quantū æternum commodum temporali, infinitum finito, cęlum terris, amicitia celestis, humanæ: vnde non satis interdū admirari possum, quid sit, quod cum nostrum ius istud Pontificium cęteris omnibus longe antecellat, iuuenes tamen non modo in hac nostra Perusina Academia, sed etiam in cæteris totius Italiæ ei, & rari, & breuissimi temporis spacio dent operam: nam pauci qui iuri Pontificio dāt operā, id ēt ita efficiunt, vt potius tamquam de Nilo canes delibare, quam haurire, & sitim explere velle videantur: at in iure ciuili, perdiscēdo nihil se consecutur os putant, nisi insenuerint, & totos septem annos, atq; interdum plures consumpserintq; cum ius Pontificium Cæsareo præstet non modo supradictis; verum ēt alijs nominibus multis. Et quoniā res, & locus postulant, & tēpus patitur, & vobis quantum ex silentio vestro, & attētione conijcere mihi licet hæc a nobis instituta oratio, & disputatio, non est omnino ingrata, percurramus ēt breuiter originem primū vtriusque iuris, secundo materiā, demū decidendi prudentiam, & sāctitatem; ita enim adhuc clarius quātū alterū alteri præstet intelligemus.

Ius canonicum raros habet auditores.

Origo iuris ciuilis & iuris canonici

Origo iuris ciuilis est in promptu: sumpsit enim initium a legibus quibusdam curiatis, & legibus duodecim tabularum, edictis prætorum, Imperatorumque constitutionibus, vt late traditur in l. 2. ff. de orig. iu. at ius Pontificium non ab homine aliquo, sed a lege ipsa diuina fluxit. cap. qualiter. el 2. de accusa. & per Abb. & alios in capi. 1. de transslat. Episc. non Senatus Romanus, sed sanctissimi viri ex vniuerso orbe ad celebranda. Oecumenica concilia ductu sancti spiritus congregati condiderunt. c. canones D. xv. demum ei Romanus Pōtifex, & Vicarius Iesu Christi incrementum dedit, vt traditur prolixe D. xix. D. xv. D. xxj. qui tantum dicitur præstare Romano Imperatori quantum spiritus carni, & Sol ipse Lunæ, vt habetur in c. solitæ. de maio. & obed. & in c. per venerabilem. qui fil. sint leg.

Materia iuris ciuilis.

Materiā, atque rerum, quæ tractantur naturam, ac magnitudinem si spectemus vtriusque iuris, non magis ab auro ferrū, & (vt inquit Poeta) a cupressis viburna distant, quā a iure Pontificio Cęsareū: agit enim ius ciuile fere semper de rebus priuatorū exilibus, ac modicis, vti, liceat ne religare funes arboribus in ripa natis, §. riparū, insti. de re. diui. an liceat piscatori in littore, siccare retia. §. littorū, d. titulo. an ficedula, vel alia auicula capta in alieno fundo sit capiētis. §. fere: quæ sit apū, colūbarū, anserum, pauonum natura. §. pauonū, §. gallinarū: an emplastrum factū alienis medicamētis sit facientis, §. cū ex aliena: an is, cui relictus est vsus possit vti oleribus, pomis, stramētis: itē an possit vti pecoribus ad stercorandū agrum, institu. de vsu & habi. Nec credantur hæc, & his similia institutionibus Iustiniani tm̄ cōtineri, quibus res quædam tenuiores, quasi iuris ipsius prima elementa ad inuitādos, & alliciendos rudiū adolescētiū animos, & ingenia continentur, nā eius farinæ rebus & digestorum libri pleni sunt; quib. tamen nō prouectiores modo scholares, verū etiā

nullus

nullus iuris peritorum non assidue vtitur, hinc apud Vlpianum, vt chartis legatis libri debeantur, & an libris legatis debeantur ēt libri non malleati. l. librorum. ff. de l. 3. an lignis legatis, carbones, & nuclei oliuarum debeantur; item an titiones, & sulfurata contineantur. l. ligni ff. de leg. 3. Vino legato an veniat acetū. l. 1. ff. de vin. tri. & oleo leg. item an debeantur cū amphoris l. 4. §. 2. d. titulo; an cui dulcia legata sunt, debeat habere ficus. l. fi. ff. de vin. trit. & ol. le. an scopae, & perticæ, quib. araneę in domo derterguntur; & vas in quo sapa coquitur sint instrm fundi. l. quæsitū. ff. de fund. instr. An fullo teneatur, si vestimenta mures roserint. l. item quæritur. §. si fullo. ff. loca. Quis sit optimus coquus. l. si quid. in fi. ff. de ædil. edict. an sit sanus cui dēs abest. l. cui dens, an & qui maxilla in alterā maiorē, aut eminentes oculos, & cui os oleat, l. qui clauū, an & qui in lecto sōno, vinoque sepultus, aut ēt pigritia surgendi vrinā faciat. l. quæritur. §. puerperam oībus. ff. de ædil. edict. quid iuris sit, si mulio mulū plus iusto onerauerit, in l. si seruus, §. sed & malum. ff. ad l. Aqui. quid itē si mulio impetum mularum retinere non potuerit. l. idem iuris. §. 1. d. tit. quid item si boues, aut arietes cornibus se inuicē lacessunt. l. 1. §. cum arietes. ff. si quad. paup. fe. di. qua pæna puniendus qui canem irritauit. l. itē Mela. §. item & cum eo. ff. ad l. Aquil. At sicubi causa paulo maioris ponderis incurrerit, veluti si sit petenda hæreditas, tunc vero quasi de maximis rebus sit controuersia, senatum, ac fere totum populum cognitorem aduocant, & eas Centumuirales causas appellant. l. item veniunt. §. ait senatus. ff. de peti. hære. l. sed & si lege. §. 1. ff. peti. hær. quod a centum uiris huiusmodi causę sint terminandæ, quod satis luculentum argumentum est quam parum graues causæ iure ciuili tractentur, Neq; tñ ego inficior, hæc esse huiusmodi, quæ in recte instituta Repub. ignorari non debeant, quemadmodum & alia multa, quæ longe sunt tenuiora: sed quod cōparatione eorū quæ iure Canonico comprehenduntur valde sint exilia, & quæ magna ingenia diu detinere non debeant; cū iure Pontificio ea potissimum cōprehendantur, & tradantur, quæ maiora prope videantur cogitatione ipsa humana. Primum. n. ius canonicū tractatū complectitur omniū sacramentorum abstrusum, & longe grauissimū, Christianis hoībus cognitu apprime necessariū, de quibus in vniuerso iure ciuili nec verbū inuenias itē quanta sit uis atq; efficacia iuramenti, docet ius Canonicū; quis sit Ecclesiasticarum censurarum vsus, docet ius Canonicū; quatenus vota nos ligent, docet ius canonicum, denique quæcumque sunt ardua iure canonico explicantur. ibi reperies vtrum imperium sit immediate a Deo, an ab Ecclesia, vt in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. & in c. solitæ, de maio. & obed. an Imperator possit aduersus Rom. Pontificem bellum indicere, in c. sicut. el 3. de iureiu. an Papa possit se subijcere Imperatori, in c. cum Ecclesia S. Mariæ, de const. quando succedat in iurisdictionem Imperatoris, in c. quod super, de voto. quando dispenset circa legem diuinam, in d. c. per venerabilem, quando solus dispenset contra constitutionem Concilij, in c. ex parte, de capel. Monach. an ligetur dictis Sanctorum;

Magnitudo, & grauitas rerū contentarū in iure canonico.

rum, an possit in fide nouum articulum inducere, in c. cum Christus, de hæret. deniq. omnia, quę tam ad perpetuam cuiusque beatitudinem pertinet, quam ad fœlicem militantis Ecclesiæ statū spectant, ius canonicum proprio sibi iure vendicat, in quibus & si quædam, vel etiam multa a sacra Theologia accepit, non propterea illa eadem sunt iuris canonici minus propria. Nam vt ad Theologos quidem speculari, ac disputare spectat, sic statuere, decernere, & firmare, quæ ab ipsis euentilata sūt, ad Romanos Pontifices, & sacrosancta concilia, id est, ad auctores, & (vt sic loquar) ad parentes iuris canonici pertinet. Posuimus hoc vsque in tuto (nisi fallimur) ius pontificium Cæsareo præstare non modo ratione finis, sed etiam ratione originis, & materiæ. Videamus postremo loco, si quando idem casus vtriusque iuris censura terminetur, quodnā horum ad scopum iustitiæ, bonitatis, & ęquitatis proprius accedat, & sane ausim affirmare, tanto sanctius, & prudentius iure Pontificio, quā Cæsareo res decidi, ac terminari, vt qua parte iuris ciuilis decisiones a iure canonico dissident, non tam bonum, & æquum, cuius artem profitetur se tradere, quam scelus quodammodo continere videātur, quod quidem collatis circa easdem facti species iuris vtriusque determinationib. satis liquido apparere potest quas licet innumeras adducere possemus, paucis tamen, quæ rem ipsa luculentissime demonstrabunt contenti erimus, imitati Iurisconsultum, in l. si ita vulneratus. §. fi. ff. ad l. Aquil.

Ius Canonicum a sacra Theologia multa mutuatur.

Collatio terminationū iuris Canonici, & ciuilis circa easdē facti species.

Titius humana lapsus fragilitate cum propria cōsanguinea rē habet ex nefario cōcubitu contra parentum vota proles nascitur, videamus quomodo circa hoc factū ius ciuile disponit. de inde quomodo ius canonicū. Ius ciuile prolem hanc vehemēter insectatur, nam horum filios nec naturales nominari permittit, sed hoc tolerari pōt. Iubet hos ab hæreditateq́ paterna esse penitus alienos, & hoc ferendū erit. Iubet alimēta negari: at hoc est immanissimum, quod nec humanus sensus ferre potest [Ex cōplex (inquit) nefario aut incesto, seu damnato liberi nec naturales sunt nominandi oīs substantiæ indigni beneficio, vt nec alantur a patre,] Repeto absurdissimū verbū, [vt nec alantur a patre.] Iubet igitur ius ciuile his filiis a parentib. cōtra ius naturale alimenta denegari, iubet necari, nec. n. aliud est negare alimenta, vel ipso iure ciuili id testificante, quā interficere, l. vel necare, ff. de lib. agno. & qđ grauius est iubet a patre necari, & tamen qui alieno potius quā proprio laborāt vitio pena digni nō erāt ipso iure ciuili fatente. l. lege duodecim tab. C. de natur. lib. Quod si quasi Romulū quendā, vel Cyrū, quos licet expositos ad summam tamē imperii peruenisse testantur historiæ, & hos diuinus fauor adiuuerit, quos tam acerbe ius Cæsareū insectatur, vt nō solū viuant, verū & diuites fiant, an si pater, est, totius patrator sceleris, mutatis fortunæ vicibus, egeat, alendus sit ab eis iure ciuili, videamus alendū esse cōstat. Auth. de incest. nupt. in fi. princi. & hoc non reprehēderim. Sed quanā ratione filius, qui vt ex damnato coitu natus sit, nihil

Auth. ex cōplexu. C. de incest. nup.

Aut. de incep. nup. in princ.

tamen

tamen commisit, quam ob rem puniretur fame, necandũ a patre statuit ius ciuile, patri autem qui auctor est totius sceleris parcit? cur insontes pęnis, noxios beneficiis afficit? At quanto mitius, quanto prudẽtius ius canoni cum quod (vt habetur, & legitur in ca. cum haberet, de eo qui duxit in vxore, quam per adult. poll.) vtrumque viuere patitur. Sed ita uiuere, vt in patre delictum impunitũ esse nõ sinat, & in filio effectum nefarię coniunctionis detestari apparet. Viuit quidem pater, & hoc est humanitatis, & pietatis, & quadam in humanam fragilitatem indulgentia. arctissimæ pęnitentię subditur pater est iustitię, quę delicta impunita minime derelinquere debet, est prudentię, & charitatis, vt & ipse ad frugem melioris vitæ reuertatur, & exemplo suo arctissimę pœnitentiæ subditus, cæteros abstinere, & innocentes esse doceat, viuit filius nec a patre necãdus, vt statuit ius ciuile, sed alendus, quia nihil peccauit. d. l. inge. 12. tab. non numeratur inter libros, sed paternæ substantiæ alimentis exceptis est penitus expers, vt decus matrimonii seruetur, & vt parentes in huiusmodi filiis seuerius puniantur, dum eos non solum a paterna substantia alienos, verum etiam omnibus honoribus, & priuilegiis exutos intuẽtur, vnde si hęc diligenter expendantur, quis dubitet iuris canonici prudentiam iuri ciuili longe anteponi oportere.

Aliud rursus præbet nobis humana fragilitas eiusdem farinę exemplum. Pater filiam domi suæ, vel etiam generi cum adultero cubantem deprehendit, Ius quidem Cæsareum permisit, vt in ipsa deprehensione propriam filiam pater interficiat, propriis visceribus arma inferat. l. quod ait. ff. de adult. etiam si forte sit prægnans. Bar. in l. Imperator. ff. de stat. hom. Felin. in cap. si vero, de sentent. excommu. Quid potest inhumanius cogitari? cohibendus fuit pater in illa alienatione mentis ex fedissimo spectaculo exorta, non ad seuissima proposita impunitate vrgendus, peccauit quidem filia, & punienda est, sed vbi nam auditum, vt vnum peccatum alio grauiore peccato tolli possit. adulterium parricidio puniatur. Quanto ius canonicum sanctius, quod patris, & mariti manus a proprio sanguine mundas esse iuuet, nec tamen impunitam adulteram esse sinit, sed ita punit, vt appareat pænam ad delinquentis salutem tendere, atque ad eos ipsos, quos corrigit iuuandos, non ad sæuitiam. Non enim occiditur adultera, sed thorus separatur, & in arctissimum monasterium ad pænitentiam agendam fœmina detruditur., cap. de benedicto. 32. quæstio. 2. & per totum. An (inquit) ius Ciuile studet non commodo cuiuique priuati, sed communi vtilitati. Sed quantum præstat communi vtilitate, singulorum etiam vtilitatem coniungere, quod egregie præstat ius Canonicum. Quid multa. inducit interdum ius Ciuile, quę communem vtilitatem potius impugnent, quam tueantur. Vsuras uoraginem esse patrimoniorum, perniciẽ rerum publicarum, nemo est qui nesciat, nemo est qui nõ prædicet, capit. primo, de usur. in sexto. & post miserabilem, de vsu. in antiq. & tamẽ ius ciuile non modo eas permittit, sed fouet ẽt, atque ad eas petendas efficacissimas

l. quod ait. ff. de adult.

c. de benedicto 32. q. 2.

simas actiones accomodat. leg. eos. C. de vsu. item quid magis expedit cō muni vtilitati, quam pacta, & conuentiones seruari, iure ipso ciuile id testante. l. 3. ff. de pac. l 1. ff. de constit. pecu. ius Ciuile non dat ex pactis actionem, & sine executione quodammodo esse patitur, & quod maxime mirari possis, actionem ex stipulatione dat efficacissimam. l. iuris gentium. §. igitur nuda. ff. de pact. in sti. de verbor. obligat. in princip. at quid quæso, inter pactum, & stipulationem interest? respondet argutulus legista, quod in stipulatione procedit interrogatio, subsequitur respōsio, q̄ respōsio cēsetur magis deliberata pręcedēte interrogatio tanti est ergo præcessisse, vel non præcessisse interrogationem, vt vno quidem casu conuentio executionem promptam habeat, alio non habeat, Quid quod ratio quàm assignant, contrarium suadet potius, maior, enim inest animi deliberatio in pacto nudo, quam in stipulatione, nam cum responsio, vt Ciuiles iuris consulti volunt, debeat ad præcedentem interrogationem statim subsequi, alioquin non valeat, l. 1. de verb. oblig. quæ tam breui temporis spatio animi potest esse deliberatio? quod consilium? niminum nullum, cum sapiens ipse prędicet, celeritatem consilio? inimicam. At in pacto nudo, cum detur etiam longū tempus ad deliberandum, & cum ex diuersis animi moribus sensim in vnam sententiam quasi ex diuersis partibus in nundem locumpaciscentes conueniant. l. 1. ff. de pact. vtiq. id non nisi magno consilio, & propensa deliberatione fieri potest, ergo vel maior efficacia concedenda erat pacto nudo, vel certe non minor, quam stipulationi. At ius canonicum aspernatum inanes has, ac futiles subtilitates, etiam ex pacto nudo concedit actionem, vt traditur c. 1. de pact. nam quid est aliud ex pacto nullam dare actionem, quam tollendæ fidei prębere occasionem? quid est aliud dare actionem, quam studere vt promissa impleantur?

Pactū stipulatio.

Celeritas inimica consilio.

Simile est quod de exceptione non numeratæ pecuniæ statuit ius ciuile spe futuræ numerationis. Confitetur Titius publico documento se recepisse pecuniam mutuam, quam verè non recepit, biennio transacto falsus creditor repetit pecuniam, quam non mutuauit, excipit Titius non fuisse numeratam pecuniam, nōn audit hunc ius Ciuile, & agentem ad furtum, ad rapinam adiuuat, dolum fouet, denique ægenum fortunis spoliat, est ergo hoc humanam societatem iuuare, vel Remp. bonis moribus, ac legibus informare. At quanto sanctius ius Canonicum, quod ad probandum non numeratam pecuniam etiam post biennium facultatem, tribuit, quod sciat numquam decere quemquam cum aliena iactura locupletem fieri debere, ac fraudibus sen per obuiandum. cap. locupletari, de regul. iur. in 6. eodem fonte manant illæ iuris Ciuilis sententiæ, ac principalia quædam axiomata, licere contrahentibus sese inuicem fallere. leg. in causæ. §. Pomponius. ff. de immo. durum quid esse, sed ita positam legem. l. prospexit. ff. qui, & a qui non omnium, quæ a maioribus tradita sint rationem reddi posse. l. non omnium. ff. de ll. & cætera id genus multa similia. Quanto rectius ius pontifi-

Exceptio non numerata pecuniæ.

Axiomata iuris ciuilis.

tificium illicite introductum sustineri non debere capit. quod latente. de re iud. in antiq. bonam fidem non pati, vt semel exactum iterum exigatur. capit. bona fides, de re iud. in 6. in malis promissis non seruandam fidem capit. in malis, eodem tit. & libro, non esse obligatorium cōtra bonos mores prȩstitum iuramentum, cap. non est obligatorum, dicto loco, & huiusmodi innumerata, quibus plena sunt iuris Pontificij volumnia, omitto infinita propemodum, quæ ob iuris ciuilis nimiū exquisitam subtilitatem contra omnem ȩquitatem pereunt, qualia sunt illa, alteri factam stipulationem non tenere. §. alteri. inst. de inut. stipu. Si concipit stipulationem pater, qua sibi & filio in potestate sua constituto quid dari stipuletur, recte filio solui, quid si soli filio stipulatus pater sit, non recte filio solui. l. eum qui. §. qui sibi. ff. de verb. oblig. stipulantem me Socium, aut Pamphilum, si Stichum daturum te spoponderis ad dandum Stichum te non teneri, l. inter stipulantem. §. si stipulāte. ff. de verb. obl. vt tugurium, in tuo mihi habere liceat seruitutem consistere l. veluti, in fi. ff. de seru. rust. prȩd. vt in tuo spaciari liceat, con consistere. l. vt pomum. ff. de seru. legatis ȩdibus cum oī instrumento, & repositis oībus nullo omnino excepto pecuniam numeratam aut instrumēta debitorum non contineri, l. si mihi Mȩuia. §. fi. ff. de l. 3. Annus nedum dies deficeret huiusmodi terminationes enumerare volentem, de quorū tamen patre visuri sumus hoc anno in Rubrica, & c. cum esses de testamentis. Quo in genere controuersiarum certū est sub auctoritate iuris scientiæ contra ȩquitatem perniciose errari, vt recte agnouerunt & Celsus adolescens. l. si seruum, §. sequitur. ff. de verb. obl. & Imperator ipse in l. lege 12. tab. C. de legi. hȩr. & in l. ita nobis. C. de adul. & in Aut. de trien. & semis. post prin. & Paulus in l. 1. de excep. doli.

Axiomate iuris canonici

Ob nimiā subtilitatē iuris ciuilis multa pereunt.

At (inquit) apud iuris ciuilis auctores maior quidam Latinȩ linguȩ candor splendet, atq; elucet, quā in auctoribus iuris canonici, id vt ita sit quorsum tñ ista latinitas, & suauis verborum cortex, dulcis periodorum sonus? rerum profecto ius ipsum dicitur ars, & scientia, non verborum, l. 1. & l. iustitia. §. fi. de iust. & iu. §. iuris prudentiam instit. de iust. & iu. dum mihi mens barbara non sit, barbaram linguam nō horreo, legimus, & res sacras vnde fluxit ius canonicum, rusticè potius, quam eleganter scriptas, & tamen ex horrore maiestatem potius, quam neglectū consequuntur: prudentiam in iure dicendo, non politiam desideramus, quin & ipsum ius ciuile candorem hunc linguæ diu conseruare nō potuit, cum barbarorum eius iuris interpretum rebus ita exigentibus ita plena sint omnia, vt ea quȩ quinquaginta digestorum libris cōtinentur, exigua pars iuris ciuilis videntur. Quod si quis adhuc orationis flore capiatur, ad canones non accedat quidem, sed orōnes, poetas, & historicos adeat, qui luculentius etiam id præstant quam ipsi Iurisconsulti.

Candor linguea pud Iurisconsultos quāti faciēdus

Ergo siue originē inspicias, siue materiam, siue finem, siue in constituendo prudentiam, & sanctitatē spectes, satis liquido apparet, ius Pōtificium Cȩsareo longe antecellere. Vnde non satis interdū admirari possum,

Iuris ciuilis interpretes tumidi.

sum, quod moderni quidam iuris ciuilis interpretes adeo intumescant, vt sibi primos honores in Gymnasijs, ac pinguiora stipendia vendicare tentent, atq; interpretes iuris canonici quasi decoctos aspernentur. Quæ.n. inter Pontificium.& Cæsareum ius comparatio? forsitã eos inflat, quod auditores habent numero longe plures, sed qui nesciat veteranos milites quamuis numero pauciores multitudini nouitiorũ præponendos? Habent interpretes iuris canonici non solum quos docere possint, sed ẽt qui de eis iudicare valeant, nec eos verborum, ac fucatæ orõnis prestigijs eludere facile possunt, cũ nec id grauitas Pontificij iuris patiatur, nec auditorum iudicium facile admittat. At iuris ciuilis auditores, qui plerumq; a ludis Grammaticorum recedentes ad publica gymnasia transferunt quasi in infantia quadã ingenij constituti, asperiorum tractatus rerum ferre non possunt. Hinc fit vt nemo fere sit, qui ius canonicũ publice profiteatur, qui non idem plures annos antea ius ciuile professus fuerit. Nam & nos ius illud annos plures interpretati fuimus, & in eo obeundo munere aliquod nomenq; decusq; gessimus, vt inquit Poeta. Quod si quis plus laboris in interpretando ciuili iure, quã Canonico exhauriri affirmet, necesse est hunc vel neutrum ius, vel certe Cæsareum tantum, & nõ Pontificiũ interpretatum. Nã quantum inter grauitatẽ quæstionũ ipsius, atq; illius iuris interfit, prolixe supra ostendimus: auget ãt & illud Canonistarum laborem, quod nemo satis probẽ potest iuris canonici interpretationem aggredi, qui non sit & iuris ciuilis scientia apprimè imbutus, & multa ẽt ex fontibus Theologorum delibauerit. Nã Canonista quasi alter Moses, nunc ascendit in mõtem cum Theologo, & ibi Domini, ac viuentis Dei gloriam contemplatur, nunc cum Iurista descendit in castra, humana tractans necessitatib. populi prouidet, arg.c.nisi, ante fi.de renunc. At legista solum circa humana, atque illa tenuia, & exilia occupatus, nunquam caput altius exerit, sed semper humi serpit, oĩa enimq; iure ciuili comprehenduntur (teste Marco Tulio) sunt posita ante oculos collocata in vsu quotidiano, in congressione hoĩum, atque foro, ex quo ẽt fit, vt eius iuris interpretatio tamquam ea, quæ tractatum rerum ad manus propositarum cõtinet, sit admodum facilis. Quod si quis subtilitate quadam, ac maiore quodã mentis acumine iuris ciuilis interpretes munus suum absoluere asserat, id quidem si verum sit, interpretum laborem minuit, atque illorum cõditionem meliorem facit; dum.n. subtiles haberi volunt, verba legum, quæ in qõnem veniunt quasi lancibus quibusdam appendunt, appensa ponderant, põderata intorquent, retorquent, intorta euẽtilant, argumẽtantur, diluunt. Quid quæritis? horulæ spacium, quæ interpretationi dicta est, prius elabit, q̃ ipsi aliquid firment, & ita auditoribus plerumque rudibus illudũt, vel nimia subtilitate, vel affectata argumẽtorũ copia, vt illi domum vacui reuertantur, & plerumq; germanis traditionib. propria somnia (nouos illi intellectus appellant) miseris auditoribus reponunt, atq; obtrudunt, illud enim apprimè palmarium ducũt, si receptissimas

Auditorum numerus.

Labor in interpretando.

Canonista quasi Moses

Subtilitas legistarum

ſimas ſententias diſputãdo conuellere,atque euertere poſsint. Vnde plerumque id accidit,quod deteſtatur Gregorus in c.propterea. de verb. ſign.nempe, vt dum nimis anxie verborum proprietas conquiritur, ſenſus veritatis amittatur, neque.n.ſermonem rebus,ſed res ſermoni ſubijciuntur contra.c.intelligentia. de verb.ſignif.

Nonnullos noua inuadit interdum vanitas,ſ.vt dum iura ipſa ciuilia interpretantur Ciceroniani habeantur,quorum tamen ratio (meo iudicio)ſtultiſſima eſt; non magis enim quis Ciceronem effingere poteſt in eo genere dicendi,quod ipſe Cicero, nunquam attigerit, quam ſi pictor eius velit ex viuo effigiem ducere, quem ipſe nunquam viderit. Quinimo credendum eſt,ipſum Marcũ Tullium,ſi hodiernis temporibus iuris ciuilis interpretãdi munus ſubiret, non ſic loquuturũ,vt orationes ſuas, atque alia monumenta litteris mãdauit; tum quòd (vt inquit ille) ornari res ipſa vetat,contenta doceri; tum quòd nouis rebus noua nomina inuenit modernorum vſus,quem penes (inquit Flaccus) arbitrium eſt & vis,& norma loquendi,interpreti autem propoſitum eſſe debeat,ea,quæ difficilia ſunt,& inuoluta explicare,& plana facere,nõ autem nouis vocibus, & inſolitis vocabulis obſcurare. Hinc ego mihi interdum valde gratulor,qui hoc vitio neceſſitate careo, nam ſi quando ſtudeam, vel laborem, vt Ciceronianus habear, quod tamen raro accidit, vel loquendo excultior appaream, ſtatim tamen & tertio quoquo verbo ad noſtrates interpretes,id eſt ad barbaros noſtra declinat oratio, meæ tamen ruditatis interim me minime pœnitet. Quod ſi illi de pernitioſa ſubtilitate,ac moroſa cuiuslibet verbi ponderatione,& orationis fuco aliquid remittere velint,continuo quaſi quidam interlocutores aduocãtur,Caius, Titius,Męuius & Sempronius,& verboſiſsime facti ſpeciem per dialogũ quendam ſibi configentes,comicam ſcenam, aut tragicum theatrum nobis exhibent,his omnibus fit, vt anno integro vix intendum vnius, aut alterius legis interpretatio abſoluatur.

Ciceroniani interpretes

At Canoniſta vaniloquentiam,ac perniciosãm ſubtilitatem aſpernatus,nihil loquitur niſi ſolidum,niſi quod ad vſum fori, àtque vtilitatem hoĩum transferri poſſit, cumq; ſibi cum prouectioribus auditoribus ſit negotiũ,non ſectatur minutias,ac quiſquilias omnes, ſed grauiora quædam,ac grandiora deligit, & licet diſputationes,& ſubtilitates interim non abiiciat,non tamen diſputat,aut rem euentilat ad moroſitatem,ſed ad plenam perfectamque intelligentiam: veritatem potius, & æquitatem præ oculis habet,quam ingenii,aut eloquentiæ oſtentationem, inde fit,vt plura ferme auditores per horulæ ſpacium reportent a Canoniſta,quam per ſeſquihoram a Legiſta.

Quo fit vt non dubitẽ vos ad capeſcendum hanc iuris canonici diſcẽdi prouinciã ardentius,quam hactenus feceritis cohortari:nihil eſt enim magis neceſſariũ, aut vtile,aut quod magis hoĩem delectare poſsit, quæ tria in vnaquaq; re ſunt magnopere expetenda.Quod ad neceſſitatẽ attinet,quid eſt tã neceſſarium homini Chriſtiano, quã ea firmiter tenere,

Quid ſ... ſtetiusca nonicum

quæ

quæ ſunt Chriſtianę religionis fundamenta? quo poſsit quis rectè appellari fidelis, niſi quę ſunt fidei noſtræ myſteria apprime teneat? ac huiuſmodi res nullo in loco melius tradu ntur,quam in libris iuris canonici. Quam multos creditis ſimpliciorum hominum perditiſſimis his temporibus apud Germanos, Britannos, & Gallos ignoratione huius iuris ab hæreſiarchis in ſuas hæreſes traductos? quam multos ſua ſponte aberraſſe? non poteſt huic peſti obiici murus validior, (Theologiam excipio) quam ſacrorum canonum cognitio, quod animaduertentes hęreticorũ duces,& anteſignani, comburendos,(vt audio) hos libros curauerunt, quippe qui intelligerent non poſſe ſuas hæreſes, & errores locum obtinere apud eos homines,qui cognitione iuris Pontificii eſſent imbuti.

Vtilitatem grauitas rerum,quæ iſto iure tractantur,ſatis demonſtrat, ita enim natura comparatum eſt, vt leuium rerum pertractatio, leuem ac modicam pariat vtilitatem, magnarum,verò rerum tractatio, etiam magnos in repub. viros faciat. quantum autem inter ius Pontificium, & Cæſareum interſit,hac in re ſatis ſuperque ſupra demonſtrauimus. Sed ſi
Meri legiſtę intrari tam fortunã cõſiterũt. vultis huius veritatis adhuc clarius argumentum tenere, diſpiciamus quos bonorum,ac dignitatum gradus conſecuti fuerint legum ipſarum interpretes,& quos item canonum doctore. Auſim affirmare omnes legiſtas(peruulgata enim appellatione mihi vtendum eſt)quantumuis excellentes,quantumuis ſupremi nominis, conſtitiſſe tamen intra priuatam fortunam,quod ſatis apparet in Bartolo,Baldo,Paulo Caſtrenſi,Alexãdo,Iaſone,Philippo Decio, & cæteris omnibus,tam antiquis, quam re-
Canoniſtæ digni tatib. inſignes. centioribus,quos omnes priuato nomine ſolemus deſignare,& appellare. Non ſic accidit Canoniſtis, ſiquidem pauci omnino ſunt,qui non in
Innocentius. ſignem,& præcellentem aliquam dignitatem nacti fuerunt. Innocẽtius Canoniſtarũ Pater euectus fuit ad ſummum Pontificatum,& ex canonũ interprete factus eſt canonum ipſorum conditor. Hoſtienſis qualem dignitatis gradum conſecutus fuerit ipſa appellatio deſignat, Panormita-
Abbas Zabarella. nus primum Abbas,inde Archiepiſcopus,demum Cardinalis creatur,& Zabarellam præceprorem honoribus æquat deniq; iuris ciuilis interpretes ſunt Bartholus,Baldus, Paulus,Iaſon, Decius, hoc eſt priuati homines,Iuris vero Canonici ſummi Pontifices,Hoſtienſis, Abbas,Cardi-
Io. Maria de Mõte Iulius III dinalis,Archidiaconus,Prępoſitus, hoc eſt vertices Chriſtianæ reip. Neque hæc exempla antiqua,vel antiquata,quis exiſtimet, nam & memoria noſtra viros tres ſola iuris Pontificij ſcientia ad ſũmũ Pontificatũ ſi-
Io. Angelus Medices. Pius IIII. bi aditũ paraſſe vidimus,primus fuit immenſę bonitatis vir Io.Maria de Mõte,Iulius tertius nũcupatus: poſt hũc ſagaciſſimi, & ſolertiſſimi ingenij Io. Angelus Medices,Pius quartus appellatus: nouisſime maximi inte
Hugo Bõcompagnus. Gregori. XIII. gritatis,& iuſtitię ſpecimen Hugo Boncópagnus,qui nũc rerũ potitur, atque Eccleſiæ Romanę ſub nomine Gregorij decimitertij, magna omnium lętitia,ac commodo præſidet,& profectò qui melius, aut decẽtius in Romanos,aut inferiores Pontifices aſſumi poſsũt, aut debent,quam qui iuris ipſius Pontificii periti habentur? Cardinaliũ autẽ,qui iuris pe-

ritia ad eam dignitatem sibi aditum parauerunt, infinitus propemodũ est numerus, præsertim hac tempestate nostra, qua pauci omnino in amplissimum purpuratorum ordinem asciscuntur, qui non sint pontificii, iuris cognitione imbuti. possem ego nunc vobis recensere nomina singulorum, sed non in re tam manifesta admodum laborandum, & nomenclaturam mihi aut chatalogum faciendum, cum hi vel me tacente mentib. ac vestris cogitationibus facile valeant occurrere: ex tanto tamen numero temperare non possum, quin duos seligam, vobisque imitandos proponam, qui in hac nostra Perusina Academia vtrique iuri operam nauauerunt, & in album Iurisconsultorum nobis promouentibus, ciuibusq; vniuersis acclamantibus relati fuerunt, Qui enim fieri potest vt in opere suo non glorietur artifex? Quod ego etiam facio libentius, quod illorũ illustrissima exempla vos ad hæc studia vehementer inflammare poterũt, qui illorum locum in hac nostra ciuitate nunc tenetis, quorũ ẽt nõnulli vestrum eosdem arcta consanguinitate, vel affinitate contingunt. Horũ igitur primus est Flauius Vrsinus; vir ad prudentiã, ad integritatem, animique liberalitatem, & constantiam natus, is tam assidue, animoque tam obfirmato, deniq. tam nihil aliud agens, aut tractãs, q̃ studia, vtrique iuri operam dedit, vt toto, & integro septennio nunquam ab hac nostra ciuitate discesserit; neque celebrioris fama gymnasii forsan allectus, vt alio vel per annum migraret, aliqua ratione adduci potuerit. Et si enim mediocritatem nostram tuemur Perusini, & quid alia doceant gymnasia damus sæpissime, accipimus vero nunquam, si tamen verum amamus, Bononiensi Academiæ, vel Patauinę scholarium frequentia, magnitudine, vrbium, atque opulentia, & nominis celebritate concedimus. Vrsinus tamen contentus mediocritate nostra, ne abstraheretur ad finem vsque, ac metam vltimam studiorum suorum nobiscum semper mansit, numquam rusticatus fuit, nunquam aut ad coniunctos suos, aut ad populos, quorum pluriũ apud Vmbros, Sabinos, & Latinos, & apud Tarentinos antiquum tenet imperium, reuersus fuerit, licet a nobis sæpe non minus immodicis æstatis calorib. quam aliis de causis ab interpretandi munere cessatum fuerit, nunquam domum, numquam cubiculum, quẽ semel elegit bibliothecæ locũ tã longa temporis intercapedine nunquã mutauit, quod ipsum & si per se res videatur non magna, magnũ tamen fuit animi constantis indicium, & inde quasi Leonẽ ex vngibus eius ingenii, ac naturæ firmitatẽ, soliditatẽque cognoscere potuimus. Huius tanti viri recordatione, atque exemplo soleo ego interdum scholarium quorundã incõstãtiam accusare, & instabilitatem reprehendere, qui singulis annis, & sępe etiam breuiori temporis spatio, dum nouam quærunt domũ, per totã ciuitatẽ cũ scriniis, libris, cubilibus, lucernis, scamnis, & scabellis, quasi mangones cursitant, & discurrunt, omnes vicos ambiũt, omnes plateas ꝑlustrant, omnes angulos olfaciunt, nec aliquid se posse perficere putãt, nisi nouus annus nouũ afferat cænaculũ, & qui locus vere placuit, æstate incipit displicere, demũ ac si tota illorũ volubilitati ciuitas nõ sit satis solũ

Flauius Vrsinus.

Scholarium inconstantia.

vertentes cuncta gymnasia quasi hirundines circumuolitãt, quod quidẽ non modo signum est animi inconstantioris, verum etiam nihil excogitari potest iuuenum studijs perniciosius, sunt enim studia ouis auium simillima, quæ nisi foueas sine intermissione, nihil inde nascitur. Non sic Vrsinus noster, qui tam obstinatè, vt sic dixerim, studijs operam dedit, vt longissimo temporis tractu vix domo pedem extulerit. His moribus quãtus factus sit, ostendit Aula Romana, ac sedes Apostolica, quem per omnes bonorum gradus ad Cardinalatum euectum tantum suspicit, tantum defert. atque eius consilio & opera domi forisq. in publicis priuatisq. negotiis adeo vtitur, vt his temporib. eo carcere non posse Roma uideatur; est.n. sibi inditium natura ut in assiduo de genere humano benemerendi studio versetur. Huic dandus a nobis est socius Iulius Aqueuius nostri huius Gymnasii pariter alumnus; qui candidissimis, ac suauissimis moribus, & Carpensi educatione, & institutione dignissimus, nostrorumhorũ studiorũ amorem adiunxit feruentissimum, vt nec illum tenerrimæ olim ætatis imbecillitas, nec incommoda valetudo præsertim oculorũ, cui assidua lectio solet esse infestissima, nec vlla demum incommoda, a cursu studiorũ remorata fuerint, tantumq. valuit in adolescente legẽdi asiduitas, disputandi exercitatio, acre iudiciũ, & dexteritas ingenii, vt breuissimo temporis spacio eo peruenerit eruditionis, & doctrinæ, quo cæteri vix longissimo temporis tractu pertingere solent, quod quidem Iurisconsulti Perusini seriò testari possumus, quippe qui de illius peritia cum aliàs sæpe, tum verò etiam cum ipsum laurea insigniuimus; certissimum periculum fecimus, quibus factum est, vt in ipsa adolescentia duorum vere summorum Pontificum iudicium promeritus fuerit, Pii.f. Quinti, viri religiosissimi, ac sanctissimi, qui eius opera in negotijs supra illius ętatem arduis, honorificentissimisq. legationibus vsus fuit, ac demum adolescentem adhuc in Cardinalem S.R.E. elegit. Et Gregorij XIII. (qui vt multa interim omittamus, in quib. eius fide, atq. industria vtitur) eundem signaturæ (vt appellant) præesse voluit, quod minus non nisi cursu studiorum & vsu rerum consummatis viris demandari consueuit, quod nulla alia ratione contingere potuit, quã quod oculatissimi Pontifices experti sunt, eũ ante annos aĩum, mentemq. gerere virilẽ. Duorũ horũ præstantissimorum Cardinaliũ exemplum pro multis valiturum apud vos comilitones non dubito, futurũq. spero propediem, vt de grege vestro, & alii prodeãt, qui illorum doctrinam, ac bonitatem felicissimè emulentur, quos ego vobis digito nunc ostenderẽ, nisi tantã de se apud oẽs concitassent expectationem, vt nedum vobis, qui studiorum estis socii, verum etiam cũcto populo sint notissimi. Ex his igitur oĩb. liquido apparet, quanto sit vtilius Ius ipsum canonicũ tractare, quã ciuile. Accedit incredibilis quædam delectatio, quam in iure Pontificio perdiscendo assidue consequimur quod ex eo colligi põt, quod plurimum non de aereis, & ab vsu quotidiano valde remotis qõnibus, sed de his, quæ quamuis grauissimæ sint, quotidie tñ ante oculos hominum versantur, deq. his, quæ maximam habent cum

Iulius Aquauiuus.

religione cognationē, est disceptatio. Mitto, quod innumeras Iuris ciuilis constitutiones in melius Ius canonicum reformat, corrigit, & abrogat. & quid attinet in iure ciuili perdiscendo multos annos conterere, si cum plurima eo iure comprehensa didiceris, tantundem temporis insumēdū sit, vt eadē (quia Iure canonico immutata sint) rursus dediscas, ac preterita studia quasi retexas? Quanto satius ita rem temperare, vt cū scias, quid iure ciuili contineatur, statim etiam quid iure canonico sit immutatum, perdiscas. Mitto, quod in Romana curia nemo vel iudicis, vel patroni partes honorificè sustinere potest, qui non impense iuri Pontificio operā dederit. Adde, quod vix potest contingere, vt quis recte canonicum ius teneat, quin idem & ius ciuile calleat. At qui ius ciuile teneant, ius vero Pontificium ne olfecerint quidem, multos inuenias. Vnde cum vos ad ius Pontificium hortor, potius ad vtrumque ius, quàm ad alterum tātum hortor. Itaque date operam, vt iuri canonico incumbentes, simul etiam in vtroque iure ita proficiatis, vt nos quoque inter Præpositos, Abbates, Archidiaconos, Cardinales, Ostienses, demum inter summos Pontifices, & cæteros insignes viros, quibus hæc facultas sola abundat, numerari valeatis.

PRAELECTIO IN RVB. EXT. de testamentis, & vltimis voluntatibus.

SED accedamus iam ad interpretationem Rubricæ nostræ, cuius est inscriptio, De Testamentis, & vltimis voluntatibus, & capit. Cum esses. sub ea positi, qui tractatus seipsum commendat, vt apparet ex leg. 1. cum congestis ibi per Docto. C. de sacros. ecclesiis, pro cuius intelligentia clariori paulo altius, quàm communiter faciant Doctores exordiendo, considero, quod immortalitas, cuius consequendæ studio omnes homines stimulantur (vt mihi quidem videtur) considerari potest quattuor modis. Quædam enim appellari potest immortalitas perpetuitatis. Quædam immortalitas beatitudinis. Quædam gloriæ. Quædam vero successionis. Perpetuitatis immortalitas est, cum quid dicitur immortale eo tantum respectu, quod perpetuo, & in æternum durat; vt cum dicimus humanas animas esse immortales, intelligimus enim illas perpetuo perdurare, iuxta illud Poetę, Morte carent animæ, & ita sumitur in l. properandum, C. de iud. dum dicitur, cauendum esse ne lites fiant penitus immortales, i. ne perpetuo perdurent, sic ex contrario cum lis amplius non durat, dicimus litem mortuam, vel mori. l. cū lite mortua, aliàs 2. ff. de iud. sol. & in l. 3. §. gesta. ff. quæ in frau. cre. Immortalitas beatitudinis est, cum quis dicitur immortalis non solum quia perpetuo duraturus est, verum etiam futurus est perpetuo beatus, hinc apud sacros scriptores verbo vitæ, beatitudo sæpe designatur, vt cum dicitur. Hoc fac, & viues Luc. c. 10. i. beatus eris. & rursus. Qui credit in me uitā habebit æternam, Io. c. 5. id est, beatus erit, fac. c. Christiani, de cōse. dis.

2. nec enim is,qui non credit,vel mandata non seruat,fit mortalis respe-ctu perpetuitatis;quia,& eius anima perpetuo perdurat, sed cum sempiternæ infælicitati sit deputatus,creditur non tam perpetuo viuere, quã perpetuo mori.fac.c.per venerabilem ante fi.qui fil.sint legi.&c.qui sine 26.q.2.& quod ex symbolo Apostolico tenemur credere, scilicet uitam æternam,intelligendum est de æterna beatitudine,& hæc veluti bene gestis acquiritur,ita prauis moribus amittitur.Hinc est quod delicta quędã grauiora solemus mortalia peccata appellare,vt in c.vnum orarium.dist. 25. scilicet quod soleant animabus mortem afferre.& immortalitatem adimere, immortalitatem autem non perpetuitatis,nam & animæ damnatorum perpetuo durant,sed beatitudinis,& hoc modo,& secundũ hanc intelligentiam forte profani scriptores appellant Deos immortales.Tertia appellari potest immortalitas famæ,siue gloriæ,& est cum quis pręclare gestis æternam apud posteros memoriam consequitur,dequa loquitur tex.inst.de excu.tut.in prin.vbi qui in acie pro patria ceciderunt,ideo parentibus ad excusationem a tutelis proficiunt; quia per gloriã viuere creduntur, veluti enim per dedecus & ignominiam vitæ quis dicitur mori, vel mortuis comparatur,l.1.§.pen.ff.de bo.poss.contra tab. ita ex contrario per gloriosam mortem creditur viuis posse comparari.Quarta & vltima species est immortalitas successionis,& hanc consequimur mediantibus successionibus nostris,& his qui post mortem nostram nos repręsentant.Hæc autẽ successionis immortalitas suddiuidi potest in duas species nam alia est immortalitas successionis naturalis,alia est successionis legitimæ.Immortalitas successionis naturalis est illa,quam consequimur per stirpis propagationem, & mediante matrimonio, nam cum natura non posset facere immortalem hominem tamquam indiuiduum,uel Christianæ loquendo,homo primus ob præuaricationem immortalitate corporis,& se,& posteros exuisset,reparata fuit hæc iactura filiorum susceptione,& stirpis propagatione.Vnde bene Imperator in Aut.de nup in prin. dixit,matrimonium humano generi immortalitatem artificiose introducere,& filiorum procreatione renouata genera manere,cui concor.text. in l.leg.C.de leg.hære. vbi Imperator loquens de masculo,& fæmina, ad hoc(inquit) natura vtrumque corpus edidit, vt maneat suis vicibus immortale.Idem & elegantius,exprimit I.C.in l.liberorum fi.in ff.de ver.si. Etenim(inquit)idcirco filios,filiasve cõcipimus,atque edimus,vt ex prole eorum,earumve diuturnitatis nobis memoriam in eum relinquemus. Immortalitas legitimæ successionis est illa,quam consequimur mediantibus successoribus vniuersalibus,puta hæredibus,vel bonorum possessoribus.Hinc dicimus quod testatoris,& hæredis est eadem persona,Auth. de iureiu.a mo.præst.in prin.viuit igitur is qui naturaliter est mortuus in hærede suo,lege vitam dante,non posset non incommode appellari hęc legitima immortalitas,& non solum in hærede defunctus uiuit, verum et in hærede hæredis.l.fi.C.de hære.inst.Et non solum in hærede hęredis verum etiam in centesimo,& vlteriori etiam hærede.vnde pulchre I.C.

Immortalitas gloria.

Immortalitas successionis.

Immortalitas legitimæ successionis.

in l. qui per successionem.ff.re iud.Qui per successionem (inquit) quãuis longissimam defuncto heredes extiterint, non minus heredes intelligũtur, quam qui principaliter hæredes extiterint, & vsque adeo per legem inter plures eiusdem hominis hæredes inducitur identitas personæ, quod licet alias conditio debeat impleri in forma specifica.l.Mæuius cum vulg.ff.de cond.& demon.si tamen reliquatur legatum sub illa conditione, si hæredi dederit, dando hæredi hæredis dicatur grauatus conditionem impleuisse.l.cum ita.2.ff.de cond.& demonst.

Studuit autem, & multum laborauit lex in introducenda hac immortalitate, & propterea admisit, vt possint testatores facere plures gradus hæredum vt insti.de vul.& pup.inuitauitque institutos hæredes ad hæreditatem adeundam in lucro Trebellianicæ, ac Falcidiæ.ff.& C.ad Sen.con.treb.& ad l. Fal. permisitque, vt hæredis habendi causa liceat seruum manumittere, etiam in fraudem creditorum. §. 1. insti. quibus ex cau. man. non lic. & prætor plures gradus bonorum possessionis, faciendo hoc agit, ne quis sine successore decedat.§.adhuc autem insti.de bon.poss.

Hæc autẽ inducta sunt a iuris laboribus nõ solũ probabili, verum etiã necessaria ratione, nisi enim esset, qui defunctũ repræsentaret, & quodã modo uiuũ redderet, negotia humana sæpissime medio incursu ĩtercide-rent, res familiaris, existimatio periclitaretur.d §.1.& l.& quia.ff.de interro.act.& l.1.ff.de succes.ed.c.in prin.Vendidi tibi domum meã, deq. pertio ad annum fidẽ habui, anno nõdũ exacto, moreris, nisi lex in loco tuũ sufficeret, quẽ alterum te esse statueret, & sic te quodãmodo immortalem rederet, contractus ille emptionis exitum habere non posset, nec enim esset, qui mihi pretium solueret, factum quę est non minus publico, quàm priuato beneficio, vt quis hæredem haberet, argum leg.vel negare.ff.quemad.testa.aper.idque vel nobis hominibus interdum inuitis, nec enim lex vtilitatis tantum spe ad hæreditatem adeundam allicere curauit, sed etiam coegit aliquando, & hinc necessarii hæredes.d.§.1.inst. quib.ex cau.man.non licet.l.necessarijs.ff.de acqu.hered.§.1.insti. de hæ re.qual.& differen ausimque affirmare necessitatem hanc, quę interdum inest ex parte hæredum, inesse etiam ex parte decedentium; ideoque si homo liber, & solutus aliena potestate forte in extremo vitæ constitutus diceret coram testibus rogatis, velle se decedere prorsus sine hærede non modo testamentario, sed quocunque, quod hæc contestatio nihil valeret, & quod eas non obstante sibi tamquam ab intestato decedenti succederetur si a lege vocati successionem agnoscerent. Mouet me primo, quod vt quis habeat hæredem, non eorum solum causa inductum est, qui decedunt, verum etiam viuentium.d.l.& quia.ff.de interro.actio. & dict.leg.ff. de success. edic. quibus moriturus non potest præiudicare. l. non debet.ff.de re iud.cum concor.secundo, quia, vt quis hæredem habeat, inductum est non solum fauore priuatorum decedentium, vt in leg. 1.Cod.de sacrosanct.eccle.verum etiam publico.dict.leg.vel negare,

Quantũ laborauerunt legislatores in introducenda immortalitate legitimæ successionis.

f 2 vnde

vnde non potest huic dispositioni legis, priuatorum pactis, uel contestationibus derogari. l. 3. ff. de testa. Tertio, qua id non possent homines tacite facere, donando omnia sua bona, & nihil pro facultate testandi sibi relinquendo, iuxta late no. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. ergo nec expresse, ad no. in l. cum quid. ff. si cer. pet. Hoc autem legis commentum in inducenda hac vt ita dicamus, legitimæ successionis immortalitate, mirabile fuit, certiusque immortalitate naturalis successionis, si quidem multos spe potiundæ prolis frustratur matrimonium, multos etiam id suscipiendorum liberorum desiderium minime tenet, at nihil æquè facile facere possumus, quàm nobis heredem constituere, quod vel tribus verbis explicare possumus, l. 1. ff. de hære. instit. quod si noluerimus, aut non potuerimus id facere, exclusi facti difficultate, lex nobis hæredem cõstituit. Ex quibus colligitur, hanc legitimæ successionis immortalitatem ex duplici quasi fonte fluere, scilicet, ex dispositione legis, & hinc omnis successionum ab intestato tractatus; & ex dispositione hominis, & hinc tractatus de testamentis quem nos iamiam aggredimur. Diuiditur igitur rubrica nostra in duas partes. In prima agitur de testamentis In secunda de vltimis voluntatibus. Circa primam partem, quia quæstio quid nominis, præcedere debet quæstionem quid rei, l. 1. ff. si cert. pet. antea quam veniamus ad definitionem testamenti, quæro quot, & quibus modis accipiatur in iure hæc vox, testamentum? Resp. tribus, &c.

FINIS.



INDEX
LOCVPLETISSIMVS
OMNIVM RERVM,
QVAE IN QVATVOR LIBRIS
Institutionum Iuris Canonici Ioannis Pauli Lancelotti continentur.

Appel-

cada-

C

mit-

con-

con-

D

ecclesia

 pto

mona-

N

Pactum

P

pro-

Q

R

priæ

X

FINIS.